BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 B
21

13 - 3 . a . 6

Digitized by Google

HENNINGI ARNISÆI
HALBERSTADIENSIS,
DE

JURE MAIESTATIS
LIBRI TRES.

Quorum Primus agit

DE MAJESTATE IN GENERE.
II. DE JURIB. MAJESTATIS MAJORIBUS
III. DE JURIBUS MAIESTATIS
MINORIBUS.

EX PROBATISSIMIS QUIBUSQUE, TUM
HUIUS, TUM PRIORUM SECULORUM, AUTORIBUS
Politicis, ICtis, Hiſtoricis, & quibuscunq; aliis, qui hujus materiæ aliquid ſive
dedita opera, ſive aliud agendo attigerunt, excerpti & propriis obſer-
vationibus ſubinde illuſtrati, & ad hodiernas
Reſpubl. accommodati:

ET OB EXEMPLARIUM PENURIAM
denuò recuſi.

Cum duplici Indice capitum & rerum verborumque
memorabilium.

BIBL. DOM. PROF. ROM.
IHS



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI.
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.
Anno M. DC. XXXV.

Illuſtriſſimo Principi ac

Domino

DN. GEORGIO WILHELMO

MARCHIONI BRANDENBURGENSI,

BORUSSIÆ, JULIAE, CLIVIAE,

Montium,&c. Duci

Sereniſſimi & Potentiſſimi Electoris

JOHANNIS SIGISMUNDI

filio primogenito.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

MULTIS meritò nominibus culpandus forem, Illuſtriſſime princeps, ſi hos de jure Majeſtatis commentarios, ad alterius,quam tuæ Celſit: pedes obtuliſſem. Quamvis enim in alieno concepti ſint territorio, Ictorum tamẽ doctrinæ non immemor,quod partus ſortiatur patriã, ubi lucis uſurã primùm uſurpat, veritus me ſum ejus alligare criminis, quod plagium vocant iidem, & ſubtractione alicujus è familia definiunt,aut illius multò gravioris,quo Majeſtatem ipſam lædi cenſet Scævola,ſi quis dolo malo faciat, quò minus majeſtati cives ſalvi maneãt. Nec,ubi oculos per omnes Germaniæ principes circumfero, quenquam ejus ætatis invenio,cujus majeſtati ſubjecti dignitas magis reſpondeat, aut à quo majus patrocinium omnium injuriis expoſito huic fœtui promittere habeam. Nec n. illi tantum timeo,quod in tãta materię ſublimitate multa dicẽda ſint,quę omnib. nõ arrideant,ſed etiã, quod ſint,qui dedita opera viã contra mea affectẽt ſtudia, eò,quod,ut Tiberius ſcripſit ad nurũ Agrippinam,injuriam ſibi fieri putent,ſi non dominentur,& alios ante ſe præcellere videant. His quę objicerem,egregius mihi circumſpiciendus fuit patronus, qui malevolorum invidiam autoritate compeſcere, & quas ego calamo, is reipſa vindicias Maje-

ſtati ſecundum libertatem aſſerere velit. Sæpius mihi ſubiit mirari ſeculi noſtri infortuniũ,unde tanta naſci hominibus queat audacia, ut non tantũ mutua in ſe promiſcuè ſtringant arma, quod eò minus deplorandũ eſſet,quò minus ſibi invicẽ obligati vivunt, ſed & eadẽ non verecantur,Giganteo conatu,ad regales extendere thronos,indeq; ſacroſanctam, & nemini, ut inquit poëta Germ. impunè premendã detrahere Majeſtatem.Evolvat mihi quis antiqui ſeculi regeſta,regrediatur in hiſtorias elapſi temporis, nullibi tot regicidas, tot Monarchomachos, tot perfidos Majeſtatis calumniatores inveniet,atq; hoc infeliciſſimo ſeculo,ubi non tantum non vitio,ſi quis tale quid patrare auſus fuerit,ſed etiam laudi datur,& ſicut de Guiſiis dubitarunt Romanenſes, utrũ Miſſam pro iis cantare,hoc eſt,utrum more aliorum hominum mortuos, an vivos in Sanctorum numerũ relatos credere deberent:ita non deſunt,qui regum,quos illi odioſo nomine Tyrannos indigitant, & principum parricidas in iis locandos ſoliis contẽdant,unde regium deturbarunt ſanguinem.Ignoſcamus illis,qui Julium Cęſarem excuſare aggreſſi ſunt,condonemus iis, qui Neronẽ à Tyrannidis ſuſpicione liberare, ingenii magis oſtentandi gratia, quam, quod cum illis ſentirent,voluerunt,quandoquidẽ orationis vim in nullius detrimentum, ſed pro ſalute principũ prodegerunt: verũ quis cordatus homo,quis ſuę poteſtatis memor princeps,quis ſui officii ſubditus,ſine ſtomacho legere queat,Bruti,Buchanani, Bucherii,Roſſæi & eorũ,qui de officio magiſtratus, melleo quidẽ titulo coloratum,ſed felle intus repletũ ſcripſerunt libellum, audaces in principum capita calumnias,quibus id evicerunt, ut ne piiſſimi quoq; principes inter ſuos,mediiſve in aſylis tuti degant. Quem vidit noſtra ætas feliciorẽ,quem ſubditis gratiorem,quam Henricum IV. Gallorum,quem prudentiorẽ,ergaq; ſuæ Majeſtatis toties reos mitiorem,quam Jacobum I.Britannorum Regem? Pro illo credidiſſem, ſi qua fides Gallis, quivis illorũ vitam interpoſuiſſet:pro hoc,quis bonus nõ dubitaret mortẽ oppetere?Tantũ tamẽ ſeditioſa gentis utriusq; ſcripta in animis ſubditorũ effecerunt,ut,utroq; aliquoties fruſtrà tentato,illũ tandẽ ad exemplũ Anteceſſoris,ſceleſtiſſimo vulnere ex media rerum gerendarum

proſpe-

Digitized by Google

proſperitate,cum primũ pacati regni fruct᷒ tam ipſe guſtare, quã ad alios tranſmittere debuiſſet, præripuerint,longè adhuc ulteri᷒, modo ſcelеſta abfuiſſet manus,progreſſurũ,& in ruborẽ plurimos anteceſſorũ daturũ. Vellẽ noſtrorũ ſcriptorũ quoſdam cautius in hoc genere verſari,quorũ nominib᷒ idcircò parco,quod non tam præmeditato animo,quã inconſiderata & præcoci temeritate in caſtra Bruti ſe tranſduci patiantur. Sed contra hos, quãdo id tempora noſtra flagitãt,jam peculiarẽ libellũ ſcripſi, nec nihil in hiſce commentariis attingo, quos ea de cauſa ſummo quodã patrono indigere ab initio putavi, nec majorẽ Sereniſſimo tuæ Celſit: parente invenire potui. Sicut autẽ Tyrius ſervus, Solis exortũ obſervaturus,oculũ non ad ipſum Solis corpus,ſed in profluẽs inde lumen deflectebat,ex imagine rẽ ipſam,ex ſobole parentẽ æſtimans: ita veritus, ne paterna majeſtas imbecillam nimis præſtringeret oculorum aciẽ,luminis intuitu interim me obfirmare volui, donec lucis claritatẽ, audacior fact᷒,quoq; ſuſtinere poſſim, nec dubito,quin tuæ Celſit: interceſſione, paternũ etiam mereri patrocinium queã: quanquam & ipſe tuæ Celſ: ſplendor ſatis ſit ad retundendos malevolorum oculos, qui ut olim ſata & teneros agnos, ita nunc benè ſcriptos corrumpere ſolẽt libros. Legati quondam Perſici,à Philippo patre ad colloquium Alexãdri admiſſi,cum audirent Alexandrum ſollicitum eſſe & ſciſcitari, nõ de auro & argento Perſico,non de phaleratis equis,aut ferarum copia, nec de aliis id genus nauci reb᷒, quib᷒ hodie maxima pars principum ſeſe non ſine inſigni Reip. detrimento dedere ſolent, ſed de rebus altioris ingenii & majora cogitantis, qua ratione Rex ſubditis præeſſet, quo loco in acie cõſiſteret,quantum copiarũ terra alere,quã diu ſine incommodo poſſet,& quæ præterea recenſet Plutarchus de fortuna Alexandri agens, nõ dubitarunt dicere: Magnum quidẽ eſſe regẽ Perſarum,ſed qui ab hoc puero ſuperari poſſit. Si quis, Illuſtriſſime Princeps,indolem tuam, quã à primo ortu omninò regiam eſſe oportet & ad ſumma quæq; natã: Si quis inſtitutionis tuæ tã accurratã rationẽ reſpicere velit, an nõ quicquid fundamẽtis tã probè jactis ſuperſtruendũ veniet, feliciter ſucceſſurũ, certis ominari ſignis poterit, parẽtesq; tuos,quod de Cyro quidã paulò

(*) 3 ſecius

fecius dixit, cætera quidē abundè;hoc verò quam maximè felices proclamare,quod talē tam feliciter acquiſitis provinciis ſint relicturi hæredē? Viderer fortaſſe,ultra officiū modeſti hominis facere,ſi regias tuas dotes amplius proſequerer,aut Generoſi aulæ tuæ Magiſtri, Dn. Johannis Caſparis à Wolfen ſingularē induſtriam, Clariſſimi ve præceptoris Dn. Johannis Gavronis indefeſſas curas, quib⁹ totū hoc ſe debere ex ſubditis confitebuntur, quicunq; cæteros quidē homines legib⁹,principes verò ſola inſtitutione probos fieri ex Iſidoro didicerunt,pro meritis exaggerarē,quanquam nihil tā ſublime à me,non dico,dici,ſed ne animo quidē concipi poſſit,quod non tua,vel in iſtac ætate, indoles multifariā exuperet, nihil tam operoſum, quod ipſorum diligentiā vel minimum exprimat Sed quia tuæ Celſit: heroicæ virtutes, exteris juxta atq; inquilinis notæ ſunt, & illorum laboribus gratias meminerunt omnes,quicunq; olim tuo frui ſperant imperio: tantum hoc unicum à tua Celſ:obtinēdum ſupereſt,ut, cum undiq; Sereniſſimo parenti de felici victoria acclametur, idem hac inſcriptione à me quoq; fieri tua Celſ:patiatur.Abſurdi enim ſimus, & loci, in quo vivimus,beneficiorumque,quib⁹ quotidiè oneramur,immemores,ſi ab iis palmam nobis præripi ſinamus, ad quos incertum an Victoriæ aliquis fructus unquam ſit perventurus. . Multatus fuit apud Romanos, qui in publico civitatis luctu cum corona proſpectarat de feneſtra.Quid ni multandus quoq; foret,qui publicis gaudiis, aut ſe prorſus ſubtrahere, aut dum ipſe domi tacitè ea diſſimulet, & cum Scipione collabenti hoſtico illachrumet, aliis gratulandi locum cedere velit. DEUS ter optim: Maxim: qui de cælo dat victoriam,quam familiæ Brandenburgicæ clementer oſtendit benedictionem,pro voluntatis ſuæ divino arbitrio, ſolidā præſtet & incorruptam,tuamq; Celſit: Patriæ & ſubditorum ſaluti,nec non totius Romani imperii ſingulari emolumento diutiſſime incolumem ſervet. Hoc reor,& veri ſi quid mens augurat, opto. Scriptum in meo Muſeo,die 20. Septembr. An. 1610.

T. Celſit.

Subjectiſſ.

Henningus Arniſæus
D. & Profeſs.

BENEVOLO LECTORI. S.

Habes hic, amice lector, duorum non amplius menſium, ſive partum, ſive abortum dicendum putes, quem vereor, ne eo excipias dicterio, quo Romani immaturam ſui Imperatoris progeniem. Negabant enim, niſi admodum felicibus, trimeſtres partus vivere, ſeu potius dabant autoritati Imperatoriæ hanc fidem, ut, quod per rerum naturam fieri non poſſe ſcirent, in gratiam Imperatoris verum eſſe juberent, quemadmodum & Claudii edicto ſiverunt linguam Romanam tribus literis ditiorem effici. Ego verò, ſi bimeſtri huic abortui vitam promittere auderem, non parum, ne quid dicam amplius, confidens viderer, cum nec autoritatis quicquam ipſi à parente accedere, nec ipſe ſeſe propria virtute commendatum per ora hominum facere poſſet. Nec enim primitus eo conceptus fuit animo, ut tam impolita lucem ſubiret facie, & laſcivis oculis deridendum ſe proſtitueret, ſed ut cæteris Politices partibus comitatus, earum concurſu, quod nativæ deeſſet gratiæ, ſibi adderet, quemadmodum farctum ſuum veſtes, aut concluſas ædes ſpatioſa vendere ſolent veſtibula. Nam cum ante biennium ex Anglia rediiſſem, & ad Generoſos Steinbergios, Iacobi filios, quos in Galliis itineris & ſtudiorum ſocios habueram, Bodenburgi in agro Hildesheimenſi divertiſſem, partim quod ipſorum ære bonam partem itineris confeciſſem, partim ut quæ viſa notataq; inter nos eſſent, prout inter tantæ indolis & eruditionis viros, qui peregrinationum hunc verum finem ponunt: Multa videre & ex aliis, ſibi ſuisq; quid facto opus ſit, in tempus opportunum ſeponere, accidere neceſſe eſt, recoleremus, & ego met mihi longius ſpacium indulgerem perſcrutandi libros exoticos, quos ipſi in eum [illegible] compararant uſum, ut per otium quaſi peregrinantes, quod maximæ parti hominum denegatum eſt, domi cum Gallis, Italis, Anglis, non ſine ſuo patriæq; commodo confabularentur, cœpi revolvere, quæ ante annos aliquot primum in Francofurtana, dein Helmſtadienſi Academia privatis propoſueram auditoribus, magis ut me in eo confirmarem ſtudio, quam ut publicè quicquam cuiquam me potuiſſe prodeſſe putarem. Vbi poſt plurium linguarum cognitionem, uſuque nonnihil inſtructior redditus, & quod in hac re puto palmarum, multarium Rerumpubl. diligenti conſideratione confirmatus, quantum ſæpe à ſcopo abſim, & pleraq; perfunctoriè nimis in chartas tumultuaria opera conjecerim, intelligo, ut maculam, quæ mihi inconſiderata editione inuſta videri poſſet, eluerem, cœpi incudi reddere præcipua Politices capita, ex quibus tria unius ſemeſtris ſpacio confeci, de Majeſtate, de Subditis & quod rudimento primæ editionis deerat, de Bello, idem in cæteris tentaturus, niſi vita meæ ratio me aliò devocaſſet. Nunc quia eadem me non ſinit eſſe, ut volo, & cum, qui eo

ſunt

Digitized by Google

ſunt genere locove nati, [illegible] potiſſimum urgere cogantur ſtudia, unde victum ſperare habent & amictum, interim votis & expectationi illorum ſatisfacere volui, qui hos tractatus mihi ſoli invidebant, eoſque, cum de cæterorum perfectione ipſe pene deſperarem, in lucem protractos cupiebant. Quod ſi minus, lector candide, vel tuæ ſpei vel ſubjecti dignitati reſpondeat orationis coacta, ut in eo genere commentandi fieri neceſſe eſt, & interrupta tenuitas, vel ipſius tractationis ruditas, multæ mihi cauſæ in parato ſunt, quibus me tibi excuſatum reddere poſſim, niſi vererer, ne mihi objiceres, quod olim Cato Poſthumio Albino, qui à lectore ſibi ignoſci petierat, ſi quà minus commodè in hiſtoria locutus fuiſſet: Nam ſi conſilio Amphyctionum, inquit, coactus fuiſſet hiſtoriam ſcribere, tum demum deprecandi cauſam meritò habuiſſet. Nulla quidem me arrogantia, cujus partes longe habeo, nulla laudis cupido, quam in muſtaceis parandis fruſtrà quæſiverim, nulla ab aliis diſſentiendi libido, ad ſcribendum propulit, ſed quia neminem adhuc videram, qui materiam Majeſtatis, qua nti nulla dignior, ita nec intricatior, majoriq́ cum utilitate legenda, datur, plenè & ut dignitatem materiæ addecebat, pertractaſſet, licet ſparſim apud hunc & illum particulas quaſdam reperiſſem. Et vel hæc cauſa mihi ſufficeret ad veniam promerendam, quandoquidem fieri non poteſt, quin alicubi erret, qui viam nemini ante perveſtigatam ingreditur, alicubi impingat, qui face, quæ viam ſibi præluceat, deſtituitur, niſi & brevitate temporis, quod ſcriptioni amplius impendere nequivi, & ſubjecti magnitudine, & ab hac materia quotidiè me diſtrahentium negotiorum diverſitate, vel rigidiſſimo Cenſori ſat excuſatus videri poſſem. Tu, Lector benevole, ſic cogita: Quicquid hujus à me factum eſt, factum eſſe tuo commodo bonoq; publico, quod ſi non aliter, ſaltem exemplo juvero, uti alij mea audacia provocati, majori diligentia, felicioriq; conatu, quod à me per occupationes perfici non potuit, in manus reſumant, proq; ter ſanctæ Majeſtatis gloria & autoritate, amplius elaborent. Vbi intellexero, meas operas tibi omninò non ſordere, brevi faciam & cætera legas, tum politices certius diligentius elaboratum, tum de præcipuis politicorum controverſiis uberiores commentationes. Vale & autori fave.

LIBER

LIBER PRIMUS.

DE MAJESTATE IN GENERE.

CAP. I.

Quid nomen Majeſtatis ſignificet.

SUMMARIA.

1. *Externam ſpeciem & titulum diſtinguendum a poteſtate & re ipſa, demonſtratur exemplis primorum Imperatorum.*
2. *Aliis exemplis conficitur, multos eſſe reges nomine, non re.*
3. *Non eſſe rerum eſſentias metiendas ex nomine.*
4. *Latitudinem imperii non conſtituere Regem.*
5. *Contra eos, qui majeſtatem per externum ſplendorem definiunt.*
6. *In quo denique conſiſtat eſſentia Majeſtatis.*
7. *Vtrum majeſtas competat etiam magiſtratibus.*

MAjeſtatis, & quæ tale quid ſignificant, nomina, tàm apud latinè loquentes, quàm ex communi ſermonis uſu, duo deſignãt, *Poteſtatem* nimirum *ſummam*, & *ſummum honorem*, quæ, quia ad majeſtatem veram à fucata diſtinguendam plurimum momenti afferunt, diligenter ab initio diſtinguenda ſunt, ne incurramus in reprehenſionem Albre. *lib. 2. contr. Bodin. c. ult.* qui Bodinum taxat quod Majeſtatem definierit, non diſtincta prius nominis æquivocatione. Nihil enim imperitæ Multitudini facilius imponit, quàm externa ſpecies, qua homines plerunque tantum duci dicit Machiavell *lib. de princ. c. 18.* Quod cum ſciret Tiberius, quem occultum & ſubdolum fingendis virtutibus, Tacit. *6. An in fin* etiam in rebus, quas non occuleret, ſeu natura ſeu adſvetudine, ſuſpenſis ſemper & obſcuris verbis uſum: nitentem verò, ut ſenſus ſuos penitùs abderet, in incertum & ambiguum omnes implicaſſe teſtatur Tacit. *lib 1. annal.* & latè Dion. *lib. 57. in princ.* ita ab honoribus & titulis externis ſibi temperavit, ut ex plurimis maximiſque, præter paucos & modicos, non receperit. Statuas & imagines, niſi permittente ſe, poni prohibuit, permiſit autem ea ſola conditione, ne inter ſimulacra Deorum, ſed inter ornamenta ædium, ponerentur. Interceſſit & quò minus in acta

Margin: 1. (beside first line) — *Tiberii ſimulatio.*

ſua juraretur: & ne menſis September Tiberius, & October Livius vocarentur: & ne per ſuam fortunam juraretur, neque ſi quis eam juraſſet, perjurii reus ageretur. Dion. *lib. 57.* Prænomen quoque Imperatoris, cognomenque patris patriæ recuſavit: ac ne Auguſti quidem nomen, quanquam hæreditarium, ullis, niſi ad Reges ac Dynaſtas, Epiſtolis addidit: Sueton. *in Tiber. c. 26.* Dion. *lib. 57.* ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, niſi Tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ: Tacit. *1. Annal. in princ.* & dicentem quendam: autore eo ſenatum ſe adiiſſe, verba mutare, & pro autore, ſuaſorem dicere coegit. Suet. *c. 27.* Magiſtratus quovis tempore honoravit, etiam conſulibus aſſurgens, cumq; eos convivio acciperet, ingredientes apud januam excepit, abeuntes proſecutus eſt. Si quando curru veheretur, comitari ſe non modo patricium, ſed ne primariorum quidem Equitum ullum ſivit. Dion. *lib. 57.* Non tamen ideo fidem fecit civilis animi, *ait* Tacit. *lib. 1. Ann.* Nam & legem Majeſtatis interim reducebat, & ſi quiſquam alius, Domini, cujus nomen tanquam contumeliam ſe abhorrere ſimulabat, Dion. *lib. 56.* Sueton. *c. 27.* ritu, libera poteſtate utebatur, ſeu, *ut ait* Tacit. *6. Ann. in fin.* arbitrium rei Romanæ obtinebat: imo eo ipſo momento, quo Imperium in ſenatu verbis detrectabat, ſignum Imperatoriis cohortibus, ut Imperator, dabat, & literas ad exercitus, tanquam adepto principatu, mittebat: Tacit. *lib 1.* ut meritò quis ex turba exclamaverit, cæteros, quod polliciti ſint, tardè præſtare: Tiberium, quod præſtet, tardè polliceri. Sueton *in Tiber c. 24.* Sed honorem tamen principis ſeu Majeſtatem externam ſibi exhiberi vetabat, ut populum à ſuſpicione ereptæ libertatis amoveret, doctus hoc arcanum & à Julio Cæſare, & ab Auguſto, cujus dicta factaq; ſe vice legis obſervare dicebat Tacit. *4. Ann.* Hic enim cuncta diſcordiis civilibus feſſa, non aliter, niſi nomine principis, ſub Imperium accepit. Tacit. *1. Annal.* Et ne videretur aliquid potiùs ex potentia, quàm ex legibus habere, quæ in populari Rep. multum valuerant, ea cum ipſis nominibus in ſe recepit, conſulatum, cenſuram, pontificatum, tribunitiam poteſtatem ampliſſimam, licet ſibi, ut patritio, nefas eſſe diceret, tribunatum gerere, ut horum nomine omnem poſſet exercere poteſtatem, nec tamen quidquam à ſubditis non datum habere videretur. Dion. *lib. 53.* Nec enim ad declinandam nominis regii invidiam aptius remedium tum apparebat, quàm eidem rei modeſtius nomen ponere, & regnum Dictaturam vocare, ut Sylla faciebat, Plut. *in Syll.* aut principatum vel imperium, quæ ſunt nomina partim officii, partim oneris: certè in libera etiam Rep. ſine invidia tolerabantur: Intereà ſub fucata iſta ſimulatione omnium rerum arbitrium ad ſe trahere, quod Imperatores quidem feciſſe Appian. luculenter teſtatur, *in hiſtor. præfat. Quicunq;*, ait, *poſt Cæſarem Imperium tenuerunt, licet ſe Imperatores tantum dixerint, tamen* ἔργα τὰ πάντα βασιλεῖς *extiterunt*

Auguſti ſophiſma.

Imperatores veros fuiſſe reges.

titerunt. Vixit autem is tempore Adriani, ut idem teſtatur *lib. 2. bell. civil.* & Hieron. *in cap. 22. Matt, Omnes,* ait, *Reges Romani à primo Cajo Cæſare, qui Imperium occupaverat, Cæſares vocati ſunt:* ubi Regum nomen, quod ipſi detrectabant, ſecutus rei veritatem, Imperatoribus tribuit, licet Otho Imp. in oratione ad milites, dum dicit: ſenatum à parente urbis inſtitutum, à regibus usque ad principes continuum & immortalem fuiſſe, Reges principibus opponat quaſi diverſos, & planè alterius conditionis. Tacit *1. hiſto.* Tertullianus vocat Imperiũ ſummæ dominationis: *Apolog. 24.* Budæus *ad l. princeps. de ll.* redigit ad quintum genus Regni ab Ariſt. *3. polit. cap. 10.* poſitum, quod & παμβασιλείαν vocat; & Dion. ait *l. 53. Cum ad Imperatores ſumma rei deferatur, fieri non poteſt, quin ſub regno Romani ſint.* Nec non Caligula ſatis oſtendebat, quam ſua poteſtas plusquam regia eſſet, cum contendentibus inter ſe Regib. ſe ſolum Regem non obſcurè diceret. Suet. *in Calig.* & Antoninus patitur ſe Regem appellari, *l. ἀξίωσις 9. ff. ad l. Rhodi. de jact.* cum jam Capitolinus M. Antonini adoptioné regiam vocaſſet: *in vit. M. Anton.* ex quo tempore, poſtquam, poteſtate ſtabilita, populus Regios titulos minus averſari didicerat, ne regio quidem nomine, & diademate, quod Aurelianum primum ſibi impoſuiſſe Victorem teſtem habeo, *in Aurelian.* abſtinuerunt, unde tàm apud patres, quam à legibus Juſtiniani & pontificum canonibus regium pro Imperatorio ſæpius uſurpatum legimus. *l. ult. C. de ll. l. 2. C. de quadr. præſcr. c. inter dilect. de fid. Inſtr. c. ſolida, de major. & obed.* Ambroſ. *5. Epiſt 33.* Nazianz. *orat. 1. in Iulian.* Athan. *in Epiſt. ad ſolit. Vit. degent.* Hieron. *in vit. Hilarion.* Nec non in uſibus feudorum Regem ubique pro Imperatore intelligi Hottoman. notavit, *lex. feud. in verb. Regem. Tex. eſt in c. 1. § & quia. De his qui feud. dar. c. 2. de pac. tenenda. c. 1. de leg.* Conrad. Igneus *in l. neceſſar. § noviſſimè ff. ad SC. Syllan.* Vult. *li. 1. feud. c. 5. n. 6.* Iſern. & Afflict. *in c. 1. quæ ſint rega.* Sixtin. *de Regal. c. 1. n. 2.* Roſenthal. *de feud. c. 5. concluſ. 1. n. 3.* Pruckm. *rubr. de regal. cap. 1. n. 10.* Bocerus *c. 1. n. 18. Quid ſint regal.* Si quis ex ſolo titulo Imperatorum Majeſtatem metiri voluiſſet, procul dubio Regiam Majeſtatem iis abjudicaſſet, quibus omnium regum auctoritas & ſplendor comparari nullo modo poterat. Sed & alibi accidit, ut 2.
tituli à rebus diſſentiant, & nudo honore quis gaudeat, cum poteſtate deſtituatur. Etenim Regulus ſacrificulus, poſt ejectos Reges ad ſervandum regium nomen, *ut ait* Halicarnaſſ. *l. 5. in pr.* ſeu quod veriſimilius, quia quædam publica ſacra per ipſos reges factitata erant, necubi ibi regum deſiderium eſſet, Liv. *lib. 2. in pr.* creatus, quid aliud præter nomen habebat, cum & Pontifici ſubjectus eſſet, & nulli rei, quam ſacris quibusdam, cultuique divino præſideret, ab omni bellico munere liber? Liv. *& Halic. d. loc.* Cum Eduardus III. Comiti Sariſburiæ Mannam Inſulam cum corona & titulo reguli traderet, quid aliud volui t, niſi eius uxorem iſthoc honore conſpe-

Regulus ſacrificulus apud Romanos.

Rex Manna Inſulæ.

Digitized by Google

Reges Lacedæm. ctiorem efficere? *VValſingh. & Helinshed. in Eduard.* III. De qua Reges Lacedæmoniorum ſe venditare poterant, niſi de ſacerdotio Jovis, primo in phiditiis loco, publico poſt mortem planctu? & cæteris ludicris, quæ referunt Herod. *lib.* 6. Thucyd. *lib.* 5. Xenophon. *in lib. de Rep. Lacedæm.* Ariſt. *3. pol. c. 10.* At ſi poteſtatem regiam in iis quæſieris, nullam prorſus inveneris, cum & Ephoris ſingulis menſib. juramentum repeterent, Xenophon. *de Rep. Laced.* & ab iis pro arbitrio in carceres coniicerentur: Æmyl. Prob. *in Pauſa*: quod jus Diodor. *lib.* 2. etiam Ægyptiis in ſuos reges tribuit, quibus & ambulandi, & lavandi, & cum uxore cubandi poſitas olim leges ſcribit, eoſdemque accuſari potuiſſe mortuos & convictos condemnari, nec ſepeliri, teſtatur. *Duces Ven.* Quid in duce Venetorum reperire poſſes, præter ſuperiorem in publicis conſiliis locum, ſingularem, in certis ſolemnitatibus & comitiis, honorem? Contar. *de Rep. Venet.* ſed audeatne aliquis inde argumentũ trahere ad aſſerendam in manus eius Remp. Etiam Demaratum regem dixiſſem, ſi à Rege Perſarum impetraſſet, ut ſibi coronato Sardes intrare liceret, cui tamen Mitropauſtes ſubjecit: *Neque tu ſanè accepto fulmine Iuppiter eris.* Plut. *in Themiſt.* *Reges Pol.* Poloni quoque ſi quæquam alia gens, ſerviles Regi ceremonias exhibent, imò hoc maius eſt, quod in nullius, niſi Regis perſonâ Majeſtatem violari ſancierunt: *lib. 1. ſtat. Pol n. c. 1. 2. 4. l. 6.* Thomas Dreſuer *in proceſſ. regn. polon. t. 1. De judic.* & tamen alibi regnum Polonicum Ariſtocratiæ, quàm Monarchiæ ſimilius eſſe demonſtravimus. Rectè enim Polyb. *lib. 4.* & ex cura loquitur, quando de Philippo, Demetrii filio hac phraſi utitur: *Macedoniæ regnum ſuſcepit.* de Antiocho, Ariarate & Ptolomæo Philopatore, *quod imperium adepti ſint.* De Lycurgo verò Lacedæm. tantum hoc addit; *Rex appellatus fuit*, & de Achæo, nominatim ait: *omni provinciæ, quæ circa Taurum eſt, imperans, non modo nomen, ſed vires quoque regias habebat*, ubi manifeſtè inter nomen regium & poteſtatem diſtinguit, id quod de Plutar. quoque diſcimus, quando Cleomenem à reliquis regibus Lacedæm. ſeparans, *cum*, dicit, *extinctis Ephoris Regem fuiſſe nomine & re. In vit. Cleom.* de quo prius dixerat, quod *titulum quidem regis habuerit, poteſtas autem omnis manſerit penes Ephoros*, & Annales à Pithæo *editi ad annum 718.* *Reges Frãcor. ex Merovæi ſtirpe.* Carolum Martellum, ajunt, regem ſibi conſtituiſſe Lotharium *nomine non poteſtate.* Perſpicuum eius rei præbent teſtimonium ultimi ex Merovæi ſtirpe reges, quibus titulus & veneratio regia integra quidem manebat, ſed poteſtas ad Majores domus tranſierat: perinde, ut de Vonone ſcribit Tacit. *lib. 2. Annal.* quod à rectore Syriæ Cretico Silano à regno remotus fuerit, & cuſtodia circumdatus, *manente & luxu & regio nomine*, aut de Syriæ rege, ex ſtirpe generis Perſei, regis Macedonum, Florus, *epit in l. 60.* quod *co jacente in ganeo & luſtris Ammonius regnaverit, per quem & amici omnes Regis & Laodice regina & Antigonus Demetrii filius occiſi.* Sed præſtat rem totam ex E-

gin-

ginharto aſcribere, qui *in Vit. Carol. M.* præ cæteris eam prolixè enarrat, quanquam eius etiam meminerint *Aimon. Annal. Germ. 1.* Pithæ. *ad an. 751. Fragment. de major. dom.* Monachus Egoliſmenſ *in Vit. Car M. Compend. Hunibal. apud Tritheim*: & omnes poſt eos hiſtorici Nancler. *gener. 26.* Chron. Magnum. Franc. *in pr. vit. Caroli* M. Gill. *in hiſt. Franc.* Inquit enim Eginhartus: *Gens Merovingiorum, licet in Childerico finita poſſit videri, tamen jamdudum nullius vigoris erat, nec quicquam in ſe clarum, præter inani regis vocabulum præferebat. Nam & opes & potentiæ regni penes palatii præfectos, qui Majores domus dicebantur, & ad quos ſumma imperii pertinebat, tenebantur: neque regi aliud relinquebatur, quam ut regio nomine tantum contentus, crine profuſo, barba ſubmiſſa ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, legatos undecunq; advenientes audiret, iisq; abeuntibus reſponſa, quæ erat edoctus, vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet: cum præter inutile regis nomen, & precarium vitæ ſtipendiū, quod ei præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprii poſſideret, quam unam & eam per parvi reditus villam, in qua domum, ex qua famulos neceſſaria ſibi miniſtrantes atque obſequium exhibentes paucæ numeroſitatis habebat.* Talem dignitatem ſine poteſtate Henrico VI. Anglo quoque relinquere volebant Dux Eboracenſis, & Comes Vvarvvicenſis cum complicibus: that he ſhould retaine ſtill in name and dignitie/ but neither in deed / nor authoritie. *VVeth. amſted Hall. in ann. 1455.* Sed ad Eginhartum redimus, qui, quocunque, ait, *eundum erat regi, carpento ibat, quod bubus junctis, & bubulco ruſtico more agente trahebatur: ſic ad palatium, ſic ad publicum populi ſui conventum, qui annuatim ob regni utilitatē celebrabatur ire. ſic domum redire ſolebat. At regni adminiſtrationem & omnia, quæ vel domi, vel foris agenda ac diſponenda erant, præfectus aulæ procurabat.* Hic igitur revera Rex erat, ſicut de Carolo Martello præalligati Annales in pr. loquuntur: *Sub honore Major domatus tenuit regnum Francorum annis 27.* & Zacharias Papa reſpondebat: *ſatius eſſe, ut qui poteſtate regia uteretur, idem nominis quoque dignitate frueretur.*

De Regib. verò meritò dicere poſſumus, quod Auſonius *in grat. act. ad Gratian.* de Quintiliano Rhetore conſularia ornamenta ſortitò ſcribit: *eum honeſtamenta nominis potiùs, quàm inſignia poteſtatis habuiſſe*, aut quod Plut. *in Ageſilao* ſcribit, *eum cum primum in Aſiam veniret nomen quidem & habitum Imperatoris propter leges: Lyſandrum vero omnia agendi, ſummamq; rerum poteſtatem habuiſſe*, aut quod idem *in Vit. Romul.* de ſenatoribus à Romulo lectis: *eos Reip. gerendæ participes non fuiſſe, nec aliquid niſi nomen & habitum honorificum iis ſuperfuiſſe.* quod de illis quoque in aliis terris Senatoribus uſurpare licet, quos Auguſt. *li. 5. Civ. D. c. 16.* ne de facie quidem Romam noviſſe ſcribit. Nec aliter accipimus, quod Anaſtaſius Imperator ornamenta conſularia cum Auguſti appellatione ad Clodoveum regem Francorum miſit. Gregor. Turon. *li. 2.* Aimon. *li. 1. cap. 22.* Forcatul. *de Gall. Imp. lib. 6.*

3. *Exempla titulorum communicatorũ ſine re.*

Ageſilai.

Senatorum Romuli.

Dignitatũ aliarum

quodve Juſtinianus Childebertum Patritii nomine honoravit, quem honorem Leo quoque Porphyrogenitus habuit Adalgiſo, qui Rex Longobardorum fuerat, Sigo. *l.4. hiſt. Ital.* de quo Monachus Paderbonenſis ſcribit: *l.1. de geſtis Carol. Patricius præclaro munere factus, Hoc in honore ſuæ permanſit ad ultima vitæ*, aut, quod Caſimirus III. Rex Polonorum Rudolphum legatum Apoſtolicum, poſt factam cum Boruſſis pacem inter ſenatores regni aſcripſit: Cromer. *lib. 26.* quodve Baſilius Imp. Particiacum, ducem Venetorum, ob claſſem contra Sarracenos præſtitam, creavit protoſpatharium: Volat. *4. Georg.* aut quod inter Canonicos S. Juſti Lugduni cooptata eſt familia Teurnonenſium, eò quod S. Juſtus ex iſta familia oriundus fuiſſe creditur. Claud. de rub. *hiſt. Lugd. li.1. c.39.* Nec enim ex eo aliud jus illis accrevit, præter honorem, perinde ut cives honorarii nec munerum nec privilegiorum participes fiunt. Nam licet primores Galliæ comatæ, fœdera & civitatem Romanam pridem aſſecuti eſſent, ſub Auguſto, ut exiſtimandi copiam præbet Dion. *lib. 54.* Jus tamen adipiſcendorum honorum non habebant, quod cum à Claudio peterent, qui iis obſiſtebant, *fruerentur ſane vocabulo civitatis*, dicebant, *Inſignia patrum, decora Magiſtratuum, ne vulgarent.* Tacit. 11. *Annal.* Atque hæc copioſiùs aliquantulùm præmonenda duxi, quod ex neglecta hac diſtinctione plurimas exortas contentiones viderimus. Nec enim regiæ Majeſtatis jurati hoſtes tantum, *ut ſunt* Buchananus *de jur. regn. Scot.* Hottom. *in Francog.* Brutus *in vindic. contr. Tyrann.* Roſſæus *de juſta Reip. in reges Auctor.* Bucherius *in libr. de abdicat. Henric. 3.* graviter hîc impingunt, dum iſtorum, quos nominetenus Reges vocavimus, exempla proferunt, & ad eorum leges veram Majeſtatem revocare nituntur, perinde ac ſi canonicis, quos reſidentes vocant, beneficium denegandum, diſputem, quia honorarii eo non fruuntur: Sed & in multis Rebuſp. quantumvis nudum prætextum tituli, non parvas inveniſſe turbas ex hiſtoriis liquidò conſtat. Pætus legatus Rom. ſcripſerat ad Vologeſem regem Parthorum Armenios ſemper fuiſſe ditionis Rom. & ſubjectos Regibus, quos Imp. delegiſſet: Ad quæ Vologeſes reſpondet per Vaſacem legatum ſuum: *imaginem retinendi donandiq; Armeniam penes Romanos: vim penes Parthos fuiſſe.* Tacit. 15. *Ann.* Archiepiſcopus Viennenſis à longa memoria vocat ſe primatem Galliæ, eaque de cauſſa Lugdunenſi non ſemel quæſtionem movit, in cujus favorem reſponſum eſt, id alteri honoris ergò tantum tribui, ſibi verò competere de jure. Archiepiſcopus etiam Lugdunenſis, ſe dicit principem civitatis, à cujus tamen principatu eum jam diu dejecit Ludovicus S. 1269. & cum à Philippo & Gregorio X. 1272. 1273 reſtitutus eſſet ab eodem Philippo, qui Philippinam, quam tanti faciunt Canonici, conceſſerat, 1307. ex arrogantia Petri Sabaudi tracta occaſione, omni ferè in urbe ditione exutus fuit: Paradin. *li. 2. hiſt. Lugd.* Clau-

Civium honorariorū

Regiū Arm.

Archiepiſcops Vienenſ.

Lugdunēſis.

Claude de Rubis *lib.3.* quanquam uſus obtinuit in Galliis, ut prælati ab iis denominentur urbibus, quarum Eccleſias regunt. Ita dicunt *Monſieur de Paris, Monſieur de Bourges, de Rovan, de Bourdeaux &c.* Epiſcopus verò Genevenſis paulò ſecus ſe dicit Epiſcopum & principem, *Eveſque & prince de Geneve*, cui is, qui Apologiam compoſuit pro civitate, id tantum reponit, quod ſicut Epiſcopus Sionenſis eodem titulo utitur ſine poteſtate; ita idem in Genevenſi honoris ergò toleratus fuerit, ſalvo interim ſuo civitati jure. Haiminsfeldius *præfecturam* interpretatur, *in not. conſtit. Imp. ad lit. S. Pq. Romani ad Conr. 3.* qualem primis quoq; pontificibus in urbem Romanam ab Imperatoribus conceſſam ex Ottonis Friſing. *lib. 7. & aliunde* colligit. Et revera, quod ex ſolo nomine trahitur argumentum, parum roboris habet, quia *denominatio veritatem rei non immutat, ac ne Papalis quidem*, ut ait Joh. And. *in addit. Specul.t. de inſtr. edit. §. porro l. ſi forte ff. de Caſt. pec. l. aſſumptio cum ſumma ff. ad municip.* nec æſtimandus contractus ex *nomine ſed natura rei.* Bal. *in l. ade l. ſi certu C. de loc. cond. per l. inſulam ff. de præſcr. verb.* Oldrad. *conſ. 139. ad habendam col. 1. adde l. 1. C. plus valer. quod agit*: Annon Pontifex Romanus nomen ſervi ſervorum uſurpat, dum interim eſt *dominus dominantium; & habet jus regis regum?* ut ait Jaſon. *in l. reſcripta C de prec. Imp. offer.* & Card. Alex. *in c. ſi Papa diſt. 40.* unde Johann. Faber. *in præfat. Inſtit.* dicit: *Papa in verbis dicit ſe ſervum ſervorum, de facto tamen ſe adorari permittit.* Annon magni duces Muſcoviæ plus, quam ulli unquam Reges, poteſtatis ſibi in ſubditos ſumpſerunt, nec tamen ante Baſilium Johannis filium regis nomen ſibi præſcripſerunt. Quod enim Jovius *in deſcript. Muſc.* refert, Moſchorum principem, regio titulo utendi licentiam ab Imperatore vel pontifice ſperaſſe, Sigiſm. Baro *in hiſt. Muſcov.* meritò refutat, cum is ſe utroque longè præferat, & jam literas ejus vidimus, in quibus regium ſibi titulum tribuit, etiam cum ad Imperatorem ſcribit. Apud Polonos, cum regium nomen ceſſaret, proter interdictum Gregor. 7. in Boleslaum vibratum, Johan. Herburt. *lib. 3. hiſt. Polon. c. 8.* non propterea ceſſavit regius dominatus, qui tum in uſu erat, nec Præmislus; cum coronam reſumeret, ad poteſtatem, qua jam utebatur, quicquam addidit, Crome. *lib. 11.* ſicut nec Alexandri M. ſucceſſores imperia auxerunt, aut liberiora reddiderunt, cum ejus poſteritate deleta, diademata ſibi imponerent: Juſtin. *lib. 15.* Nec principes Walliæ, cum, rebus in anguſtum coactis, regio titulo reſignarent, & ſe principes tantum dicerent, propterea abſolutum & regium dominatum perdiderunt. David Povvel *in addit. ad hiſt. VVal.*

Epiſcopi Genevenſ. *Præfectorum.* *Pontificis Rom.* *Principũ Muſcov.* *Ducum Polon.* *Succeſſorũ Alex. M.* *Principiũ Walliæ.*

4. Abſit enim regiam poteſtatem inde æſtimemus, quam multis quis imperet, ſed quam liberè. Nec enim M. Curii, *qui de Sabinis, de Samnitibus, deq; Pyrrho triumphator, pauciores ſervos habuit, quam triumphos*, Apul. *lib. 1. Apol.* familia, minus familia cenſenda erit, quam vel Craſſi, qui 500. ſervos

in cen-

Digitized by Google

in cenſum retulit, aut Milonis, qui oo. uno die manumiſit. Aſcon. *in Milo.* Nec Genevenſium, Lucenſium, Raguſianorum Reſp. minus libertatis habent, quam Venetorum, Genuenſium, Bernenſium, Tigurinorum, licet his potentia nullo modo ſint comparandæ. Nec pauperes olim Græciæ civitates Romanæ potentiæ, quoad libertatem, ullo modo cedebant. Idem de regia Majeſtate judicium eſto, quæ licet unius ſcopuli terminis finiatur, ſicut de Ulyſſis Regno dicit Horat. modo ſuperiorem non agnoſcat, æqualem poteſtatem, ſi ſcholaſticè loqui fas eſt, habet *intenſivè*, quanquam non *extenſivè*, atque olim Magnus Rex Perſarum Darius, qui ad Alexandrum ſcribens ſe appellat, *Regem Regum & conſanguineum Deorum: lib. 2. ſupplem. ad Q. Curt.* eumq; imitatus Sapor, qui ad Conſtantium Imperatorem ſcribens, ſic inchoat: *Rex Regum Sapor, frater Solis & Lunæ, Conſtantio fratri meo, ſalutem plurimam*; aut Antonius Imperator, qui *l. 9. ff. ad leg. Rhod.* dicit: ἐγὼ τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. Tam anguſtæ olim erant res Orcadicarum Inſularum regulorum, ut Solin. *in polyh.* eos paupertate aſſuefactos ad juſtitiam ſcribat, nec admodum amplum oportuit fuiſſe illorum dominium, qui ad bellum Trojanum profecti ſunt, ſi verum eſt, quod Dictys Cret. *lib. 1.* & Dar. phryg. memorant, ex ſola Græcia plus minus ſeptuaginta ad hoc bellum exiiſſe: aut illorum, quos Joſue, aut Adoni-beſec expulit: Ille enim triginta unum percuſſit: *Ioſ. 12.* hic ſeptuaginta à ſe victos, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, reliquias ciborum ſub menſa ſua collegiſſe faſſus eſt. Tales extiterunt, qui ad Ben-adad Syriæ regem convenerunt, uſque ad numerum triginta duorum. *Iud. c. 1.* & quos Cæſar in Gallia deſcribit, aliique in Germania, ex quibus novem ad Probum ſupplices veniſſe, Vopiſcus ſcriptum reliquit. *in Prob.* Talis erat rex I[illegible]etotius, cujus hæredibus Clotharius 1. ad expiandum homicidium patris, reſignavit jura omnia, quæ ex bonis illorum ad regem ſpectabant: Gill. *in Clothar. 1.* Invent. de Serr. *par. 1.* Quibus omnibus tenuitas non obſtitit, quo minus veri Reges cenſeri poſſent, modo abſoluta poteſtate, nulliq; niſi Deo, ſubjecta, uſi fuerint. Ea enim, ut mox dicemus, Majeſtatem conſtituit, quam iccircò nemini detrahimus, quia Regio aut Majeſtatis titulo non utitur, ſed vel ducis, vel ſerenitatis, quia *non eſt facienda vis in nomine, ſed in qualitate regiminis*, ut ait Natta *conſ. o[illegible]* & Baldus *in conſ. 228. quod inc: Quæritur; Vtrum Rex Rom. n. 6. verſ. Item utrum col. 1.* dicit: *Vtrum quis vocetur Rex vel Dux, nihil ad Rhombum.* Teſſaur. *in præfat. deciſ. pedem num. 12.* Cum tamen Teſſaurus addat *magnitudinem poteſtatis*, & propter eam Sabaudum abſolutæ poteſtatis principibus accenſendum contendat, non parum errat, & ea, quæ paulò antè diximus, minimè conſideravit.

Modeſtia verò ea principibus obeſſe non debet, qua regio nomine & honore, ſive ad declinandam invidiam, ſive quod ſumptibus regiis non ſuffici-

Digitized by Google

ſufficiant, ſive ne ſe potentioribus ridendos proſtituant, deliberato conſilio abſtinent, nec propterea majeſtas iis abjudicanda, niſi Majeſtatem pro externo ſplendore accipias, ſicut Sueton. *in Tibe. c. 30.* quando ſcribit. *Quin etiam ſpeciem libertatis quandam induxit, conſervatis Senatui ac Magiſtratibus & Majeſtate priſtina ac poteſtate.* Nam dum poteſtatem ſeparatim ponit, per majeſtatem oportet honorem & venerationem externam intelligat, ſicut Cic. *pro Balbo lib. 4. ad Heren. & de orator. lib. 2.* majeſtatem definit *dignitatem & amplitudinem populi Romani*, & ſatis explicat Valer *lib. 2 c. ult. in pr. Eſt & illa*, inquit, *quaſi privata cenſura majeſtas clarorum virorum, ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in ſua amplitudine obtinenda. Grato enim jucundo introitu animus hominum illabitur admirationis prætexta velata; enim recte quis dixerit longum & beatum honorem eſſe ſine honore*: rectius & ad ſenſum accommodatius lego, *ſine onere*. Sed hoc in loco illam majeſtatis ſignificationem ſeponimus, qua ſolum honorem deſignat, quaq; te tantum utitur Bocerus *claſſ 4. diſp. 10. de Regal. in pr.* Tholoſa *lib. 2. de Rep. c. 4. per tot.* Lipſ. *lib. 2. pol c. 16.* Majeſtatem Græcis σεμνότητα dictam definiens: *Reverendam quandam amplitudinem ob meritum virtutis aut rerum affinium.* Item Chaſſan. *p. art. glo. mand. conſ. 70.* ex G. Benedict. *in rep. c Raynud: in ver. teſtamentum primo num. 45. de teſtam.* qui ſic eam definit, quod ſit *Virtutis & probitatis quædam excellentia, ſine Magiſtratu, ſine Imperio, ſine fortunæ adminiculo honoratum reddens hominem*, nec non Fabius Albergat. *l. 2. diſcurſ. polit. contra Bodin. cap. ult.* reprehendens Bodinum, quod Majeſtatẽ definiat per poteſtatem abſolutam, cum non illa, *ma il grandiſſimo merito, che porta ſeco honore & riverenza, e più convenevolmente eſſentiale de la maeſtà, & ſi può trovare anco in perſone private, che non hanno podeſtà abſoluta ſopra niuno*: in qua re ipſe multò graviorem meretur reprehenſionem Bodino, dum umbram pro corpore, picturam pro re, ſpeciem externam pro veritate, errore prorſus puerili venditat: quodque Bodinus rectè definiendo diſtinxerat, ipſe confundit.

5. *Quinam definiere majeſtatem per ſplendorẽ.*

Per majeſtatem enim hoc loco intelligere debemus jus ipſum, quod in poteſtate, eamque ſecuta veneratione conſiſtit, quo ſenſu Gigas *in tract. de crim. læſ. majeſt. lib. 1. ſub rubr. Quotuplex majeſtas n. 24. poſt* Oldrad. *conſ. 43.* Harprecht. *ad § publica autem jud. n. 2. Inſt. de publ. jud.* rei veriſimilitudinem magis, quam derivationem nominis, more JCtorum, ſecutus, majeſtatem dictam putat, quaſi majorem ſtatum, vel poteſtatem. Feſtus enim eam derivat à magnitudine, quò reſpiciens Cic. *in part. Orat* definit. *Magnitudinem populi Rom. in eius poteſtate, ac jure retinẽdo.* Duar. *ad t. ad l. Iul. Majeſt. c. 1.* Vveſenb. *in proœm. Inſtit. in verb. majeſtatem.* adeò ut Paurmeiſt *lib. 1. de juriſd. c. 3. num. 6.* Bodinum injuria reprehendat, quaſi majeſtatis inuſitatam ſignificationem in ſcholas introduxerit, quod etiam Kirchner. advertit *diſput. 2. de Rep. th. 2.* 6.

Nam Jmperator, dum majeſtatem regnantis *l. digna vox* C. *de ll.* nominat, aut Imperatoriam majeſtatem dicit legibus armatam eſſe oportere, *in proœm. Inſt.* aut Ovidius, dum ait: *Sacra majeſtas, totum quæ temperat orbem*, conſpicuè majeſtatē accipiunt, non pro ſola dignitate, ſed pro poteſtate armata & regnante, id quod pluribus aliis ex locis ſi res poſtularet, confirmatū reddi poſſit.

Duplex autem eſt, *Socin. conſ. 22. n. 4. vol. 1.* *Divina l. dies feſtos in pr.* C. *de feriis l. non diſtinguen. § 3 ff. de recept. arbitr. l. gazaros* C. *de hæret. & Manich.* quā tantò gravius lædi docet Damhud. *in pract crim. c. 61 n 1. & 2.* quantò Deus altior eſt, devotiusque venerandus: Et *Humana*, quam hoc loco perveſtigandam ſuſcepimus. Ea alicubi etiam Magiſtratibus tribuitur, ut ineptum ſit

7. argumentum Albergati *lib. 2, c, ult. contra Bodin.* negantis, Majeſtatem conſiſtere in poteſtate ſuperiorem non recognoſcente, quia violatur etiam *ne i piccoli ſignori, che da i feudatarii dependono. Il che non ſucederebbe, quando veramente & propriamente maeſtà non vi foſſe, poi che offendre non ſi può coſa, che non ſia.* Non enim his aliter competit majeſtas, nec in illis aliter violatur, quam ſicut Majeſtas Prætoris violari dicitur *l. ſi familia ff. de jurid.* & imperio ejusdem, majeſtas aſcribitur, *l. penult. de Iuſt. & jur.* id quod abuſivè fieri notant Gigas *d. lo. n. 18.* Duar *ad de leg. c. 1.* Clapmar. *de arcan. Rerump. lib. 1. c. 9.* nec aliter iis competit, quàm quatenus populi majeſtatem, repræſentant Sic enim Sicinnius Majeſtatis poſtulabat Marcium quod ædiles, juſſos eum ad tribunos ducere, pulſatos abegiſſet: *Contumelioſam illam injuriam ſuis miniſtris factam in nullos alios, quam in eos, qui id juſſerant, recidere.* Halicarnaſſ. *lib 7.* & Franciſcus I. Galliarum Rex, cædem ſui legati Franciſco Sfortiæ exprobrans dicit: *de la mort, qu' il a ſouffert, l' injure principale s' en adreſſe, & eſt faite à moy. Du. Bell. lib. 4.* Sic enim & Maieſtas violatur in conſiliariis principis, *l. quisquis* C. *ad l. Iul. majeſt. c. ſi quis cum milit. 6. q. 1.* Clar. *l. 5. recept. ſent. § læſ. majeſt. n. 5.* uti judicatum eſt de cæde Iſerniæ, qui Johannæ II. erat à conſiliis. *Afflict. ſup. 1. part. conſt. Regni Rubr. 29. n. 6.* Item in Cardinalibus, qui & ipſi ſunt partes pontificis: Viv. *opin. 88. lib. 1.* Gigas *præd. tr. q. 5. n. 1.* Eman. Zoar. *theſ. com. opin in ver. Majeſtatis.* Bonacoſ. *ibid. in ver. Eod. & eſt tex. in Clem. 1. de pœn. c. felicis. Eod. in 6.* Item in Electoribus Imperii, *per aur. bull. Car. 4. 24.* Mynſing *reſpon. 44. n. 9. & ſeqq* Matth. Steph. *2. Iurid. par. 1. c. 5. num. 76.* Heig *q 5. n. 26.* quoniam in iis Imperii poteſtas potiſſimùm recumbit. Sed & hoc aliquo modo impropriè fieri Dd. annotarunt, & ita intelligendus eſt Bald. *in l. data* C. *de his qui accuſ. in fin.* cum dicit: *in conſiliarios crimen majeſtatis non committi.* Loquitur enim de iſto crimine, cujus pœna vocat ad ſupplicium etiam liberos, quod in diſpoſitione legis. *Quisquis* locum non habet, cum Dd. communiter probent dictum Angel. *in l fallaciter. n. 4.* C. *de abolit. quod ſc. pœna d. l. quisquis reſpectu filiorum non ſervetur.* Cyn. & Salicet. *d. l. quisquis.* Bartolus *in conſt. qui ſint rebelles verſ. contra noſtrum honorem & alibi.*

Digitized by Google

eamque communem eſſe opinionem teſtantur Alciatus *conſ.467.n.6.* Gig. *d. tr.q.23.n.9.* Eman. Soarez *in verb.majeſt.* Clar. *d.loc.*&§ *n.4.* Laudenſ *q.1.in tr. de crim.læſ.Majeſt.* Gomez. *var.reſolut.tom.3.c.2.n.6.*&*10.* (quamvis de iis, quæ in Electores committuntur, alia ſit diſpoſitio *in c.ult.§ 1.aureæ bullæ*, Forſter. *lib.4.de ſucceſſ.c.2?.num.28.per tex.in publicorum verſ.publica autem ubi gloſſa in verb.memoria Inſt.de public.judic.* Hoc enim æquitati maximè conſentaneum cum ſenatores principum non habeant niſi precariam Majeſtatem, nec ex eorum cæde ſequatur ſtatim interitus, vel perturbatio totius Reip qui ſequitur ex morte vel læſione principis, *ut ſcribit* Sfortia Oddus *de reſt.in integr.par.1.q.3.art.14 n.90.* Dec.*conſ.410.n.20.lib.2.* qua de cauſſa tàm atrociter in hoc crimen animadverti voluit Cic. *lib.4. ad Heren.* Propriè enim & per ſe majeſtas eſt *ſumma in Rep. poteſtas, quæ omnes reliquos legibus ſuis comprobendit, ipſa nullius, niſi Dei & naturæ lege tenetur.*

CAP. II.
CUI MAJESTAS COMPETAT, ET AN SOLI IMPERATORI.

SUMMARIA.

1. *Omni & ſoli ſuperiorem non recognoſcenti maieſtatem propriè competere.*
2. *Quinam ſoli Imperatori maieſtatem ſeu univerſale dominium tribuant.*
3. *Ex quibus argumentis univerſale Imperatoris dominium colligatur, & eorum reprobatio, unà cum aſſertione contraria.*
4. *Vtrum Veneti de iure ſint ſubiecti imperio.*
5. *Vtrum Franci.*
6. *Vtrum Hiſpani, Angli, Poloni.*
7. *Probatur veritas ex Hiſtoricorum & ipſorum Imperatorum teſtimoniis, ſeu legibus.*
8. *Reſpondetur iis loquendi formulis, quibus univerſale dominium Imperatori videtur tribui.*
9. *Inter omnes Reges & principes primum, ratione dignitatis, eſſe Imperatorem.*

OMni reip. perfectæ tribuo hanc majeſtatem, quia Ariſtoteles *3. polit. c.6. 4. polit. c.1.* in Reip. definitione primo loco requirit τὸ κύριον τῆς πολιτείας, vel τὴν κυρίαν ἄλλων τῶν ἀρχῶν, & nihil aliud eſt Reſp. quam hujus poteſtatis imperium in reliquos ſubditos, quâ qui deſtituuntur vel Reges, vel principes, vel civitates, nec illi perfectas habere Reſp. dici poſſunt, ſiquidem capite carent, à quo motus & ſenſus reliquis membris communicatur. Ideoque nec in eos crimen Majeſtatis propriè committitur, ſed in illos tantum, qui ſuperiorem non agnoſcunt, quanquam de hac re inter JCtos nonnulla eſt diſſenſio. Nam Alexand. *conſ.13.n.2.lib.6. relatus à* Rolan. *conſ.88.n.1.li.2.* Alciat. *conſ.456.in pr.* communiter de jure deciſum dicit, majeſtatem etiam in inferiore, ſuperiorem recognoſcente, lædi, quod Cepolla in Italia de conſuetudine obſervari ſcribit. *conſ.crim.17.n.19.* Pau-

1. Majeſtas propriè competit iis, qui ſuperiorem non agnoſcunt.

Ius Caſtrenſ *in l. 3. n. 6. in fin C. de Epiſc. audien. de facto*, ſicut in duce Mediolanenſi exemplum ponit Farinac. *in pract. crimin.* & in Amadeo duce Sabaudiæ Guido Pap. *lt. 22. t. 1. Arreſt. 1.* Teſſaur. *praf. deciſ. n. 14.* Contrariam tamen opinionem, quod principem inferiorem lædendo quis non incurrat pœnam læſæ majeſtatis, communem facit Socin. *conſ. 275. poſt. n. 1, lib. 2.* & certè, quia, qui alterius Majeſtatem obſervat, propriam illibatam non habet, nec in eo lædi poteſt, quod ſibi non ineſt: cum tamen eam participet, quatenus ſtatus vel regni eſt, vel eam à ſuperiore communicatam habet, diſpoſitio legis. *Quisquis* ad eum etiam aliquo modo pertinet, ita tamen, ne pœna extendatur ad filios. *per* Affl. ct. *ſuper Feud. ad 1. quæ ſunt regal. in §. & bona committentium crimen.* Boſſ. *in tr. de crim. majeſt.* *Bajard. in addit. ad Clar. §. læſæ maj. verſ. & ſciatis.* Faber. *in proœm. Inſt. § 1. q. 1.* Gomezius *var. reſol. to. 3. c. 2. n. 10.* Quod verò majeſtas lædatur in omnibus, qui ſuperiorem non recognoſcunt, quanquam id abſq; ratione neget Theodor. Petræus *Concluſ. crim 77. in fin.* tamen apud reliquos extra controverſiam eſt. *arg. l. Nemo 3 C. de Epiſcop. audi.* Bartol *in l lege 12. tab. ff ad l. Iul. majeſt. in l. hostes de capt. & poſtl. rever.* Andr. *in t. quæ ſint regal. §. bona committ. col. 6.* Eman. Soar. & Bonacoſ. *in theſaur. com. opin. in ver. majeſt.* Gigas *de crim. maj. q. 28.* Boſſius *in t. de crim. majeſt. n. 51. qui eam communem dicit.* Farinac. *in pract. crim. q de crim. Majeſt.* Weſenbec. *com. in Inſt. §. publica. de publ. jud.* Clarus *lib. 5. recept. ſent. §. læſæ majeſt. verſ committitur* Bajard. *in addit. ad d. §. verſ. & ſciatis.* Quia in pares perſonas, pari crimine delinquitur, & quod dicit Franciſc. Ripa. *lib. 2. reſponſ c. 26* in aliis, quantumvis abſolutis principibus, non eſſe tantam, quanta eſt in Imperatore, majeſtatem, exemplo ſtellarum, quarum claritas minor eſt, quam ſolis, non aliter accipimus, niſi ſi intelligatur, una alteram præcedere, ſive ob potentiam majorem, ſive ob antiquitatem, ſive etiam ex longa conſuetudine.

Nam qui Pontificem Dominum mundi faciunt, ut Specula: *t. de leg. §. nunc oſtendend.* Felin *in rubr. de conſtit.* Panormit. *in c. quoniam n. 1. & 5. ibid. & alii, contra quos alibi diſputabimus*, reliquis omnibus, ſive Imperatoribus ſive Regibus, ſive Rebus publicis Majeſtatem ſinceram detrahunt. Sic enim argumentatur Caractacus Britannus in oratione ad Claudium: *Si vos omnibus imperitare vultis, ſequitur, ut omnes ſervitutem accipiant.* Tacit. 12. *Annal* Qui vero illud jus Imperatoris eſſe contendunt, ut omnis ánima ipſi ſubjecta ſit, reliquos reges & principes, vel Reſp iniquos poſſeſſores faciunt, majeſtatem iis de jure adimunt, belliq; ſemina inter principes ſerunt, quamobrem, ut ſua cuique debita Majeſtas aſſeratur, nec in iniqua bella quiſquam ſine cauſſà propellatur, eam rem, quandoquidem hujus loci eſt, paucis examinabimus, ſed non ſine proteſtatione, quam nobis prævivit Bartolus: *in tract. ad repriman. verſ. totius orbis, &c. in fin.* ſi quid Cæſari in his

forte

forte non probetur, aut ſi quid jus alicujus principis vel regis præter fas & æquum lædat, id nos ipſos pro indicto habituros. Traduntigitur tàm Pontifici, à quam Canonici juris interpretes: Imperatorem eſſe Dominum totius orbis. gl. in c. venerab. in ver. Germanos de Elect. gl. in c. Adrianus diſt. 63. in verb. per ſingulas gl. in c. in apibus, in ver. Imperator. 7. q. 1. gl. in cap. per venerab. in ver. minime recognoſc. qui fil. ſint legi. gloſſ. in c. ſuper ſpecula in verb. non utuntur. de privileg. Bartol. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtlim. rever. in extravag. ad reprim. in ver. totius orbis, in l. 1. §. ult. n. 2. ff. de rei vindic. Bald. ad l. 9. ad l. Rhod. de jact. Cotta in memorab. in dict. Imperator orbis, Abb. conſ. 51. vol. 2. Caſtald. in tr. de Imperat. q. 52. quam opinionem communem dicit Jaſon. in l. cunctos populos n. 6. C. de ſum. Trin. ibiq; communiter tradunt D.D. & ad c. novit. de jur. & ad c. venerab. de Elect. ad c. per venerab. qui fil. ſint legitimi: interq; communes reponunt Vivius & Fichard. in theſ. com op. in verb. Imperator. Caſtaldus in tr. de Imperat. q. 52. ideoq. omnia eſſe in ejus poteſtate per gl. d. c. venerab. allegantem. c. quo jure diſt. 8. c. 101. venior. 23. q. 8. Andlo lib. 2. de Imperat. c. 8. totum orbem eſſe unum ejus territorium, ſecundum Abb. d. conſ. 51 & rationabiliter debere eum poſſidere univerſam terram, quæ videt occidentem ſolem & quæ ex utroque latere eſt, ſecundum Baldum in auth. habita col. 3. C. ne fil. pro patre per tex. in auth. ut omn. obed. jud. § 1. & in auth. de Inſtrum. caut. & fid. § 1. Lancel. lib. 1. c. 1. de Imperator. §. 1. verſ. orbem univerſ. n. 2. Schenck. de feud. lib. 1. t. 14. n. 4. Iudæos eſſe ſub eo. l. Iudæi C. de jud. & omnes provincias, d. gl. in c. venerab. in fin. per c. Adrianus 63. diſt. omnesq; populos ejus legibus teneri: Bart. in d. l. cunctos populos in pr. verſ. nunc ad propoſitum. Imolenſ in l. infamem col. pen. in fi. ff. de publ. jud. Zoan. in tr. de Rom. Imp. Colleg. Papienſ in reſp. in cauſ. Pin. n. 2. ipſos etiam reges & univerſa regna, Imol. de lo. gl. in c. per venerab. in verb. minime recognoſcat. qui fil. ſint legit. Martin. Laud. in tr. de princ. q. 17. & 10. Franciſc Aretin in d. l. cunctos populos in 2. notab. Myndan. de mand. jud. lib. 2. c. 67. n. 13. Teſtaur. in praſ. deciſ. pedem. n. 13. Hoſtienſ. Johan. Andr. Petrius ad d. c. per venerab. Hi enim expreſſis terminis loquuntur de Rege Franciæ, ſicut Nicolaus de Ubald. in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in §. & adverte, qua licet n. 81. & ſeqq. Item Muſcorn. de juriſd. n. 128. Damhud. in pract. crim. c. 82. n. 18. Reges Franciæ, Hiſpaniæ & Angliæ promiſcuè Imperatori ſubjiciunt, ut & alii, quos refert Zoan. de Rom. Imp. n. 202. & ſeqq. cum Imperatoris ſit illos coronare, ſecundum gl. in c. in apibus in verb. Imperator. 7. q. 1. nec ſine eo in temporalibus ulla ſit juriſdictio, quæ, ut ſpiritualis Pontifici, ita Imperatori ſoli competit; Alex. conſ. 8. n. 4. vol. 1. per c. cum ad verum diſt. 96. ex cujus plenitudine ipſe ſolus nobilitat, ſecundum Franciſc. Rip. lib. 2. reſponſ. c. 26. ſo. ut ad ſummam reſtituit: Azo in rubr. C. ubi & apud quem, ſ. ſiniq; Majeſtatis jura poſſidet. Decian. in pract. crim. lib. 7. c. 4. num. 2. quiq; in ejus Majeſtatem committit, proprie incurrit pœnam l. quiſquis C. & l. ult. ff. ad l. Iul. Majeſt. & extravag. Qui ſint rebell. per Decian. d. lo. n. 7. Roland. à valle conſil. 74. Inhærendo

2. Imperatorem eſſe Dominum mundi.

 n. 5.

n.5.& ſeqq. Quin etiam de capite ſuo tributum debent Cæſari omnes, qui ſe exemptos demonſtrare non poſſunt. gl. in c. Adrianus *in verb. per ſingulas diſt. 63. p. l. ult. ff. de Cenſib.* Andl. *de Imper. lib. 2. c. 8. per c. omnis anima. de cenſib. l. omnes penſitare C. de annon, & trib lib. 10. Et ſi qui ſint liberi ab Imperatoris ſubjectione vel principes, vel Reſp. id habent vel ex privilegiis ejus, vel per ejuſdem patientiam,* Mart. Laud. *in tr. de crim. læſ. maj. q. 51.* qui idcircò illud propter rebellionem revocare poſſet, ſicut Bartol. de Italiæ populis liberis *ad d. l. hoſtes col. 1.* docet & Bald. *in c. ſicut n. 6. ext de jurejur.* de Venetis his verbis enunciat. *Si Veneti eſſent rebelles Imperii, poſſent privari libertatis ſuæ privilegio, & eſt tex. in c. ſuggeſtum cum gl. in verb. privileg. ext. de Decim.* ubi non immeritò dubites, quomodo rebelles eſſe poſſint, qui liberi Remp. adminiſtrant. *ut ait* Laud. *d. lo.* id eſt, qui non ſunt ſubditi, nec ſuperiorem ullum agnoſcunt. Atque ita prædicti autores omnibus Regibus & principibus de jure majeſtatem ſuam auferunt, & Butrius ait *in c. per vener. extr. qui fil. legit. Impoſſibile eſſe, aliquem populum eſſe liberum, vel de jure, vel etiam ex Cæſaris donatione, cum id donare non poſſet, l. legatus ff. de off. præſi c. cum venerab de cenſ* Schenck. *de feud. lib. 1. tit. 14. n. 11.* quanquam *de facto,* & ut ait Bartolus, *ad d. l. cunctos populos, per injuriam Cæſaris jura uſurpent,* Imolenſ. *in d. l. infamem, de publ. jud. d. gl. in c. per venerab. & ibi* Hoſtienſ quam idcirco Imperator omni jure vindicare poſſit, Bartol. *in tr. ad reprimen. in ver. totius orbis.* Zoann. *in tr. de Rom. Imp. n. 148.* etiam contra infideles, qui & ipſi coguntur univerſalem Dominum recognoſcere. Lancel. *lib 1. c. 1. de Imp. verſ. Orbem n. 10. in fin. & §. 4. verſ. Duodecimo in fin.* Schenck. *lib. 1. feud. t. 14. n. 7.* Nam graviter peccant, qui Cæſari ſunt inobedientes, *ſecundum* Imolenſ. *d. lo.* & Bald. *in c. 1. in pr. n. 1. ibi & peccant ſicut Francigenæ in t. de pac. jur. firm.* imo mortaliter, ut vult Hoſtienſ. *in d. c. per venerab. § videbatur col. 2. verſ. numquid ergo mortaliter extr. qui fil. ſint legit.* qui tamen illud mitigat, & tum valere aſſerit, ſi interpellati à Cæſare, tamen ad obedientiam non redeant, quod ſequitur Laud. *in tr. de princ. q. 17. & 60.*

Quod ſi univerſalis hujus Dominii probationes petas, vix ullas proferunt, niſi quas ex ipſorum verbis colligeres. Nam cum Hoſtienſi peccent mortaliter, qui Cæſaris Imperio ſe ſubtrahunt & Bartol. *in d. l. hoſtes n. 7.* hæreticum vocet, qui Dominum Imperatorem non eſſe Dominum & Monarcham totius orbis exiſtimet, non obſcurè indicant, ſe hoc jus petere ex ſacris literis, ſive ex jure divino, quod Henricus VII. *in extr. ad reprim. in pr.* expreſſis verbis affirmat, dum *ſacris præceptis,* ait, *juberi omnem animam ſubiectam eſſe Romano principi,* & Hoſtienſ. quidem *add. c. per venerab.* allegat dictum Pauli *ad Rom. 13. c. qui reſiſtit 11. q. 3.* quo jubemur quidem poteſtati ſubeſſe, ſed quiſque ſuæ, ſicut etiam advertit Bartolus *in d. extr. ad repri. verb. ſubjecta,* niſi poteſtatis nomen fortaſſe peculiariter deſignet Imperatoriam. Vivius *in com. op. in verb. Imperator &* Teſſaur. *in præfat. Deciſ. n. 13.*

3. Argumenta quibus imperium univerſale probatur.

Digitized by Google

n. 13. afferunt illud: *Luc. 3. Et exiit edictum à Caſare, ut univerſus mundus cenſeretur.* Item quod Chriſtus juſſerit *Cæſari dare, quæ ſunt Cæſaris.* Andlo *lib. 2. de Imp. c. 8.* Schenck *li. 1. feud. t. 14. n. 8.* prærogativam Imperii ex eo evincunt, quod Chriſtus ſub eo natus ſit, ſtatimque cenſum ſubierit, tributum dederit pro ſe & Petro, *Matth. 17. c. etiam nunc 33. q. 1.* Pilato poteſtatem deſuper conceſſam dixerit, & quod dicentibus Apoſtolis: *Ecce duo gladii hic*, reſponderit: *ſatis eſt:* quaſi dixiſſet: Duas poteſtates Papæ & Imperatoris in mundo ſufficere: quod poſterius omnium alieniſſimum eſt à veritate, cum nec duo gladii duas poteſtates deſignent, nec, ſi ita ſit, per gladium temporalem ſolus Imperatorius accipi poſſit. Nec verò ſola Pilati poteſtas deſuper venit, ſed & Apoſtolus ait: *Omnis poteſtas a Deo eſt*, & in Prov. *c. 8.* de omnibus Regibus dicitur: *Per me Reges regnant.* Covarr. *de reſt. par. 2. § 9. n. 5.* Vaſq. *l. 1. contr. Illuſtr. c. 21. n. 8.* Nec quod cenſui ſe ſubjecit, aut tributum dedit Cæſari, properea illud reliquis denegavit, Imperatoris nomine omnes Magiſtratus complectente, *ut explicat* Zvvinglius *ad c. 22. Matth.* Unius enim incluſio, alterius non eſt excluſio, & Apoſtolus jubet cenſum dare omni poteſtati, omnibuſque Dominis obedire, *Rom. 13. ad Tit. c. 3. 1. ad Timoth. c. 2.* ubi non tantum pro uno, ſed pro pluribus regibus orare jubemur. Quis verò principum magis à Deo honoratus eſt, quam Nabuchdonoſor, quem Daniel ſic alloquitur: *Tu Rex Regum es, & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filii hominum, & beſtiæ agri: Volucres quoq; cœli dedit in manus tuas, & ſub ditione tua univerſa conſtituit. Daniel. c. 2.* Imo quam Cyrus, de quo *Eſaias c. 45. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dextram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & dorſa regum vertam, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur:* & paulò poſt: *propter ſervum meũ Iacob & Iſrael electum meum vocavi te nomine tuo &c.* unde meritò de ſe dicit Cyrus *apud Eſdram c. 1. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli.* Ergone Cyro ſoli debetur Imperium mundi, *ut vult* Bartol. *in d. Extrav. ad reprim. verb. totius orbis in pr.* & omnes reliqui, etiam ipſi Imperatores pro injuſtis poſſeſſoribus proclamandi? Ita certè colligerent prædicti auctores, tantò efficacius, quantò Dei voluntas hîc eſt expreſſior.

Huc pertinet, quod pro probatione plerumque afferre ſolent, quod Imperator ſit vicarius Dei in temporalibus. Bald. *de pac. conſt. in verb. diſpenſat. n. 5.* Atqui his illud reponi debebat, quod ICti in ore habent: *Erubeſcimus ſine lege loqui:* & illud Cicer. *Nil turpius legato ſine mandato*, aut illud Baldi, *in c. nihil, col. ult. de Elect. Quod in lege non cavetur, in practica non habetur.* Eberhard. *in loc. à lege ceſſant:* Nam Deus quidem Reges & principes inſtituit, quos & ſuo nomine Deos vocat, *Exod 7. & 22. Pſal. 46. & 81.* verum quod poteſtas illa ſoli Imperatori tradita ſit, id niſi manifeſtis tabulis certum fecerint, vereor ut reliquis principib. perſuadere poſſint. *Reprobatur alia ratio.*

Aliud

Digitized by Google

Reprobatur argumentum gloſſa.

Aliud argumentum ſuggerit gl. *ad c. venerab. in verb. Germanos in pr. de elect.* ſcilicet, quod extra Eccleſiam non ſit Imperium, *c. ſchiſma § ſed nec illud 24. q. 1.* quaſi diceret: illi tantum competere imperium de jure, cui Eccleſia illud tribuerit, quod eſt etiam argumentum Bartol. *in d. Extrav. verb. totus orbis circ. fin.* Sed nos commentum illud translationis alibi abundè diruemus. Nec enim potuit Papa ſine cauſſa *Graculo*, ut eum *hic* appellat gl. *& in c. in apibus in ver. unus 7. q. 1.* poſſeſſiones auferre, *Clem. paſtoral. de re jud.* cum dominia, quæ jure gentium diſtincta ſunt, ne principes quidem ſine injuria perturbare poſſint, unde Anton Corſet. *de poteſt. reg. in 5. part q. 82.* octo tantum caſus excipit, in quibus Imperator infidelibus bellum indicere jure queat. Nec potuit Papa transferre, quod ipſe non habuit, *l. obſervare § ult. ff. de offic. procon. & l. g. l. traditio ff. de acquirend. rer. domin.* nec habere potuit, *gl. in Auth. Quomod. oport. Epiſc. in ver. conferens gen. ...c. cum ad verum, cum gl. ibid diſt. 96.* Durum alioquin eſſet omnes Imperatores uſq; ad Conſtantinum, omneſque Reges, qui regna non recipiunt de manu Papæ, Tyrannos & injuſtos poſſeſſores vocare, quo vitio ne ipſe Conſtantinus ſe eximet, dum mediam partem Imperii ſine auctoritate pontificis ſibi retinuit. Sed de hac re abundè alibi.

Dominiũ univerſale non pẽdet a jure naturæ.

Sunt, qui univerſale dominium Imperatoris ex lege naturæ derivatum volunt, ſicut innuit Lancel. *d. § 1. verſ. orbem n. 10.* dum ait: *Imperatori datur actio & rei vindicatio etiam contra infideles, quibus ſervanda ſunt jura naturæ*, & Laurentius Calcaneus *conſ. 2. col. 1.* & Martin. Laud. *in tr. de crim. læſ. Majeſt. q. 20* contra legem naturalem peccare ſcribunt, qui peccat contra Imperatorem, quia communis omnium pater eſt, *ut elicit gl. Novell. 98. c. fin. in ver. dicimus autem in fin.* ſed & hic, quod univerſale eſt, ad ſingularem potentiam Imperatoris detrahunt. Natura quippe nos docuit obedire melioribus, *c. ult. diſt. 89.* imò etiam ad Monarchiam viam monſtravit, *c. in apib. 7. q. 1* ſicut Proclus *de an. & dæm. c. 32. & 42.* ex conſpiratione omnium, quæ ſunt in mundo, ad unum, nos elevat ad Monarchiam divinam cognoſcendam.

Ad c. in apibus reſponſio.

Sed ridiculum eſt, quod gl. *in d. c. in apibus in ver. unus, quam ſequitur* Imol. *in l. ult. col. 4. verſ. extra gl. ff. de hæredibus inſtit.* Jaſon. *in l. licet Imperat. 1. not. ff. de leg. 4.* Alber. *in l. bene a Zenone col. 2. verſ. Vtrum duo C. de quadrien. præſcr. refutati à* Tiraq *de jur. prim. q. 17 opin. 4. n. 22.* Schenck. *de feud. lib. 1. tit. 14. n. 6.* inde elicit, non debere eſſe in mundo, niſi unum Imperatorem, & proinde Græcorum Imperatoré aſſimilat Schacorum Regi, *ad d. c. venerab. de Elect.* Nam eadem ratione licebit colligere, omnium examinum apum tantum unum principem, omnium gruum tantum unum ducem eſſe debere, çum tamen ex duello Romuli & Remi, fratrumq; Eſau & Jacobi ſatis pateat, Hieronymũ tantum πολυκοιρανίην improbare, non in univerſo mundo, quem impoſſibile eſt propter ſuam amplitudinem ab uno ſolum regi poſſe,

Digitized by Google

poſſe, *arg. lib. 7. polit. c. 4.* ſed in ſingulis regnis. *An ex toto orbe, ait* Calvinus *lib. 4. Inſt. c. 6. § 8. confluunt apes, ut Regem unum eligant? ſuis alve tribus contenti ſunt reges ſinguli: ita quoq; in* Gruibus, *unaquæq; caterva proprium regem habet: quid inde aliud evincent, quam ſingulis* Rebusp. *debere ſuos principes attribui;* & tamen hoc capitulum pro dominio univerſali nullibi non citatur à *gl. in d. c. venerab. in d. c.* Adrianus *in c. nunc autem diſt. 21.* Jaſon. *in l. licet Imper. col. 2. de leg. 1.* Zoan. *de Rom. Imp. n. 227.* Lancel. *d. § orbem q. 1. per tot* qui inde piam opinionem elicit, ſcilicet, *Unum tantum eſſe poſſe verum Imperatorem*, quod pro articulo fidei habet Martin. Laud. *de princ. q. 68.* adeò ut duo nunquam poſſint eſſe veri Imperatores, *ſecundum gl. in d. c. nunc autem in ver. Diocletiani Card. Alex. ibid.* & hinc convincatur Sylveſter peccaſſe in articulum fidei, quod Imperium cum Conſtantino diviſim acceperit. *c. Conſtantinus diſt. 96.* Sed fruſtra deſcendo in arenam cum iis hominibus, qui nec hiſtoriarum, nec politicorum principiorum rationem habuerunt, unde iis tam craſſus error natus eſt. Id igitur conſtat, naturam nobis monſtrare ſubjectionem, Tholoſ. *lib. 6. de Rep. c. 1.* nec obſcurè delineare Monarchiam: Victoria *de poteſt. civil. n. 8.* Covarr. *q. 2. pract. n. 6* ſed an propterea Imperatorem nobis omnibus dedit principem? quem conſtat poteſtatem ſuam habere partim ex lege regia, per conceſſionem populi, partim jure gentium, ex quo bella naſcuntur, *§ jus autem gent. Inſt. de jur. nat. l. ex hoc jure in pr. de juſt.* & noſtra fiunt, quæ ex hoſtibus capiuntur. *l. naturalem 5. § fin. l. transfugam 51 ff. de acquir. rer. dom. l. 1 § Dominii in ff. de acquir. poſſeſſ. l. hoſtes ff. de capt. & poſtlim. rever. § item ea, quæ ex hoſtib. Inſt. de rer. diviſ. Quæcunq; quis ſua virtute hoſtibus ademit & ſibi comparavit, ea ſuis poſteris, tanquam res proprias, reliquit,* ait Halicarn. *li. 6* quo jure Jacob Joſepho dat terram, quam Emoræo armis abſtraxerat *Gen. c. 48* Alber Gentil. *lib. 3 c. 4. de jur. bell.* Errat enim, nec hiſtorias novit, qui Romanos aliud jus in univerſum orbem habuiſſe putat, quam quod jus gentium iis in bellis conceſſit Cardin. Zabar *in c. venerab. § verum in 2 col. de Elect.* *Pacto enim cum Gallis fœdere, ait* Polyb. *lib. 1. cum finitimis bella gerere cœperunt, & mox Latinis ſuperatis, arma contra Tyrrhenos, Deinde contra Celtas, poſtmodum contra Samnites tulerunt, quibus devictis tum primum in reliquas Italiæ partes facere impetum cœperunt, veluti jam non de alienis, ſed de propriis, & ad ſe pertinentibus rebus contendentes.* Nec immeritò expoſtularunt legati Antiochi cum legatis Romanorum, quod Romani velint Antiochum deducere ex ea poſſeſſione, quàm partim à Seleuco proavo ſibi relictam, partim legitimis bellis, partim etiam ab aliis deſertam acceperit, juſque ſibi & leges dare in Aſia, quæ nunquam Romanorum fuerit. Liv. *lib. 34. ad fin.* & Arioviſtus rectè Cæſari reſpondet: *mirum ſibi videri, quid in ſua Gallia, quam bello viciſſet, aut Cæſari, aut omnino populo negotii eſſet.* Cæſ. *li. 1.* Rectiùs reſponſum eſt à Romanis Pruſiæ Bythiniæ regi,

Ius Romanorum in univerſū mundum ex quo jure defluxerit.

agrum de Antiocho captum, quem nulli datum Galli poſſiderent, ſibi concedi petenti: ſi nimirum ager P. R. fuerit, nec cuiquam datus, digniſſimum eo dono Pruſiam habiturum populum. Si autem Antiochi non fuiſſet, eo ne populi Roman. quidem factum apparere. Liv. *lib. 55 ad fin.* Negant enim ſuum eſſe quod bello non acquiſierint. Sic Manlius à legatis ſuis accuſatus, quod Gallo græcis bellũ injuſſus intuliſſet, non id ſibi licuiſſe reſpondet, quia populus Rom. toti mundo cenſor conſtitutus eſt, ſed quia hoſti Antiocho ſe adjunxerant, & inter cætera, hæc ejus verba huc faciunt: *Etiam Delphos quondam commune generis humani oraculum nobiliſſimum orbis terrarum Galli ſpoliarunt, nec ideo P. R. his bellum intulit, aut indixit. Equidem aliquid intereſſe putabam inter id tempus, quo nondum in jure ac ditione veſtra, Græcia atq; Aſia erant, ad curandum animadvertendumq;, quid in his terris fieret: Et hoc, quo finem Imperii R. Taurum montem ſtatuiſtis, &c.* Liv. *li.38.* & cum ille *princeps terrarum populus*, ut eum appellat Liv. *li.1.* & Quintius Liv. *li.24.* aut, ut Virg. *Æn.6.* illi *Rerum Domini* non potuerint lege Regia plus juris in Imperatores profundere, quã ipſi habuerint, ipſique confiteantur Imperatores, ſe omne jus ſuum legi iſti ac-

4\. ceptum referre, nec aliud in alias nationes populoſque jus ſibi attribuere poſſunt: imò ne attribuerunt quidem. Nam Carolus M. accepta corona cum Irene transêgit, Plati. & Egnat. *lib. 3. Roman. princ.* & poſtea cum Nicephoro, *Sabell. 8. Enn. l.9* ut alter occidentis, alter orientis princeps eſſet, nec hujus in illius ditiones quicquam juris remaneret. In eodem fœdere cum Irene diſertè cautum, ut Veneti ſuis uterentur legibus, & bello paceve neutrius cenſerentur juris. Egna, *d. lo.* Sigonius *lib.4. hiſt. Ital.* illud initum cum Nicephoro memorat, repetitumque cum Michaele Rangabe, decimo anno poſt. Summonte *in hiſt. Neapol lib.1, c.12.* Non igitur privilegio acceptam ferre habent libertatem Veneti, ut cenſent Bartol. *in d. l. hoſtes col. 1.* Bald. *in c. ſicut n. 6. de jurejur.* Mart. Laud *de crim. majeſt. q. 51.* Lancel. *lib. 1. cap. 2. § 3. n. 4.* Farinac. *in pract. crim.* Muſcorn *de juriſdict. n. 129.* niſi fortaſſe ex privilegio dari libertas dicatur, quando relinquitur, quia ſine injuria eripi non poteſt. Nunquam enim Venetorum, quæ nunc eſt, Reſp. Imperatori ſubjecta fuit, eo exorta tempore, cum Italia plena eſſet turbarum, incertaque rerum dominia. Ideoque ſi rectè argumentantur ICti Tranſmontani unà cum aliis: Sot. 4. *de Iuſt. & Iur. q. 4. a. 2.* Covarru. *de reſtit. 2. part. §. 9. n. 5.* Molina *de Iuſt. & Iur. tr. 2. diſp. 30.* Faber. *in d. l. cunctos populos* Alberic. *in l. benè à Zen. n. 15. C. de quadr. præſcript.* Oldrad. *conſ. 69.* Cardin. de Turrecum. *in d. c. in apibus col. 1 & 2.* Menoch. *in reſp. de cauſ. Finar. art 1. n. 100.* Forcatul. *in cupidine Iuriſperito. c 9. n. 5. in comm feud. c. 12. n 12.* Paurmeiſt. *lib 2. de Iuriſd. c. 1 n 21* Vaſq. *lib 1 contr. Illuſt. c 21 non competere Imperatori jus in univerſum mundum, quia nunquam univerſus ejus poſſeſſionis fuit*, nec in Venetos quoq; jus ſibi vendicare poteſt, cum nec in illos unquam juriſdictionem exercu-

An Veneti ſint de jure ſubjecti imperio.

Digitized by Google

exercuerit. Caſtal. *tr. de Imp. q. 54. n. 9.* Ruin. *conſ. 66. lib. 3.* Pariſius *conſ. 2. n. 12. 15. lib. 2.* Soc. Jun. *conſ. 100. n. 10. li. 2.* Gomez: *in § fuerat. n. 5. Inſt. de action.* Nam inter ſubditos, qui imperio ſe ſubtrahunt, & inter eos, qui ſubditi nunquã fuerunt, diverſa omninò ſtatuenda ratio. Illi enim, niſi juſtum ſuæ exemtionis titulum habeant, nullo non tempore vindicari poſſunt: Petr. Anton. de petra *tract. de jure quæſ. non toll. c. 2. q. 4. n. 15.* quanquam Albericus Gent. id neget profuturum, *De veter. cauſ. non reſuſc.* ſicut & Bald. *conſ. 267. in 1. par. n. 9.* principum juriſdictionem, quam poſſident, in jus velle vocare, nihil aliud eſſe dicit, quam revangare mundum, quod repetit Cravett. *conſ. 262. col. fin. vol. 1.* Petrus Anton. de Petr. *d. q. 4. n. 2.* Sed in hos, qui ſubjecti prius non fuerunt, niſi per vim, nulli alteri pôtentia datur, quia regna & dominia jure gentium diſtinctos limites habent. *l. ex hoc jur. de just. & jur.* Atq; ex hac ratione Venetos ab obedientia Imperatoris liberos pronunciant Alberi. *in d. l. cunctos populos. n. 13.* Jaſon. *ibid. n. 8.* Boer. *deciſ. 178. n. 9.* Vent. Vincenti: *in conſil. Venet. c. 2.* de quo & Mantuan. *li. Gymnaſ. ſchol. 5.* ſcribit: *Veneti in terris ſuis funguntur, quo jure, neminem in ſuperiorem cognoſcunt, niſi ſolum Deum, prout etiam in eorum monetis ſcribitur: Soli Deo, vel tibi ſoli, ex quo miraculoſiſſima eorum civitas fundata eſt in mari.* Nec ſatis prudenter effugiunt, qui Venetos ab hoc univerſali dominio peculiari ratione exemptos volunt, quia, ut ait Alvar *in c. 1. in pr. col. pen. Quis dicat: dux: eorum civitas non eſt fundata in ſolo juris alicujus. Ideo libera eſt, & libertatis Domina. arg. § 1 & 12. Inſtit. de rer. diviſ.* Bald *in rubr. de rer. diviſ. in 3. colum.* Cepoll. *de ſerv. ruſt. præd. c. 26. n. 2. & 7.* Nam illud ſufficienter refutarunt Anth. Vacca *ad l. 2. ff. de rer. diviſ.* Alciat. *2. diſp. 5.* Nam & mare continetur nomine mundi & orbis: & Polyb *li. 1.* Romanos, ait, imperium maris quoq; obtinuiſſe. Imo ea ratione inſulæ nullæ forent ſubjectæ Imperatori: nec deniq; Venetorum Imperium mari terminatur, ſed bonam partem vicinorum littorum occupat.

An Veneti ſint exempti, quia habitant in mari.

Fortiori ratione idem de regno Francorum aſſerere debemus, quod ſuperiorem non recognoſcere, non ſolum Galli, ſed & alii permulti ſcriptores teſtantur. Boer. *deciſ. 178. n. 9.* Bal. *in c. 1. n. 2. de pac. jur. firm. in c. 1. n. 5. de inveſt. in mar. fact. in conſ. 217. incip. Ego puto. col. fin. lib. 3.* Johan. Igneus *in q. An rex Franciæ recognoſcat ſuperiorem.* Chaſſan. *in Catal. glor. mund. par. 5. conſid. 28.* Rebuff. *in l. unica n. 52. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter profer.* Alber. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. & in diſp. de princ. poteſt. abſol.* Chaſſan. *in conſ. Burgund. des ſucceſſions des baſtards. § 3. verſ. Ab inteſt. n. 22. & ſeqq.* Dec. *conſ. 85. n. 4.* & prolixè Ferald. *in tr. de jur. & privil. reg. Franc. in pr.* Alciat. *de ſing. certa. c. 32. Auctor. ad Edict. reg. de juriſd. jud. provinc. verſ. Roy de France.* Franciſc. Balb. *in tr. de præſcript. in 2. part. 5. partis.* Anton. Corſet. *in tr. de pot. reg. in 4. par. q. 44. num. 5. & in 5. part. quæſt. 101.* quibus adde Oldrad. *in conſil. ſuo. 77.* multa non inconcinnè diſputantem, modo modeſtiùs de Imperat. Majeſtate loqueretur, cujus

5. Diſquiritur de regno Franciæ.

C 2 manes

Digitized by Google

Franci nō agnoverūt imperium.

manes propterea non ſat dignis cruciatibus torqueri poſſe dicit Hieron: Balb.*de Coron.Imper.* Nam ab eo tempore, quo Francorum nomen notum fuit (cœpit autem ſub Valeriano & Gallieno primùm innoteſcere. Iun.*in Batav.c.9.* Avent.*lib.4. Ann. Boi.*) nunquam Romanorum potentiæ ſubjecti fuerunt, cum quibus nonnunquam æquo Marte pugnarunt, non raro ſuccubuerunt, ſicut Aurelianus ſeptingentos cecidit, tercentum in ſervitutem vendidit: Vopiſc *in Aur.* bis item à Conſtantio victos, ejus panægyrici narrant. Nazar. *& Eutrop.* idemque indicat titulus, quo Juſtinianus ſe Francicū nominat, *in proœm Inſtit.* Tandem, ſive ſenio labaſcente, ſive per tot incurſiones Bárbarorum dilacerato, ſive ſocordia Imperatorum collabente Imperio, vicit virtus Francorum, & per Bataviam ingreſſu facto, Duía. *fil. in Batav.* Romanos loco dejecerunt, *Hunibald.* Otto Friſing. *4. Chron.* donec Juſtinianus cum iis paciſceretur; Clothario, vel Theudiberto regnante: (utrumque enim reperitur) *haberent ſibi Galliā, regerent ſuo arbitrio eam, modo Gothis auxilia non ferrent.* Procop. *lib.3.* Alciat. *d.loc.* unde & Juſtinian.*in l.2.§ 2.C.de præfect. prætor. Afr.* jubet ad Belliſarium referri, non quæ in Hiſpania & Gallia ſeu Francia, ſed quæ in harum partibus gererentur. Quia maximam jam partem occupatæ erant Nec valet reſponſio Zoanetti, *num.228.tr.de Rom.Imp.* quod conceſſio Juſtiniani non potuerit valere, utpote Imperio detrimentoſa. Nam non ex prodigalitate, ſed neceſſitate coactus jus ſuum reſignabat, cum aliàs de toto occidente periclitaretur: ita Irene, Nicephorús, Rangabes, Carolo M. cedebant imperium occidentale, quod jam armis & conſenſu populi ſui juris fecerat. Sigon.*4. Ital.hiſt.* Ita Lex regia neceſſitate populo expreſſa fuit, quia jam Cæſar Tyrannidem vi occuparat, & Tacit.*lib. 1. hiſt. in pr.* dicit: *rem populi Rom. exegiſſe, ut poteſtas tota uni traderetur,* ſicut & Pomponius *lib. 2.§ eodem tempore, de orig. jur. neceſſe erat Reſp. per unum conſuli,* & tamen ceſſio ab Imperatoribus, tanquam juſtè facta allegatur. Ita Johannes Rex Galliæ, ejusq; filius pro-Rex, conſentientibus tribus regni ſtatibus Eduardo III. Anglo Aquitaniam, provinciasque vicinas cum ſummo jure cedebat, ut reliquum corpus ſalvaret, nec tamen unquam facient Galli, ut juſtè pactum rupiſſe videantur. Froſſard.*lib.2. & 3.* Ita Franciſcus I Carolo V. Flandriam, Arteſiam, & Caroleſiam, ut filios ſuos redimereti cum ſuperioritate reſignabat, quod tamen adhuc hodie ratum manet nec cum Gandavenſes ad earum recuperationem occaſionē offerrent, Franciſcus precibus eorum aures præbere voluit. Bella.*in hiſt.* Pari ratione, quod jam perdiderat Juſtinianus, illud reſignavit, ut, quod in Italia adhuc reliquum erat, faciliùs tueretur. Abeat igitur gl. *in c.per venerab. in verb. minime recognoſc. qui fil. ſint legit.* quam, quia aliud effugium invenire non potuerunt, ſequuntur Dd. turmatim. Hoſtienſ. *inprimis*, Johann. Andr. Anton. Butrius *cum Abbate ad d.c.per venerab. quorum hic etiam in l.unic § hu cu-*

nabulis

nabulis n.4.ff.de off.præf.præt.Gulielmum reprehendit, quod dixerit: omnia regna de jure ſubiiſſe Cæſari, excepto regno Francorum. Franciſc Aretin *in l.cunctos pop. n.3.C.de ſum.trin* Ang.Aretin *in §.jus autem n.3.Inſt.de patr poteſt*: Nam illud eſt commune collyrium gloſſæ, quod etiam inducit *capitulo ſuper ſpecula in ver. non utuntur*, ubi pontifex dicit, Francos ne uti legibus Romanis, quod Franciſcus I longius extendit, quando eas ne doceri quidem voluit in urbe regia Pariſiorum. *lib.1.du corps du droict François.* Nec enim aliter patitur leges Rom.allegari, niſi quatenus fulciuntur ratione. *ut ait* Bald *in l nemo C. de ſent.& interl.omn jud.* aut, ut Imperator locum facit legi Rhodiæ: *quatenus noſtris conſtitutionibus non repugnat l. deprecatio ff. ad l Rhod. & ibi* Gothofred. Idem adaptat *capitulo in apibus in verbo. unus.7.q.1.* quando ſibi obiicit: duos extitiſſe aliquando Imperatores ſimul, *ut in c. nunc autem diſt.21.* Item *capitulo Totam de pœn diſt 3* ubi Hieronymus ait: Rex erat, alium non timebat: Ipſa enim interpretatur: *in ver Rex de facto*, cum tamen jus nullum ſit certius. Cæterum quia probatum eſt, reges Gallorum obtinuiſſe Gallias eodem jure, quo Carolus M. imperium, Vid: armis & ſubſequente tranſactione, ſi illud juſtum fuit in Imperatore, erit etiam Regibus Francorum, qui nullius imperio tenebantur. Tum etiam, ſi verba Innocentii: *in d.c. per vener. cum Rex ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat*, accipiantur de facto tantũ, malè fecit, & in præjudicium Imperatoris, quod inobedientiam illam regis, quam Hoſtienſ. mortale peccatum vocat, ſuo conſenſu probet, indeque tanquam à re plana & juſta, argumentum ad convincendum alium ducat. Verba enim pontificis jus faciunt. idque eò magis, quando ea intentione proferuntur, ut inter jura reponantur, nec legumlatores, *ut ait* Covar. *de reſt.par.2.n.§9.n.5.* de facto, ſed de jure conſueverunt reſpondere, *l.mora.in in pr de uſur.gl.in c. conſultationi. de tempo.ord.quam ſingularem reputat* Felin. *in c cum non liceat de præſcr.* Imo non potuiſſet ſe Rex Franciæ ſubmittere juriſdictioni Eccleſiæ, ſi Imperatori ſubjectus fuiſſet, imprimis, cum ageretur de legitimatione & ſucceſſione in feudo, ubi Domini conſenſus ſpecialis requiritur. *c.naturalis ibi gl.& D.d.ſi de feud.fuer.contra* Chaſſan, *Catal, glor.mund.par.5.conſid 28.verſ.ex quo etiam. quod plus eſt*, qui adducit alium tex *ex c.novit.de jud* ubi papa dicit: feudi judicium pertinere ad Regem Franciæ, quod ſi Imperator ſuperior eſſet, ad ipſum pertineret, *per c.1.apud quem vel quos, de feud c.1.de lege Corradi &c.*

Præterea iiſdem verbis eximit Innocentius Regem Francorum, & à poteſtate temporali Papæ & à poteſtate Imperatoris. Jam reſpectu Papæ Rex exemptus eſt de jure: Ergo & reſpectu Imperatoris. Illud patet *ex c.meruit. extr.com.de privil.* ubi Clemens V. irritam pronuntiat conſtitutionem Bonifacii IIX. qua Regem Galliæ ſedi Romanæ de jure ſubeſſe ſtatuebat. *c. unam ſanctam, de major & obed. ext.* Inde ſequitur per contrarium ſenſum, quod

C 3 jam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

jam Rex Galliæ pronuntiatus ſit de jure non ſubeſſe Eccleſiæ, & per eadem verba nec Imperatori. Unum enim idemque verbum ad duo pariter relatum non debet diverſimodè intelligi *juxt. tex.* & Bartol. *in l. fin. C. deſen. arg. l jam hoc jure ubi* Jaſon *de vulgar. & pupill ſubſt.* Ar. Pinell. *in Authent niſi tricenn. n 39 C. de bon mat* Gloſſæ igitur opponemus gloſſam, *quæ eſt ad § jus autem in verb Romanor Inſt de patr. poteſt*: dicentem: Francos ad Imperium non pertinere: id quod Rex Francorum Adolpho Naſſovio qui ſe jura Imperii ab eo repetitum venturum, literis valde Imperatoriis minitatus erat, reſpondit: Bellef ad Gill. *Chron* Nec Carolus V tot bellis, quæ contra Gallos ſuſcepit

6. *Diſquiritur de regno Hiſpaniæ.* unquam hanc cauſam prætexuit, qua ſpecioſiorem vix invenire potuiſſet, cum præter æmulationem ſæpe vix aliam alicuius momenti haberet. Bell. *hiſt Franc. I.* Shleid. *hiſt Carol. V.* De regno Hiſpaniæ idem ex iisdem juribus aſſerunt ſupra citati Dd & præter eos Oldrad *conſ 6*. Caſtald *in tr de Imp. q. 53.* Covar *de reſtit part. 2. § 9. n. ult.* Gomez *in § fuerat n 5 Inſt. de action.* Sebaſt. Medic *de l' par. 1 q 19 n 5* Ferrand. Vaſq. *lib 1. controv. illuſtr c. 21. num 5.* quod Tancre affirmat etiam de regno Legionenſi *in gl. ad c & ſi neceſſe in ver reſtitui in ſi de donat. inter vir & ux.* Archid *in Apoſtill ad gl in d c.* Adrianus Argumentum ſuppeditat nobis gl. *in d c.* Adrianus *in verb. per ſingulas diſt. 63* quando ait: *illud regnum ereptum fuiſſe ab hoſtium faucibus*, ſiquidem ab Imperatoribus relictum, è manu Saracenorum, ſibi jure belli aſſeruerunt illi, qui ex Gothis ſuperſtites erant, cum quorum rege Gogidiſco jam olim conventum memorat Procop. *lib. 3. bell. Vandal.* ut ſedes in Hiſpania haberet: & poſt Henricus II regnorum Hiſpaniæ ab obedientia Imperatoris exemtionem conceſſit, quod Urbanus II. confirmavit, ut teſtatur Vent Vincenti. *in conſil.*

De regno Angliæ. *Venet. c. 8.* Idem judicium eſt de regno Angliæ, quod & Normanni ex manibus Danorum & Saxonum eripuerunt, quia in paribus cauſſis paria jura ſtatuenda, *l. illud 32. ad l. Aquil.* Ideoque ab Imperatoribus idem jus ſibi tribui, jure petunt, quo ipſi uſi ſunt, quia quod quisque æquum putat in ſua, etiam in aliena perſona ſervare debet, *l ſi duo § ſi quis de jurejur.* & Bald. vult. *in l prima 10. part. C. de his qui pœn.* ne quis aliter judicet, quam in ſe judicari velit. Propterea Richardo I. licet apud Imperatorem captivo, nulla de hoc mota controverſia, ſed libertati & regno ſuo honorificè reſtitutus eſt, & cum Sigiſmundus Imperator ad littora Angliæ appelleret, pacem facturus inter Henricum V. & Galliarum Regem, non prius admiſſus fuit, quam profiteretur, Duce Gloceſtrenſi ſtricto gladio interrogante, dicenteque, ſe non agnoſcere alium Imperatorem, quam Regem, nihil ſe contra ſuperioritatem Regis prætexere, ſed adeſſe amicum ejus, & ſi vellet, inter duos vicinos reges Mediatorem. Tit. Livius Forolivienſ. *in hiſt. bell. Gall.* proinde & idem Sigiſmundus non dedignatus fuit ordinem periſcelidis ab ejusdem Henrici manu ſuſcipere. Strovv. *in Henr. V.* quem & Maximilianus & Carolus

Digitized by Google

rolus V. quorum nomina inter cæteros equites leguntur in templo equitũ Windſorii, ſuſceperunt, eo ipſo ſuperioritatem regis manifeſtè declarantes; ſiquidem ordinis inſtituendi poteſtas nulli datur, niſi qui jura Majeſtatis poſſidet. *De Polonis* De Polonis dicemus idem, quod de Francis, qui & ipſi nunquã ſub Imperio fuerunt, quanquam eos per privilegium inde exemptos ſcribit Myndan. *de mand. jud lib. 2 c. 67. n. 15.*

7. *Qui quondam Rom. Imperii limites fuerint.*

Ex quibus omnibus patet, nunquam Imperatores tam injuſtos finium dividendorum arbitros fuiſſe, ut omnia ſibi attribuere voluerint, quod ut LL. Dd faciunt credant, ex ipſis legibus ſufficienter demonſtrari poteſt, in quibus limites ſuis imperiis ipſi Imperatores poſuerunt, nec nullibi in hiſtoriis limitum, quibus Romani poteſtatem ſuam circumſcripſerunt, mentio occurrit. Antiocho regnandi terminus, Taurus poſitus fuit, Cic. *pro Dejot* Plin. *de vir. illuſt. c. 54.* qui & ex libris Sybillinis fatalis Romanis erat Liv. *lib. 38.* C. Caſſius, qui Syriæ præerat, non poterat Meherdatem, à Claudio Parthis regem miſſum, ulterius, quam ad ripam Euphratis ducere, Tacit. *12. Ann.* Tempore Auguſti, Auguſtus ipſe Imperii terminos, quaſi à natura datos ὅρια διττὰ, ὥσπερ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδεδομένα, Ἴστρον καὶ Εὐφράτην nominat: *apud Iulianum in Menippæa de Cæſarib.* eosque haud dubie intelligit, quando teſtamento conſilium addiderat *coercendi intra terminos Imperii.* Tacit. *lib 1. Ann.* Trajanus verò maximis rebus in oriente geſtis uſque ad rubrum mare terminos produxit, ut & Tacit. innuit *lib. 2. Ann.* dum ait: *Ventũ Elephantinem ac Syenem, clauſtra olim Romani Imperii, quod nunc ad rubrum mare pateſcit.* Incertus quidam auctor *apud Suidam*: clauſtra Imperii ponit: Ἰνδοὺς καὶ ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ Νεῖλον, καὶ καταῤῥάκτας καὶ λίμνην μαιῶτιν. Joſeph *3 bell Iud. c. 3.* limites ponit Euphratem ab oriente, oceanum ab occidente, à meridiano tractu Africæ fertiliſſimum regnum, à Septentrione Rhenum & Danubium; ſicut & Seneca: *lib. 1. q. nat. in præf. Parthus obſtet Euphrates: Danubius Sarmatica ac Romana diſterminet: Rhenus Germaniæ modum faciat.* Sed de limitibus Imperii videatur Lazius *lib. 1. comm. reip. Rom.* Panciroll. *in not. ad notit. Imp.* Ad leges veniamus: Conſtat ex jure poſtliminii, Romani Imperii fines diſtinctos fuiſſe ab aliorum populorum terminis. *Diſtinctio limitum probatur ex ll.* Nam is poſtliminio dicebatur rectè reverſus, ut explicat Juſtin. §. *ſi ab hoſtib. Inſt. quibus mod. jus patr. poteſt: qui cum ab hoſtibus captus fuiſſet, poſtea ad fines noſtros revertebatur,* ubi addit: *Nam limina ſicut in domo finem quendam faciunt: ſic & Imperii finem eſſe limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus, ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen revertebatur, quod amiſerat.* Præterea ſi non fuiſſent diſtincti limites Germanorum & Parthorum, quos nominat Ulp *l. hoſtes ff. de capti. & poſtli. rever.* capti non perdidiſſent libertatem, ſed ſicut ſtatuitur, *l. poſtliminium § à piratis ff. eod.* de captis à piratis & latronibus, liberi manſiſſent, & proinde poſtliminio redire dici non poſſent.

poſſent. *l. qui à latronibus. ff. qui teſtam f. ic.* Proinde Paulus *in d. l. poſtlim. in pr.* expreſsè confitetur eſſe liberos quosdam populos regesque, id eſt, qui Romanis non ſint ſubjecti. Sic enim liberum populum definit Proculus *l. non dubito §. 1. ff. eod qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubjectus*: Et Imperatores *in l. mercatores C. de commerc.* Perſarum regnum vocant alienum, eiusque limites ſeparant à ſuis: cum quo propterea & pacem ſe feciſſe Juſtin dicit, *l. 2. C. de offic. præf. Afric. de confirmat. ff. in pr.* ubi Libyam quidem ſubactam, cum Perſis autem pacem initam refert. Procop *de bell. Perſ.* Eodemq; ſenſu Claudius Parthos vocat exteras gentes cum Meherdatem regem ipſis futurum remitterret. Tacit. *12. Ann.* & Vologeſen Tacitus externum regem, *ibid.* & Paulus JCtus extraneos homines. *l. Præſes 3. ff. d. off. præſid.* Pomponius *l. ultima ff. de legationib.* gentium legatos, ait, recipi Romæ, liberosque manere, etiamſi iſti genti ſit indictum bellum. Imperatores Gratian. Valenti & Theodor. *in l. à legatis C. de Vect. & com.* legatos gentium devotarum, immunes faciunt à vectigalibus earum rerum, quas ex Romano ſolo evehunt, quas verò de locis propriis deportant, de iis octavam ſolvere jubent, ubi Romanũ ſolum à locis aliarum gentiũ ſeparant, & alibi pro eo quod *in d. l. in pr.* legitur: *Devotarum gentium*, ſcribitur: *τῶν ἄλλο εὐλλων ἐθνῶν, 56. Eclog. 4. cap. 8. 2.* Harmenop. *5. c. περὶ πρεσβευτῶν.* ut ita gentes, quarum legati hic proponuntur, prorſus dicantur extraneæ. Paulus *l. omnibus ad Trebellia*: cum dicit: *omnibus civitatibus, quæ ſub Imperio populi Romani ſunt*, apertè innuit, quasdã eſſe extra ejus imperium, alioquin ſuffeciſſet dicere uno verbo: *omnibus civitatibus*, quæ ratio elicitur etiam ex limitationibus, quibus uti ſolent Imperatores, quando de ſubjectis locuturi, dicunt: *Quos clementiæ noſtræ regit Imperium. l. 1. C. de ſum. Trin. qui ſub Imperio noſtro ſunt, § ſed de hoc tempor. Inſt. de his, qui ſunt ſui vel alien. l. mercatores C. de commerc. Nov. 47. c. 1. Nov. 73. in pr. Nov. 69 c. 1.* & ſi quæ ſunt ſimiles locutiones, quarum non eſt numerus. Si enim totius mundi domini fuiſſent, ſuo juri iis reſtrictionibus derogaſſent, cum rectiùs dixiſſent, *univerſo mundo, omnibus hominibus*. Inveniuntur quidem & tales locutiones, *ut ap. Tertull. in Apol. adverſ. gent. Imperator eſt ſecundus à Deo, poſt eum primus; ante omnes Deos & ſuper omnes homines*, ſed quas convenit per alias leges explicare, & vim poteſtatemque illarum potius conſiderare, quã verba. *l. ſcire ff. de legibus.* Alioquin ad manifeſta abſurda deducemur: Imperatorem mendacii arguemus, quod totius mundi Imperium ſibi aſſeripſerit, quod nonnunquam habuit, ut dicit Cardin. Zabar. *in c. venerabilem § verum, de Elect.* Eundem inſimulabimus iniquitatis, qui contra principiũ juris, jus ſuum aliis ſine cauſſa auferre velit, cum regna condita de jure gentium ipſe confiteatur. *l. ex hoc jure ff. de jur. gent.* Ei imponemus onus, cui ferendo ſufficiens eſſe non poſſit, cum nimis magna Imperia vel ſua ipſorum mole concidere, vel quod unius hominis opera contineri nequeant, diſflue-

8. *Reſpondetur formulis locutionum, quibus cõtrarium videtur probare.*

re vi-

re videamus: Vaſq. *lib.1.controv.Illuſt.c.21.n.4.* *Periculoſum eſt pragrave Imperium: & difficile eſt continere, quod capere non poſſis*, ait Curt. *lib.4.* quod Galli dicunt: *Qui trop embraſſe, mal eſtreint.* Et, *chi Vuole troppo abbracciare, va à pericolo di non ſtrignere coſa alcuna*, dicit Gattinara ad Garolum V. apud Guicciard. *lib.16.* Implicabimus eum bellis non neceſſariis, quorum exitus cum ſint dubii, non rarò in caput auctorum redundare ſolent: quin & ad ea Imperatorem obligabimus, quæ videntur eſſe Impoſſibilia. Jam verò Paulus *in l.eum debere ff.de ſerv.urb.præd.* docuit: interpretationes ſemper reſtringendas eſſe ad id, quod fieri poteſt. Divus Marcus cum in reſcripto ſuo certæ conditionis homines ad honores admitteret, tamen id ſubintelligi voluit, ſi ſint idonei: *l.ut gradatim 11. de mun. & hon.* ex quo Bartolus elicit, ſtatuta recipere interpretationem reſtrictivam & Zaſ. *ad l.princeps. n.11. de legi*: inde extrahit doctrinam clavemque juris ſalubrem, *quod diſpoſitio quæcunq, quantumcumque generaliter & effusè extenta, licet alias non patiatur reſtrictionem, tamen reſtringatur ad aptitudinem*: Tum etiam, quæ abſurda ſunt, nulla lege contineri putanda ſunt, *l.nam abſurdum 7.de bon.libert. l. obſervare § ult.de off. proconſ.& leg.1.* abſurdusq; intellectus vitandus, etiamſi vis literæ inferatur, *l.ſcire oportet § aliud ff.de excuſat.tutor* Menochius *arbitr.q.7 n.78.* Quod igitur Antoninus dicit: *Ego ſum Dominus mundi, l. ἀξίωσις ff. ad l.Rhod.de jact.* quo nomine imperatorem laudat etiam Symma, *lib.3.Ep.55.* & *quod toti orbi conveniens* eſſe pronuntiat, *l.ſi duas § eſt autem ff. de excuſat. tut.* quoque Juſtinianus, *in l. Benè à Zeno C.de quadr præſcr.pro toto orbe ſe laborare*, ſcribit, aut Henricus VII. *in extrav. Quom in crim. læſ.maj. in pr.in tranquillitate Imperii, totius orbis tranquillitatem* conſiſtere aſſerit, ubi & addit: *Omnem animam oportere ſubjectam eſſe Romano Imperatori*: illud explicationem recipit ab aliis legibus. Quem enim orbem intelligant, innuit lex *in orbe ff.de ſtat.hom.* nimirum Romanum, quem Juſtinianus *l. unica.C.de rapt:virg.* vocat, *orbem noſtrum.* & *in Nov.69.c.1.in pr.* ſic deſcribit: *Vniverſam ditionem, & quæ aſcendentem videt ſolem, & quæ occidentem, & quæ eſt ex utroq; latere*, ſed addit, *quæ noſtris obedit ſceptris*, quæ verba diſſimilat Lancelot. *in d. § orbem*, quando hanc & ſimiles leges pro ſuæ ſententiæ probatione adducit. Et licet leges eam nobis explicationem non ſuppeditarent: tamen Logici docent, unũ quodque eſſe intelligendum ſecundum ſubjectam materiam. Sermo autem hîc eſt de Imperio Romano; ergo ſi quid generalius dictum eſt, ex mente loquentis huc reſtringi oportet. Non poterat idipſum clarius oſtendi, quam *ex c.in apibus 7.q.1* ut jam diduxi, aut ex illo: *Luc.2. Exiit edictum, ut univerſus mundus cenſeretur.* Nam non cenſi ſunt, niſi qui Romanis obediebant. Eſt igitur textus interpretandus ex eventu, *l.jure noſtro § fin. de teſtam.tuto*: & per univerſum mundum tantùm intelligendus orbis Romanus. Si enim ulterius cenſum extendere voluiſſent Romani, non inveniſſent, qui ſe eis ſub-

Reſp. ad c. quo iure, diſt. 8. jeciſſent, *l. quibus. ff. de ll. c. 2. de conſtit. in 6. l. ult. ff. de jurid.* Simili modo errant in explicando *c. quo jure diſt. 8.* Schenck. *lib. 1. de feud tit. 14. n. 6.* unde concludunt, eos qui non agnoſcunt imperium Cæſaris, nihil jure poſſidere, atque ſi lex Hiſpanorum dicat. *Omnis juriſdictio penes regem eſt, à quo derivatur in alios. l. 4. t. 1. lib. 2. ord. l. 1. t. 1. lib. 3 ord. item l. 2. 5. & ſeqq t. 1. part. 3. l. 9. t. 4. part. ead. & alibi*: an inde aliquid audeat concludere, omnem jurisdictionem totius mundi eſſe penes regem Hiſpaniarum? nimirum de ſubjecta materia quodque intelligi oportet, & quod dicit Auguſtinus, *jure Imperatorum poſſideri poſſeſſiones*, de ſubditis Imperii verum eſt, non de extraneis. Nam idem Auguſt. *ibidem*: ne ſolius imperatoris jus eſſe quis putet, dividere poſſeſſiones, ita quoque loquitur: *Per jura Regum poſſidentur poſſeſſiones*, & paulò ſupra: *jura humana per Imperatores & reges Deus diſtribuit*, & ſic idem attribuit regibus, quod Imperatoribus. Simili ratione pervertunt quidam § *Iuſtas Inſt. de nupt.* dum inde putant evinci, apud nullas gentes eſſe juſtas nuptias, niſi apud Romanos cives, quod non aliter intelligendum, niſi in iſta Rep. cujus ſubditis lex dabatur. In illa enim peregrinorum nuptiæ non habendæ pro juſtis, quæ tamen juſtæ contrahi poſſint ab iisdem in ſua Rep. in qua peregrini non ſunt. Quando igitur Imperator de orbe loquitur, ex ratione ſubjecti, de Romano intelligi oportet, ſicut quando dicitur: *l. ſi duas § 11. ff de excuſ. Roma habetur & eſt communis patria, & l. ult. de interd. & releg. Roma eſt omnium patria*, non continuò intelligendum eſt: ergo univerſus mundus civitate donatus eſt, ſed quod nimis generaliter prolatum, reſtringendum eſt ad eos, qui in orbe Romano vivunt, *per d. l. in orbe*, & ſic idem Modeſtinus id alibi limitavit, *l. Roma ad municip.* dum ait: *Roma communis noſtra patria eſt.* per verbum, *noſtra*, intelligens Romani imperii ſubjectos. Quin & aliter illas generales locutiones, totius & univerſi, interpretari poſſumus, præeunte Egeſip. *lib 2. de excud. Hieroſ. cap. 9.* qui dicit: *orbem Romanum appellari, quod fermè omnes gentes Romanis ſuberant*, & Suetonio *in Calig. c. 13.* qui, ſi ita loqui liceat, populum Romanum vocat *hominum genus*. Maxima enim pars ſæpè totius nomen retinet, ſicut Pœtus à Vologeſe Parthorum rege aciè ſuperatus, licet Parthorum aliorumque hoſtium vires jam excepiſſet, tamen dicit: *Romanis orbem terrarum reliquum eſſe, quo jacturam reſtaurarent.* Tacit. *15. Annal.* & Lyſiander Callicratidæ dicit ſe tradere claſſem, *omne mare in ſua poteſtate habentem*, cujus verbum nimis arrogans Callicratidas eludens: *Quin tu*, inquit, *ergo ad lævam Samo relicta, ad Miletum claſſem reducis, eamque mihi ibi tradis? Nam ſi omne mare noſtrum eſt, non debemus metuere hoſtes, qui in Samo ſunt.* Plut. *in Lyſand.* Sic Cyrus de ſe dicit: *Esdr. 1. Omnia regna dedit mihi Deus.* & de Nabuchdonoſore Daniel *c. 2. Omnia in quibus habitant filii hominum, & beſtias agri & volucres quoque cœli dedit in manu tua, omnia ſub te conſtituit*, & Alexander M. ſe ferebat communem omnium gentium moderatorem

Ad § iuſtas Inſtit. de nupt.

Ad ll. alias.

Alia univerſi imperii limitatio.

Digitized by Google

torem ac arbitrum, mandabatque ut univerſi mundum pro patria agnoſcerent, caſtra pro arce & præſidio; bonos pro cognatis, malos pro peregrinis, Plut. *in lib. de fort. Alex.* ideoque cum in India eſſet, dicebat: *Iamqu. haud procul abſum à fine mundi.* Curt. *lib 9.* Quantum tamen iis ad totius mundi dominium defuerit ex Polyb. *lib. 1. diſcimus. Perſarum*, ait, *quibuſdam magnus principatus ac magna potentia fuit: ſed quotieſcunq; transgredi Aſiæ fines auſi fuère, non in principatus ſolum, verum etiam in proprii capitis periculum inciderunt. Macedones in Europa quidem dominati ſunt ab Adria ad flumen Iſtrum, quæ prorſus exigua quædam ejus regionis pars eſt: poſtea debellatis Perſis Aſiæ quoq; principatum habuerunt, ſed tamen hi quoq; etſi complurium rerum ac locorum Domini ſunt viſi, magnam tamen orbis partem intactam reliquerunt. Nam de Sicilia, Sardinia, Africa ne contendere quidem cœperunt: ferociores verò Europæ nationes, & quæ magis ad occidentem vergunt, vix, ut ſic dixerim, cognovere.* Cur igitur Monarchas eos vulgo vocant? Quia totius denominatio ſæpe tribuitur illi, qui majorem partem poſſidet: *Et ſacræ ſcripturæ Idiom i eſt* ait Hieron. *in Eſ. c. 13. ut omnem terram illius ſignificet provinciæ, de qua ſermo eſt: quod quidam non intelligentes ad omnium terrarum ſubverſionem trahunt, quæ hic à Propheta dicuntur.* Sic Romani vocantur orbis Domini, quod *ut* Polyb. *ait. d. lo.* non ſolum aliquam partem, ſed univerſum ferè orbem ſubjugarunt, & paulò pòſt: *fortuna omnes ferè totius orbis terrarum res ad unam partem inclinavit.* Affert Paurmeiſt *lib. 2 de jurud. c. 1. n. 21.* legem *Majore* & ibi Alciat. *de V. S.* ubi majore parte anni poſſediſſe dicitur, qui tantum duobus poſſedit menſibus, ſi referatur ad alium, qui paucioribus diebus poſſedit Plura enim tenuerunt Romani, quam ulla alia Reſp. *l. un. C. de Athlet. lib. 10. l. majore de V. S.* ideoque meritò aliarum comparatione majorem partem vel univerſa tenuiſſe dici poſſunt. Stephan *lib 2. de jurud. Rom c. 1. n. 51. ſ 2. 53.* Eadem eſt interpretatio. *Nov. 105. c. 2. in fin. & principii de Iuſtini Cod. confir.* Quod enim hic Juſtinianus dicit: *felix Romanorum genus omnibus gentibus dominatur*: illic verò: *Imperator eſt lex animata in terris, omnibus civitatibus & populis & gentibus, in ſingulis, quæ placent, diſtribuens,* ipſe alibi reſtrinxit ad eos, *ut ait Nov. 73. quos Deus nobis & prius tradidit, & paulatim ſemper adjicit, & Nov. 69. quos noſtrum regit Imperium,* ubi & ſe non propoſitum *rebus humanis, ſed Romanorum* addit: Cætera quæ pro hac ſententia afferuntur, partim nihil ad rem faciunt, ut *l. 2. C. de præſ. Afr. l cum multa C. de bon quæ lib.* partim contrarium probant, ut *c. in apibus. 7. q 1 c. quo iure diſt. 8. c. duo ſunt. diſt. 96.* Nam in hoc non ab *Imperiali* ſed *regali* Majeſtate principaliter mundus regi dicitur. Quid multa? licet quædam Imperatorum dicta interpretationem reſpuerent, annon aliis principibus excipere liceret, in propria cauſſa teſtimonium ferenti tutò non credi. *l. Divus Traja. de teſt. mil.* nec ſtandum ſcriptis illorum, quorum auctores repellerentur; *c. licet ex quadam. de teſt. & atteſt.* ut in hac re argumentatur

Ad Nov. 105. c. 2.

Baptiſt. de S. Severin: *in relect. l. cunctos popul. n. 5. C. de ſum: trinit:* Propterea ut demum concludamus ex principiis politicis, quæ æquali majeſtati æquales vires tribuendas ſuadent, concludamus cum Bald: *in l. exemplo C. de probat. & in proœm ff col: 2. & l. ea C. de cond. ob cau.* Sfortia Oddo: *in tr. de reſt. par. 2. q. 92. art. 9.* quod quiſque regum & principum abſolutorum ſit Imperator & Monarcha in regno vel civitate ſua, quodque proinde, qui non recognoſcit ſuperiorem, reſtituat ad famam, Corſet *de pot: reg: in 6. part. princip. n. 8* Oddo *d. lo* nobilitatem conferat Tiraq. *de Nob. c. 6. n. 6.* & alia omnia adminiſtret, quæ inter reſervata Imperatoris longa ſerie recenſuit Lancelo:
9. *d. lib. c. 1. § 4.* Nullum enim eſt iſtorum jurium, quod non ipſe poſtea regibus aſſignet, *c. 2 § 3. verſ Magnitudo,* ubi tamen adhuc differentias ponit inter regem & Imperatorem, ex quibus ſi tollas univerſale dominium, nulla remanet præter ſummam dignitatem, qua anteſtat omnibus nationibus, *de Cod. Iuſtin. confir: in pr* & dignitates alias longè ſupereminet, *l. cum multa. C de bonis quæ lib in fin.* ſicut ſol claritate ſuperat reliquas ſtellas. Ripa *lib. 2. Reſpon. c. 26.* Imperator, ait Vegetius *lib. 2. c. 5. cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſens & corporalis Deus, venerandus eſt* Unde primus inter omnes reges locus ipſi ubiq; terrarum omni tempore abſq; controverſia fuit conceſſus. & cum alii Reges legatos apud ipſum Reſidentes habeant, ipſe nullos mittit, niſi ad Pontificem. Qua de cauſſa non immeritò arrogantiæ & injuſtitiæ accuſandi ſunt iſti reges Francorum, qui, ut refert Bellefor: *in præf. Chron. Gill.* Imperatoris titulum ſibi circumdederunt, non tantum quod honorem alienum, qui regi non competit, injuriâ uſurparunt, ſed etiam quod nomen Imperatoris importet ſecum plurima jura, in civitates, regiones, principes, qui de facto ſubtraxerunt ſe imperio, ut dicemus infrà, quæ non niſi per ſummam injuriam alius ſibi arrogare poteſt.

Imperatoris ſupra omnes principes dignitas.

Nulla poteſtas ſupra regiâ.

Aliàs quoad ſuperioritatem, regia poteſtate nulla poteſt eſſe ſuperior, abſolutior vel major, unde & poſteriores Imperatores nomine regio & Imperatorio promiſcuè uſi leguntur, quomodo *regia urbs l. unica. Cod. de rapt. virg: regalis ſenſus l. ult C. de ll. regale culmen. l. 2 C. de quad. præſcr. regia majeſtas l. regia. C. ut nem. priv. regia vela l. 2. C. eod. lex regia.* qua Imperatoribus collata fuit omnis poteſtas, dicitur, & jus Canonicum ſine diſcrimine utrumq; uſurpat. *c. conveni. or diſt. 8. c. duo ſunt. diſt. 96. c. Solitæ de major. & obed.* Nam & Patres ita loquebantur, ſicut Nazianz: *orat. 1. in Iulian.* & Athan: *ad ſolitar: vit: agent.* Conſtantinum & Julianum ſæpè reges vocant, & Ambroſ: de Valentiniano: *lib. 5. ep. 32. prætexitur regis injuria,* & paulò poſt: *pauci de familia regia.* Hieron: *in vita Hilarion. Conſtantius enim Rex Arrianorum favens hereſi.* Hilar. *in libell. adverſ. Maxent: continuò libellum regi offero.* Item *qui tum audiebant, de fide potius, ut regi placuerat, agitandum eſſe decernunt.*

CAP.

CAP. III.

IN QUO CONSISTAT ESSENTIA MAIESTATIS.

SUMMARIA.

1. *Probatur, majeſtatis eſſentiam conſiſtere in ſumma & abſoluta poteſtate.*
2. *Reſpondetur argumentis eorum, qui majeſtatem populi pedibus conculcandam ſubjiciunt.*
3. *Probatur autoritate Patrum & ICtorum, quod majeſtas habere debeat poteſtatem abſolutam.*
4. *Reprobantur, qui abſolutam poteſtatem principis, iniquitatis accuſant.*
5. *Majeſtas nec judicari, nec puniri à quoquam mortalium poteſt.*
6. *Majeſtas nullis omninò poſitivis legibus ſubjicitur.*
7. *Vtrum æquum ſit, majeſtatem pati leges, quas aliis tulit.*
8. *Majeſtas licet ſoluta ſit legibus, ſponte tamen iis ſe accommodare debet.*
9. *Rex non eſt, niſi qui ex præſcripto rationis & virtutis imperat.*
10. *Rex debet ſe legibus ultrò accommodare propter exemplum.*
11. *Conſideratur lex regia, utrum per eam Imperator ſolutus ſit ab omnibus legibus.*
12. *Princeps, quo magis ſolutus eſt legibus humanis, eò graviorem cælitus expectare habet pœnam.*
13. *Reprobantur voces eorum, qui abſoluta poteſtate ad licentiam abuſi fuerunt.*
14. *Majeſtas ſubjecta eſt Dei & naturæ legibus, licet ſoluta ſit humanis.*

DEterminatum igitur eſt Majeſtatem non ſoli Imperatori, ſed & aliis Regibus, principibus, imo omnibus perfectis Rebuſp. competere: oportet porrò videamus, in quonam ejus eſſentia generatim conſiſtat. Definita nobis ſuprà eſt Reſp ex Ariſtotele 3. *pol. c.6.4 eorund. cap.1.* quod ſit *τάξις civitatis*: ſive jam illud vocabulum per ordinem, ſive ordinationem transferre velis, in utroque contineri ordinem, planum eſt. In ordine autem cum impoſſibile ſit abire in infinitum, 8. *Phyſ. tex.16.* ſicut in cauſſis eſſentialiter, quas vocant, ſubordinatis, docent Philoſophi, Ariſto: 2. *Metaph: tex. 6.* & ibid Alex Aphrod. & Aver. Jandu 2. *Metaph. q.0.* Javell. *ibid. q.5.* Anton. Andr. *q 4.* Flandr *q.2.* Sonc. 12. *Metaph. q. 3* neceſſariò deveniendum eſt ad unum primum: *Ordo enim non ſit, ait* Aver. 5 *Metaph. com.16.* ex Ariſt. *ibid. niſi per relationem ad aliquid primum poſitum aut intellectum*, ſive illud in ſua natura unum ſit, ſive conſpiratione & analogia, quale videmus in Ariſtocratia & Democratia. Nam quod Piccolom. *in introd. in Eth. c.16. & in comm. polit. par.4.* diſputat, de eſſentia ordinis eſſe, incipere ab uno primo: Zabarell *in apolog.* non aliter verum eſſe voluit, quam ſi per unum intelligamus etiam multa, quatenus in una ratione conveniunt. Sic enim Philoſophus *in 1. phyſ tex.1.* non à principio, ſed à principiis, ſi quæ habeat, ſcientiam ordiri dicit; & nos alibi docuimus, in ordine materierum dari duas diſtinctas materias rerum cœleſtium, & ſublunarium, quæ non aliter niſi Analogicè unum efficiunt. *In diſput. Metaph. 2. In Epito. Metaph. cap. de* 1.

Ordo dependet ab Vno.

 cauſ.

cauſſis. In gener. Metaph lib.1. par.2. c 18. Sic in Ariſtocratia & Democratia, licet plures præſint imperio, quia tamen non ſinguli, ſed omnes conjunctim imperant, unius locum ſubeunt. Hoc unum igitur nihil ante ſe habet, quia *primo nihil eſt prius, § nos verò. De concept ff.* ſimulque ſummum eſt, quo nihil in eo ordine datur ſuperius. Id enim ſummum eſſe definit Cic.2. *Tuſc.* Ariſt *3. polit.c.5.* & Seneca ait, *Epiſt. 85. Quod ſummum eſt, adjectionem non recipit* (*Quid enim ſupra ſummum erit?*) & Paulus: *proximus eſt, quem nemo antecedit, ſupremus eſt, quem nemo ſequitur: l proximus.92.ff de verb. S.* Item Africanus: *Supremus non is demum, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, intelligitur. l.ex duobus 34. ff. de vulgar. & pup.* Nam natura primi æſtimatur ex ratione, quam Ariſt.8 *phyſ.tex.16.* ſubordinata inter ſe habere dicit, ſicut in ordine naturæ primum vocatur, quod in generatione præcedit; in ordine cognitionis, quod in notitiam prius incurrit: in ordine efficientiũ, quod prius movet. Ratio verò ordinis in Rep. conſiſtit in gubernando & imperando. *3. polit. c. 6.* ideoq; primum cenſendum, quod imperat & gubernat omnia, ipſum à nemine gubernatum, & hoc ipſum jam ſummum eſt, cui ſi velis opponere aliam poteſtatem æqualem, efficies, ut neutra ſumma ſit.

Quid ſummum?

Ita enim argumentatur Damaſc.1 *li fid. Orthodox.c.5.* contra Jamblychum *in pr. lib de myſter. Ægypt.* ejuſque ſimiles, qui plures Deos ponebant, eoſque ſimul infinitos. Cum enim infinitum ſit, extra quod nihil liceat ſumere, Aver. 7. *Diſp. contra Algaz.* Thom 1 *part q.11. a.3.ex 3. phyſ.* eo ipſo, quo duo ponuntur infinita, utrumque deſtruitur, quia neutrum infinitum eſt, cum alterum relinquatur extra alterum, ſicut latius explicat Algaz. *diſp.5.dub.1.& 2* & ibi Averr. & Auguſt. Niph. in comm Jandun. 8. *Phyſ. q. ult.* & nos demonſtravimus *in tr. de Deo.* Accommodat Athanaſius *in orat. adverſus Idola* ad noſtrum inſtitutum. *Vt multitudo Deorum nullitas eſt Deorum, ita quoq; neceſſe eſt multitudinem principum id efficere, ut nullus princeps eſſe videatur,* quoniam cum ſummum ſit quiddam indiviſibile, impoſſibile eſt, ut pluribus ſeparatim diſtribuatur, niſi in utroque ſummi natura diminuatur. Pone enim populum in regem & vice verſa hunc in illum habere æqualem poteſtatem, conſtat neutrum pro ſummo venditari poſſe, quia Imperio ſuperioris ſubjicitur: aut ſi poſueris duas poteſtates æquales, eaſdemque diſtinctas, quarum neutra in alteram imperium habeat, ſed utraque ſeparatim in inferiores & ſubjectos, jam ordinis natura convellitur, quæ ſemper aliquid primum exigit, ne oriatur confuſio, quam diviſa id genus imperia ſequi alibi planum fecimus. *c. in apibus 7. q 1* Pauſan: *in Lacon.*

Nõ poſſunt duo æque ſumma dari.

Neutrum quoque ſummum dici poteſt. cum illud ſummum ſit, quod ſupra omnia eſt, & ipſum ſupra ſe nihil habet, quo ſenſu prima principia definivit Ariſtoteles 1. *Phyſ.tex.42.5.de gen.an.c.7.* quæ quidem ex nullo fiunt, ſed ex quibus alia omnia. Ubi verò poteſtates ſunt æquales, neu-

Summum eſt ſupra omnia.

tra

Digitized by Google

tra dici poteſt eſſe ſuper omnia, ex quo fortaſſe factum eſt,ut JCti jura Majeſtatis dixerint eſſe indiviſibilia, non quod poſſint ſeparari ab invicem, ut vult. Bodin. *2. de Rep. c. 1.* aut quod non poſſint ſeparari à rege, ut vult Hayvvardus *in diſcur. de relig. inter jura Majeſt. annumeranda*, quanquam nec iſta interpretatio prorſus rejicienda, ſed etiam, quod omnia ſimul conjuncta ſummamque Majeſtatem conſtituentia, non poſſint,niſi uni,ſive revera,ſive ratione attribui: De qua re diſputabimus paulò poſt: Nunc illud ex dictis probatum relinquitur: illud quod in Rep. primum & ſummum eſt, nec ſuperiorem poteſtatem, nec æqualem agnoſcere, ſed omnibus reliquis Reip. membris dominari: atque hoc Majeſtatem vocamus, cui tanquam adæquato ſubjecto, ſi diſputationes illæ: *an princeps legibus ſolutus ſit*; *an populo in Regem jus ſit*, & ſi quæ ſunt ſimiles, attribuerentur,plurimis difficultatibus expediti eſſemus, quibus videmus alios auctores ſeſe & lectores in hoc negotio implicaſſe, eò quod rem vero ſuo ſubjecto non aſſignarint, quod quanti momenti ſit Ariſtot: non uno in loco docuit, *1. poſt*: & Averr: *2. Colliget c. 1.* medicos etiam in eo reprehendit,quod demonſtrationes ſuas non rectè conſtituant, ſanitatem ſoli corpori tribuentes, quæ toti generi animantium competit, cui Ariſt: eam tribuit, *in fragm: de ſan. & morb* Fruſtra enim diſputant: *an Rex ſit ſolutus legibus*, quando non determinant, quod prius faciendum erat: *an Majeſtate plena utatur?* Nam propter hanc ſolutus eſt legibus, & in tantum ſolutus eſt, in quantum illam participat. Revocanda igitur eſt abſoluta poteſtas ad Majeſtatem, nec quod facit Toloſan: *lib 9. de Rep. c. 1.* unà cum multis Feudiſtar. *ad c. quæ ſint rega*: ſoli regi attribuenda, quæ univerſæ Majeſtati competunt, ſed adæquandum ſubjectum ſuæ affectioni, *ut loquuntur logici*, quod ſi feciſſent JCti,nunquam dubitaſſent: *an Princeps ſit ſolutus legibus*, nec tot inutilibus diſtinctionibus rem per ſe planam obſcuraſſent. Quid enim in politicis planius,quã quod ſummum eſt, ſupra id ſuperius nihil poni poſſe, id quod vel per ſolum primum principium: *Non poteſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*, ſatis evidenter apparet, quia ſummum eſſe, & ſuperius quid habere, contradictoria ſunt, quæ ſimul ſtare poſſe, nemo,niſi Piſcator,credit. Sed ſequendum eſt, quò multitudo diſputantium nos rapit, laborandumque, ut rem tot difficultatibus immerſam,quantum fieri poteſt, extrahamus.

Conſtitutum igitur ſit à principio Majeſtatem, & qui eam penes ſe habet, ſive Imperator ſit, ſive Rex, ſive princeps ſive libera Reſp. ſuperiorem ullam poteſtatem ſupra ſe agnoſcere præter Deum, quod tituli iſti indicant, quibus ſoli Dei gratię ſuam potentiam ſubjiciunt,qui aliis jure conveniunt, aliis ex conſuetudine quamvis Majeſtas decreverit, remanſerunt. *Quare ſententiam* Alphonſi de Caſtro ap Vaſq *lib. 1. contr c. 47.* Id enim indicant præcipuè à ſolo Deo pendere Majeſtatem, ſive eam acceperint jure ſuc-

ſucceſſionis, ſive per electionem. Nam Imperatores licet legi regiæ ſuam poteſtatem tantùm acceptam ferant, tamen ſe plenam liberamque poteſtatem inde adeptos profitentur, ut vanum appareat eſſe argumentum, *Bruti q.3.* & Bucherii *lib.1. de abdicat. Henric. III. c.10.* Magdeburgenſ: *in diſcurſ. de jure Magiſtr. in ſubject.* Hœnon. *Diſput.polit.2.& 9.* Althuſ: *cap.14.15.polit.* ex natura conſtituentis & conſtituti populum regi, ſeu Majeſtati præferentium. Ita enim argumentantur:

Conſtituēs non ſemper ſuperior conſtituto.

Conſtituens ſuperior eſt conſtituto.
Atqui populus conſtituit ſibi regem.
E.
Rege ſuperior eſt.

Cui conſentit Epiſtola Zachariæ Papæ ad Gallos, de abdicando Childerico, conſilium petentes: *Princeps*, ait, *populo, cujus beneficio poſſidet, obnoxius eſt, Quæcunq; enim habet, potentiam, gloriam, divitias, dignitatem, à populo accipit plebi accepta referat neceſſe eſt. Regem plebs conſtituit, eundem & deſtituere poteſt.* Aven: *lib.3. Ann.* Nam ne dicam populum per univerſum orbem regum conſtituendorum jus ferè perdidiſſe, cum jure ſucceſſionis pleriq; potius Imperium adeant, quam per electionis viam, niſi cum Hottomanno *in Francogall.* ipſam ſucceſſionem, pro electione, & conſenſum populi pro jure conſtituendi interpretari velis, ſicut applauſum & conſenſum populi pro jure conſtituendi accipiunt. Brut. *q.2.* Hœnon. *diſp.3.polit.num.6.* Prior etiam propoſitio, niſi diſtinguatur, prorſus falſa eſt. Nam Cardinales conſtituunt Papam, Clerici Epiſcopum, Monachi Abbatem, nec tamen conſtitutis ſuperiores manent. Et licet ante conſtitutionem pares fuerint, ut populus Romanus, antequam jus ſuum principi cederet, tamen poſtquam jus ſuum in alium contulerunt, quod ſemel placuit, ulterius diſplicere non poteſt. Nec enim, *ut argumentatur* Hœnon. *diſp. 9. pol.n.44.* qui habet poteſtatem conferendi, habet etiam poteſtatem deſtituendi, *ut notat* Panormit. *ad c.4. de Cler.non reſiden.* Unde B. Gregor *c.ult.8 q.2.* monet Clericos, ut diligentes ſint in eligendo Epiſcopo, quem poſt electionem amplius non poſſint judicare, & Zaſius *ad l.non ambigitur, n.3. ff. de ll.* reprehendit gloſſam *ad d.l. in verb.non ambigitur,* quod teneat poteſtatem Imperatori conceſſam, tanquam juriſdictionem delegatam, poſſe revocari, quod tamen gl. non probat, ex hoc fundamento, quia tranſfuſa eſt in Imperatorem, *l.1. §. Sed & hoc ſtudioſum C.de vet. jure enucl.* Unde & ſolus princeps legem facit, *l.ſi imperialis C.de ll.* Aliud enim eſt infra ſe conſtituere aliquem, qui conſtituente eſt inferior; quod exemplis ſuis confirmat Brut. *q.3.* aliud ſupra ſe, qui ſi totam poteſtatem accipit perpetuam, ſuperior eſt. Patres enim poſtquam alternatim Remp. adminiſtraverant, & poſteà Numæ lampada tradebant, illum ut ſuperiorem, nolentes volentes cogebantur recipere. *Liv. lib.*

Digitized by Google

lib. 1. Halicarnaſſ. *lib. 5.* Conſul dicebat Dictatorem, nec tamen æqualis illi erat, nec Dictaturam invito Dictatore ante elapſum tempus revocare poterat. De Taciti Imperatoris electione certabant exercitus & ſenatus, utri jus eligendi deberetur, quod tandem exercitus ſenatui ceſſerunt. An igitur Senatus Imperatore ſuperior erat, nec cogebatur ferre jugum, quod ſibi impoſuerat? Fl. Vopiſc. *in Tacit.* Valentinianus id optimè notat, qui ſollicitatus à militibus, ut imperii conſortem aſſciſceret, reſpondit: *Vt me ad imperium vobis eligeretis, in veſtra ſtrum erat poteſtate: At verò poſtquam me jam elegiſtis, quod petitis in meo eſt arbitrio, non veſtro. Vobis, tanquam ſubditis competit parere, mihi verò, quæ facienda ſunt, cogitare.* Sozom. *lib. 6. hiſt. Eccl. cap. 6.* Niceph. *lib. 11. c. 1.* Nec enim Rex accerſitur, ut Medicus, cujus Imperium durat, quam diu placet ægroto. Alber. Gent. *de pot. abſ. reg.* In eo enim etiam Bodinus labitur, *lib. 2. de Rep. c. 1.* dum mixtam Remp: popularem futuram putat, ſi populus mandet ſupremum magiſtratum. Nam is ita mandari poteſt, ut repeti non poſſit, ſicut Michael Stratioticus à Senatu Conſtantinopolitano, Carolus M. à Senatu populoque Romano, unàq; à Leone Pontifice imperium accepit. In Buchanani tamen *Dial. de jur. reg.* Bruti *in vindic. cont. Tyr.* Roſſæi *de poteſt. Reip: in princ:* & Bucherii *de abdic. Henr.* Reſp. aptè retorquetur, qui Regibus poteſtatem ita communicatam volunt, ut populi in eos juriſdictio non tollatur, ſicut priſcis Burgundionibus olim mos erat, ſolio & ſede pellere Regem, ſi ſub eo fortuna titubaſſet belli, vel ſegetum copiam negaſſet terra: Marcell. *lib. 27.* aut ſicut Ephori Lacedæm. reges ſuos conjiciebant in carceres, quoties ſtellam cadere obſervaſſent, non prius inde depromendos, quàm Apollini viſum fuiſſet, imò etiam multabant, & ſi vellent, è Rep. exigebant, ut ait Xenophon *in Rep. Lacon.* Nunquam enim effugient, quin cogantur confiteri, omnes tales Reſp. eſſe populares, cum apud populum remaneant omnia jura Majeſtatis, precariò tantum Regibus, inter quos & Magiſtratus nihil differentiæ faciunt, ad arbitrium populi conceſſa. Hoc tamen ex cæteris Bucherii optimum argumentum eſt; cui ſimile eſt illud Bruti *q. 3.* & Roſſæi, *lib. 1. c. 1. n 6. in fi.* quod unum ferè hic inter tot nugas proferre potuit: *Reſp. non ſunt creatæ propter reges, ſed hi propter illas. Ergo primæ ſunt Reip. partes, ſecundæ Regum.* Nimirum tutor eſt propter pupillum: Medicus propter patientem, præceptor propter diſcipulum, paterfamilias propter familiam, Ergone diſcipulus præceptore, familia patrefamilias, æger medico, pupillus tutore præſtantior? Nimirum aliud eſt, præfici alicui, ut Dominum & moderatorem, aliud, ſubjici, ut miniſtrum. *Aliud argumentũ ſolvitur.*

Reliqua multò leviora ſunt, utpote, quod Bucher. *lib. 1. c. 18.* populum præfert principi, quia in contextu Biblico ſæpè ante principem nominatur, *2. paralip. 23. 1. Reg. 10.* perinde ut argumentatur Chaſſanæus, *part. 9. gloriæ Mund.* *Qui prius nominatur non continuò dignior eſt.*

Digitized by Google

Mund.catal.conſ. 1. militem in actibus indifferentibus præferendum literato, quia leges arma ſemper nominant priori loco, leges ſecundo, *ut in l. in princ. C. de Iuſt.Cod. comp.& in l.1.C.de Vet.jur.enu. proœm. Inſt.in pr.l.his honoribus ff.de vacat. mun.* & Alphonſus de Caſtro *lib.12. contra hæret. verb: papa pag. 89.lit.B.* Petri,præ reliquis diſcipulis prærogativam, inde evincit,quod Petrus ubiq; cum cæteris Apoſtolis primo loco nominetur. Quid ſi retorqueam hoc telum & oſtendam principem ſæpiùs præponi, ut videre eſt *2. Reg.6.3.Reg.8.4 Reg.11.& 22.2.Paralip.15. & 30. Pſal. 148.* aut, ſi jus eſt ita argumentari, filios dicam patre ſuperiores eſſe,quia *Gen.34.* legitur: *Reſponderunt filii Iacob Sichem patri ejus,* aut uxorem marito, quia Sara dicit ad Abrahamum: *judicet Dominus inter me & te. Gen.16.* aut Moſen Deo,quia ejus nomen præponitur Deo: *Num.ult. Tibi Domino meo præcepit Dominus*, aut Cæſarem Deo, quia dicitur: *Reddite Cæſari,quæ ſunt Cæſaris:& Deo, quæ ſunt Dei.* Matth. 22. aut Medicum patrono,quia *in c.non ſane.14.q. 15.dictum. Plerique nec medico volunt reddere honorem, nec patrono mercedem.* Specul. *in t. de ſalar. § ult. in pr.* Luc.de Pen. *in rub.Cod. de prof.& med.in pr.lib.10.* Non enim immeritò ſuſpicatur Michael de Montaigne, *es Eſſais c.49. lib.1.* eſſe aliquid erroris in interpretatione Plutarchi Gallica Jacobi Amiori, quando *in vita Quinct. Flam.* Romanorum in Ætolos iræ cauſam fuiſſe ſcribit, quod in carminibus hi ſe nominaſſent ante Romanos. Quod tamen Xylander ex Græco eodem ſenſu tranſtulit. *Quinctium ait, offenderunt, ſibi victoriam arrogantes, ut à poetis etiam ac literarum rudibus id factum decantantibus, priore quàm Romani, loco ſcriberentur Ætoli,ut in Alcæi verſibus:*

Ætolûm virtute latinorumque peremti.

Vel potius Quinctii ſcrupuloſitati id aſcribemus, qui gloriam apud Græcos ſibi parare quærens, aliterque cecidiſſe videns, nullis non intentus erat ratiunculis, ut Ætolos in ſuſpicionem conjiceret; Vel dicemus, eum mentem Græcorum potius, quàm poſitionem verborum æſtimâſſe. Nam Romanus ſermo ignorat iſtam,cui nunc ſtudemus, in dignioribus præponendis ſuperſtitionem, ex qua Adrianus Papa ſcribit ad Fridericum I. *Miramur, quod B. Petro & Sacræ Romanæ Eccleſiæ non quantam deberes, exhibere Reverentiam, videris. In literis enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis, in quo inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris.* Naucle. *gener. 39.* Johannes Baleus *in notis pont. Roman. in Adrian. 4.* Chriſtian. Urſtiſius *in collectione Hiſtoricor. German. pag. 562.* Si vera eſt Epiſtola Johannis *in l. inter claras. Cod. de ſumm. trinit* non ſolebat olim nomen Papæ præponi Imperatori, quod ex inſcriptione patet, & ibi notat gl. *in ver. Glorioſiſſ.* dum ait: *Nota, quòd Papa præmittit Imperatorem in Epiſtola, quod hodie non faceret.* Apulejus cum ad judicem ſcum loqueretur, non dubitat nomen ſuum præponere *in Apolog:* Dion. *li.53. Equites, Senatoreſque necandi poteſtas penes Auguſtum*

Digitized by Google

Auguſtum erat, nec Cicero; quamvis privatus ad conſulem ſcribat, ſuum nomen propterea poſtponit, nec Hippocrates cum ad Artaxerxis præfectum, aut Senatum Abderitarum literas mittit, *in Epiſt. Hipp.* nec Ariſtoteles, cum ad Alexandrum M. nec Caſſiodorus cum ad Regem Gothorum. Quanquàm in titulis ſuperſcribendis alia videtur ratio eſſe, ubi antiquiorem digniorem q; prius nominatum ſæpe videmus. *lib. 11. Ep.* Symm. ex quo Tiraquell. *de jur. primog. q. 17. opin. 4. num. 28.* colligit, quandocunque legitur in jure civili: *Verus & Antoninus* legendum potiùs: *Severus & Antoninus*; quia Verus, tanquam poſterior Antonino & ætate & imperio, non fuiſſet antepoſitus. Sed vulgari uſu loquendi tam dicimus, ait Montanus, *Ego, & tu, quam tu & ego,* tam dixerunt latini: *Cæſar & Oppius, quàm Oppius & Cæſar.* Nezennius quoque nomen ſuum Paulo JCto præponit *l. Nezennius ff. ad l. Falcid.* Nec enim *ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potius ex jure ſumitur, id quod agi videtur, l. nec enim, de ſolut. & liber.* & *ordo ſcripturæ non impedit cauſſam juris & voluntatis. l. cum pater. § fidei 12. de leg. 11. l. quidam. de pecul. leg.* Alia ratio eſt in legatis, quando leges non adverſantur, *l. hæredes §. fin. ad Trebell. l. cum pater § ult. de legat. 11.* aut cum diverſæ ſunt ſcripturæ, quarum poſterior derogat priori: *l. ſi mihi. § in legatis, de leg. 1.* nec non conjectura ex ordine ſcripturæ interdum petitur, *arg. 20. diſt. § 1. c. ſit rector. diſt. 43. c. alienus 24. q. 1. c. ut evidenter 1. q. 1.* ſeu *ut ibi gl. ait in ver. & continuè ex ſerie verborum aliquid perpenditur, per gl. ad d. c. ſit rector. in ver. promiſit per c. in gravibus 3. q. 7. c. cum dilecta, de reſcript.* Verùm quod major inde poteſtas demonſtretur, ſi nomen alicujus in textu ſcripturæ prius ſcribatur, id nullo jure receptum eſt, Tiraquell. *de nobil. cap. 31. num. 382.* cum & in jure Canonico regalem poteſtatem & pontificiam promiſcuè nunc poſtponi, nunc præponi videamus. Sed nimis diu in tam futili argumento immoramur; nec tamen cætera plùs habent roboris. Præſtantiam enim populi etiam ex eo demonſtrat Bucher. quod in *Levit.* pro populo vitulus, pro principe hircus tantùm offertur. Jam ſicut vitulus hirco præſtantior eſt, ſic & populus principe. Non advertit enim de quibus principibus ibi loquatur legiſlator, quaſi nomen principis illic idem ſignificet, quod in jure Romanorum. Eos enim intelligit, de quibus anteà dictum erat: *Moſes ex conſilio Iethronis conſtituit principes populi, tribunos & centuriones & quinquagenarios. Exod. 18. Num. 11. Deut. 1.* Hi vero reges aut abſolutæ poteſtatis non erant, ſed magiſtratus populi tantùm. Tum etiam precium hirci non æſtimatur ex dignitate perſonæ, pro qua offertur, ſed ex gravitate peccati placandi, ita ut hinc nihil colligi poſſit, niſi populum graviùs peccare, quam principem, id quod hominem Theologum ignorare non oportebat. Quid vero hoc argumenti eſt? *Omnis anima ſubjecta ſit poteſtati, Roman. 13. Ergo & Reges & principes,* Ergone ipſa po- *Aliud argumentũ.*

 teſtas

teſtas ſibi ſubjecta erit? Statuit Imperator: *in extrav. ad reprim:* *Omnis anima ſubjecta ſit Romano Imperatori.* Ergo & ipſe Imperator? *Omnibus à nob. dictis*, ait Juſtinian. *Nov. 105. c. 2. in fin. Imperatoris excipitur fortuna, cui & ipſe Deus leges ſubjecit*, & quandocunque Imperator aliquid concedit, ſemper ſe exemiſſe dicendus. Colleg. Ferd. *Imperat. reſp. in cauſ. Finar: num. 32.* Bocer. *cap. 1. de regalib. num. 36.* Aut quale eſt illud? *Quodcunque ligaveris, ligatum ſit*, ubi nihil excipitur, *Matth. 16. 18.* ne reges quidem ipſi: quaſi non inter diſciplinam Eccleſiaſticam & Imperium temporale tantùm interſit, quantum inter ſolem & lunam, cœlum & terram? Et tamen tàm nullius roboris fundamentis rem tantam ſuperſtruere audent, id genus ſcriptores, quibus omnium regum arces demoliri, populumque in ſolium regale extollere nituntur.

3. Quantò rectius ſenſerunt Divini patres, & quorum animi procul ab adulatione erant, procul à falſis opinionibus, JCti, dum uno ore principem nullius, niſi Dei, arbitrio, regi aſſerunt. Ita enim Tertull. *in Apolog. contra gent. Sciunt*, inquit, *Imperatores, quis illis dederit Imperium: ſentiunt Deum eſſe ſolum in cujus ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi ante omnes Deos & ſuper omnes homines.* & paulò poſt; *Temperans majeſtatem Cæſaris infra Deum, magis illum commendo Deo, cui ſoli ſubjicio: ſubjicio autem, cui non adæquo.* Item *ad Scapulam*: *Sit Imperator omnibus major eſt, dum ſolo Deo minor eſt.* Chryſoſtomus *in hom. 2. ad popul. Antioch.* Vocat Imperatorem, *Summitatem & caput Mundi, & qui parem ſuper terram nullum habeat.* Optatus ait *cont: Parmen. Super Imperatorem non eſt, niſi ſolus Deus, qui fecit Imperatorem.* Hieronym: verò *Epiſtol. ad Ruſt.* de Davide pœnitentiam agente loquens, ex eo, quod *Pſal. 51.* dicit. *Tibi ſoli peccavi, Domine*, infert, eum ita locutum fuiſſe; *quia Rex erat & alium non timebat*, id quod Ambroſ: *in Apolog. David. cap. 4. & 10.* prolixius ediſſerit: *Peccavit David*, inquit, *quod ſolent Reges, ſed pœnitentiam geſſit, flevit, ingemuit, quod non ſolent Reges. Quod erubeſcunt facere privati, Rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat, qui nullis tenebatur legibus humanis. Rex utique erat, nullis ipſe legibus tenebatur, quia liberi ſunt Reges à vinculis delictorum. Neque enim ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperii poteſtate. Homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius.* Hanc ſupremam principis poteſtatem JCti vocant *abſolutam*. Paul. Caſtrenſ. *ad l, ſi teſtament. C. de teſtam.* Ar: Pinell: *ad rubr. 1. par. 2. n. 20. 24. & ſeq. de reſcind. vend.* Bald *in l. 2. n. 40. C. de ſervit. & aqua* Dec. *in cap. quæ in Eccleſ. n. 24. & ſeq. de conſt. in c. ult. de confir. util.* Cuchus *in tr. de ma-*

Nihil eſſe ſupra majeſtatem.

Abſoluta poteſtas principis.

Digitized by Google

de morat: præſcript. n. 42. Angel. *in l. princeps ff. de ll.* Rolan. à Vall. *conſ. 60. lib. 4.* & plures relati ab Anton. Gabriel. Rom. *in tr. regul. lib. 3. t. de iur. quæſit. non toll. concl. 1. n. 1. in pr.* Dauth. *de teſtam. ad l. ex imperfecto C. de teſtam.* Cravett. *de antiq. temp. par. 1. c. l. n. 38. t. 2. n. 37. 41.* Parut *lib. 2. della vita Polit.* Stephan *2. de jurisd. c. 1. membr. 2. n. 51.* Alber Gentil. *in diſp. de pot. reg. abſol.* eamque optimè definit Bald *d. l. n. 40* quod ſit: *arbitrii plenitudo, nulli neceſſitati ſubjecta, nulliſque publici juris regulis limitata,* peſſimè autem interpretantur Alciat. *in l. cenſer. ff. de V. S.* Vaſq *lib. 1. contr. c. 26. n. 21.* Molin. *in addit. ad Dec. d. c. lit. t.* Pinel. *d. lo. n. 2.* Fortu *in l. Gallus § & quid ſi tantum. n. 290. & ſeq. de lib. & poſth.* Coraſ. *in l. frater a fratre. n. 71 de condit. indeb.* Cuno. *de pact. cap. ult. n. 39.* Teſſaur. *Deciſ. 91. n. 1.* Carolus Tap *in rubr. de conſt. princ. c. 1. n. 78.* dum eam, *vim, & terrorem, plenam peccandi poteſtatem, poteſtatem tempeſtatis, Tyrannidem, & violentiam,* & ſimilibus nominibus indigitant. Item Covarruv *lib. 3. var. reſol. c. 6. n. 8* dum infert: *Colligitur ex hac definitione poteſtatem ita à principis arbitrio dependere, ut nulla ratione, nullis juris regulis limitetur, ita ut ea uti poſſit contra rationis dictamen.* Nam illud, *ſine ratione* Baldo affingitur. Nec enim qui legibus aliquem ſolvit, eundem etiam à ratione abſolvit: nec qui aliquem liberum pronuntiat à legum vi coactiva, eundem liberum eſſe vult, ab earum vi directiva. Domin. Sot. *l. 1. q. 6. art. 7. concl. 1.* Baldus, ait, poteſtatem abſolutam nulli neceſſitati ſubiici, id eſt, à nemine cogi poſſe, rectè ne igitur infert Covar. Ergo nec rationi, nec regulis virtutũ ſubjicitur? cum tamen Baldus eodem loco, *n. 42.* confiteatur regem, cum ſit animal rationale, à præſcripto rationis per plenitudinem poteſtatis non eximi. Sicut enim Philoſophi definiunt potentiam Dei abſolutam; non ſolum quando non agit, ſecundum curſum cauſarum naturalium, *ut faciunt* Conimbricenſes *2. Phyſ. c. 7. q. 16.* ſed quando non agit ſecundum modum, quem ipſe ſua voluntate ſibi præſcripſit. Thom *1. part. q. 25. n. 5. 3. lib. ſent. diſt. 1. q. 2. art. 3* Scot. *1. diſt. 44. quæſt. 1.* Ita principis, quem q. *corporalem quendam in ſua Rep. Deum*, vocat Bald. *in § fin. de prohib. feud. alien. per Frider.* abſoluta poteſtas definiri debet, quæ legum neceſſitati vel coactioni alligata non eſt, quamque Budæus *ad l. princeps ff. de legib.* ita deſcribit, Ulpianus, ait, *loquitur de quinto genere Monarchiæ, quod eſt regnum omnibus numeris dominationis abſolutum, cujuſmodi erant Reges & principes Romani, Ulpiani ICti tempore, nihil iam priſcæ civilitatis retinentes, omnia arbitrio ſuo ſtatuentes; Et nunc Reges noſtri ſunt, qui omnia in poteſtate habent, quique, ut Homericus ille Iuppiter, quoquò ſe verterint, omnia circumagunt, nutu etiam ſolo omnia quatientes. Denique Humani Ioves, ut inquit* Plaut *in Caſin. ſed qui tamen hominum more emoriuntur.* Hoc autem regni genus eſt, *ait Ariſtoteles,* cum unus omnium poteſtatem habet. tum communium, tum publicarum rerum. Atque hinc jam poſſumus alteram Covarruviæ & Teſſauri

4. *Quid ſit abſoluta poteſtas.*

rationem ſolvere, qua abſolutam poteſtatem prorſus diruunt, quod ſcil. omnis principis poteſtas divino, humano & civili jure debeat eſſe conceſſa, alioquin Tyrannica dicenda. Quæ autem ſic habet, ordinaria eſt, non abſoluta. Non enim ordinariam definimus, quam jura divina & humana concedunt, ſed quæ legib poſitivis Reip. alligatur, ſicut & ordinaria Dei poteſtas vocatur, quam ipſe promiſſis ſuis determinavit. Usqueadeo nihil contra tam planam veritatem proferri poteſt, quod nonfacili negotio diſſolvi queat. Ideoque in hac controverſia primo loco id concludamus, quod Rex quidam, cujus meminit Bernh. *to.1.tract. de paſſ. Dom.c.4.* (Alexandrum M. credo intelligit. *Curt lib.9.*) cum percuſſus humana ſagitta, peteretur, ut ſe ligari permitteret, donec excideretur, quia leviſſimo motu mortem poſſet incurrere, reſpondebat: *Non decet vinciri Regem, libera ſit Regis & ſemper ſalva poteſtas.*

5. *Majeſtas nequit in judicium vocari.* Hinc porrò ſequitur, cum nihil ſit Majeſtate ſuperius, quod nec judicari, nec puniri, vel in ordinem redigi à quoquam poſſit, niſi à ſolo Deo, id quod ab Antonino Philoſopho, modeſtiſſimo ſuæ potentiæ, ſi quoquam alio, moderatore, diſcimus, qui *ap. Xiphilinum in vit. Anton. ex Dione* dicit: *Nemo niſi ſolus Deus judex principis eſſe poteſt*: vel ſi mavis audire Ambroſium *in Apol. Dav. c.4. Liberi ſunt Reges à vinculis delictorum. Neq; enim ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti Imperii poteſtate*: Aut Iſidorum *3.ſentent. c.51. Populi peccantes judicem metuunt, & à malo ſuo legibus coercentur. Reges autem, niſi ſolo Dei timore, metuque gehennæ coerceantur, liberè in præceps ruunt, & per abruptum licentiæ in omne facinus vitiorum labuntur.* Inde iſtæ Canoniſtarum voces: *principem habere ſoli Deo de peccato reddere rationem, c.totam de pœn. diſt. 3.* & quod de pontifice dicitur, eodem ex fundamento de principe ſupremo dici debet: *Eum ſoli cælo debere innocentiæ rationem, c.aliorum.9.q.3. & facta ſubditorum judicari à judice, principis à ſolo Deo, c.facta.9.q.3.* & poſſe eum ſemper excipere in judicium appellatum: *Dominus eſt, qui judicat me*, ut docet Barbat *in c.cum veniſſet col.4. de judic.* Quò facit, quod Harmenopolus, *lib.1. Epit.t.1.* Regem legibus non ſubiici ita interpretatur, quod, ſi delinquat, non puniatur Hoc enim eſt legibus ſolutum eſſe, videlicet pœnis illarum non teneri, ut mirer, quod Harmenopuli dictum quidam de ſolis pœnalibus legibus interpretentur, cum generalis virtus omnium legum ſit cogere & punire, *l. legis virtus ff d ll.* & virtus à lege nihil differat, niſi quod hæc formidine cogat, quod illa ſpecie honeſtatis ſuadet. Ideo rectè Gregor. Turonenſ. *lib 5.c 17.* ſubditos ad Chilpericum regem ita loquentes introducit: *Si quis de nobis, ô Rex, juſtitiæ tramites tranſcendere voluerit, à te corripi poteſt; ſi verò tu exceſſeris, quis te corripiet? loquimur enim tibi, ſed ſi volueris, audis: ſi autem nolueris, quis te damnabit, niſi is, qui ſe pronuntiavit eſſe juſtitiam.* Aimon. *lib.3.c.26.* & Otto Friſing. *in Epiſt. ad Frideric. I.* quæ Chronico præfixa legitur. *Cum nulla, ait, inveniatur perſona judicialis, quæ mundi legibus non ſubja-*

Digitized by Google

ceat, ſubjacendo coerceatur, ſoli Reges, utpote conſtituti ſupra leges divino examini reſervati, ſeculi legibus non coercentur: Vnde eſt illud tàm Regis, quàm Prophetæ teſtimonium; Tibi ſoli peccavi.

Atque huic concluſioni neceſſariò conſequens eſt, majeſtatem non tantum legibus ſolutam & liberatam eſſe, ſed ne teneri quidem, ut ait Budæ. *in l. princeps* Zaſ. *ibid. n. 2. de ll.* Curtius Jun. *conſ. 1. n. 19. & conſ. 174. n. 8.* Tapia *in rubr. de Conſt princ. c. 1. n. 37.* Nam leges ſunt ſcita ſuperioris potentiæ, quibus in officio continentur, qui ſua ſponte officium facere recuſant. *c. facta diſt. 4. c. ut quos extr. com. de off. judic.* Qua de cauſa Seneca vocat legem *virtutem armatam*, id diſcriminis ponens inter virtutem & legem, quod illa ad honeſtatem hortetur, hæc verò etiam cogat: *l. legis virtus. de ll.* id quod jam ante Cicero *3. de off.* luculenter expoſuerat: *aliter*, inquiens, *leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. Leges, quatenus manu tenere poſſunt, philoſophi, quatenus ratione & intelligentia.* Rectius enim hoc dictum eſt, quam quod ex Platone proponit, *2. de ll.* legis videlicet eſſe, *perſuadere aliquid, non omnia vi & minis cogere.* Nihil enim contemtius putat eſſe Seneca, quam *legem cum prologo*, quippe quæ imperare, non ſuadere debeat. *Lex*, ait Lactant. *lib. 6. c. 8. vocat ad officium jubendo, vetando, à fraude deterret.* Et hoc ſenſu Demoſthenes legem vocat ἐπανόρθωμα τῶν ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων. *l. nam. &* Demoſth. *de ll.* Hanc autem vim oportet legem ſortiri à ſuperiori poteſtate, ſine qua inutilis erit, ad inſtar legum, quas olim lepores præſcribebant Leonibus in fabula Antiſthenis, *apud* Ariſtot. *lib. 3. pol. c. 13.* Nihil autem Majeſtate in Rep. dari ſuperius prolixè oſtenſum fuit. Addit Budæus *ad d. l. princeps.* etiam aliam rationem ex analogia, quæ eſt inter regem & ſubditos, patrem & liberos, Dominum & familiam. Nam qua ratione, patri & liberis, Domino & familiæ jus eſſe negat, Ariſtot. *5. Ethic.* eadem aſſerit regem quoque extra jus, quo utuntur ſubditi. Sed nulla eſt ad hanc rem probatio vel efficacior, vel evidentior, præter eam, quam primo loco propoſuimus, cui ſubjiciemus etiam alias, modo quid alii ſuper hac quæſtione ſenſerint, prius examinaverimus, quorum opiniones in quatuor claſſes redigit Fachinæ. *lib. 1. controv. jur. c. 2.* cum tamen Budæi & Zaſii opinio cum opinione Fachinæi prorſus coincidat. Ut igitur Monarchomaſtyges, qui Majeſtatē pedibus populi prorſus conculcandam ſubiiciunt, prætercam, tanquam à Cunero *de off. Reg.* Vvinzet. *in velitat. contra Buchan.* Barclai; *contra Monarchomach.* refutatos, invenio etiam JCtos nonnullos ab alia opinione non admodum abludentes, ut Vaſquium *lib. 1. Illuſtr. controv.* Corraſ. *lib. 2. Miſcel. c. ult.* quibus accenſeo Covarruviam, *in c. alma mater § 1. n. 5.* qui licet principes legibus ſecundum vim directivam tantum ſubiiciat, tamen probationes ejus, non tam hoc, quam illud alterum evincunt, nimirum, cogi etiam principem à legibus poſſe. Id enim verba Platonis tum ab ipſo, tum etiam à Fachi-

6. *Maieſtas non tenetur legibus.*

chi-

Digitized by Google

chinæo malè citata volunt, ſiquidem per magiſtratus, reges & principes intelligant, quod eſt contra mentem Platonis. Nec verò Vaſquius & Corraſius alia pro ſua opinione afferunt argumenta, quam illa ipſa, quæ quantum roboris habeant, ſtatim apparebit. Nam ut relinquamus iſtam diſputionem: *Vtrum*, ut ait Pindarus, *legem omnium Regem facere debeamus*, Plut. *in Demetr.* in cap. de legibus pertractandam, ponamus, quod illi ex Platonis verbis evictum cupiunt, legem debere in civitate dominari, quæro, unde lex vim ſuam habeat: A majeſtate reſpondebunt, cum ad nullius, quam Majeſtatis jura pertineat leges condere. Tenetur igitur propriis ſuis legibus, &

Nemo cogitur a ſe ipſo.

falſus eſt Ulpianus, cùm negat, *aliquem ſibi poſſe legem imponere*, *l. quod autẽ § uxori. de donat. int. vir. & ux.* quod & Paulus adſerit, *l. 40. § ult. de fidei. libert.* aut cum dicit: *ipſe ſe cogere prætor non poteſt, quia triplici officio fungi nequit, ſuſpectam dicentis, & coacti & cogentis. l. ille à quo § tempeſtivum ad Trebell. l. ult. C. de pact. l. ſi mihi & tibi § in legatis* ubi Jaſ. *in utráque lectione de leg. 1. l ſub hac de act. & obliq.* Falſus eſt etiam Marcianus, dum dicit: *neque autem imperare ſibi, neque ſe prohibere quiſquam poteſt, l. ſi de re ſua, de recept. arbitr.* quam rationem Rauchbar. *q. 11. n. 12. & ſeqq.* malè limitat ad ſolas ultimas voluntates & arbitria, judiciaque, cum ex ratione prorſus generalis demonſtrari poſſit. Vaſq. *lib. 1. cap. 47. num. 6.* Falſus denique eſt Ariſt. *5 Eth. cap. ult.* qui negat alicui jus in ſe eſſe, cum oporteat diſtinctas eſſe perſonas obedientium & imperantium, cum alioquin aliquis ſibi ipſi etiam poſſit facere injuriam, quod non magis poſſibile eſſe dicit, quam ſuæ rei furem, ſuæve uxoris adulterum aliquem fieri. Inter quos enim jus datur, inter eos etiam injuria incidere poteſt, cum *contraria nata ſint eſſe in eodem ſubjecto*, ut habet regula Philoſophorum. Cum itaque nullæ poſſint eſſe in Rep. leges, niſi à majeſtate promulgatæ, nec hæ ſibi legem ponere poſſit, à qua recedere non liceat, *l. ſi quis in princip. ff. de legat. III.* patet, quod abſurdum dictu ſit, legem dominari in ipſam majeſtatem. Ab altera verò poteſtate æquali legem majeſtati præſcribi, dici itidem nequit, cum, quod æqualis in Rep. ſine ſumma confuſione nequeat admitti: (*nec enim poſſunt eſſe in eodem corpore duo capita, nec duo præſides in eodem ſenatu*, ut ait Purpurat. *in l. 1. ff. de off. ejus, cui mand.*) tum quod licet admitteretur, par tamen in parem non habeat imperium. *l. ille à quo. §. Tempeſtivum ad Trebell. l. nam magiſtratus in pr. de recept. arbitr. c. innotuit de elect.*

Quomodo intelligendum, quod dicitur, patere legem, quã tuliſti.

7. Quomodo igitur intelligendum, quod in Prætoris edicto dicitur, *æquum eſſe, ut, quod quis in alterius perſona æquum credidit, id in ſua quoq; valere patiatur, in l. Hoc edictum § 1. ff. Quod quiſquis jur. in alt.* Nec verò id æquum tantum eſt, ſed & ſacris literis conſentaneum, ſiquidem Nathan Davidi eandem ſententiam pronunciat, quam ipſe pronuntiarat, in divitem, qui cum abundaret multitudine ovium, pauperi vicino unicam ſuam ovem abſtuliſ-

ſtuliſ-

Digitized by Google

ſtuliſſe, & hoſpiti appoſuiſſe proponebatur. Cum enim David reſponderet : *vivit Dominus, quoniam filius mortuus eſt, qui fecit hanc rem* : Subſumpſit Propheta: *Tu es ille vir, qui fecit hoc. 2. Reg. 12.* Sic etiam Phariſæi reprehenduntur à Chriſto, quod *alligent onera gravia & importabilia, & imponant in humeros hominum, digito autem ſuo nolint ea movere. Luc. 11. Matth. 23.* Rationem addit Ambr. *ſerm. 20. ſuper Pſal. Beati immaculati.* ne dum quis aliter vivit, quàm judicat, ſeipſum condemnet. Inquit enim, *Iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in ſeipſo condemnet. Iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda, ne cum de alio judicat, in ſe ferat ſententiam. c. judicet. 7. q. 3.* Æquè diſertè jam hoc docuerat Apoſtolus: *ad Rom. 2. propterea inexcuſabilis es, ò homo, qui judicas, in quo enim alterum judicas, teipſum condemnas. Eadem enim agis, quæ judicas.* Specioſa ſunt hæc, & quibus nonnihil ad perſuadendum ponderis ineſſe videtur : ſed quæ tamen veritati jam declarari cæptæ parum officere demonſtrabuntur. Si enim prætoris edictum oculatius intueri velis, videbis illud loqui de Prætore jus dicente, aut eo, qui novum jus ab eo elaborarit, *explicante* Oldendorffio *claſ. 1. act. 1. num 4.* ſicut præter verba edicti, etiam verba Ulpiani docent, dum ait: *quod quis jus dixit, vel dici fecit.* Sic enim Scævola reſpondet, *tutorem, qui cæteros ad portionem vocaret, eadem contentũ eſſe debere, l. cum in eo. in fi. ff. de pact. l. cum hæreditas in fi. ff de admin. & peri. tut.* ubi Bartol. *Pactum quod tutor facit, cum creditoribus pupilli, tenetur ſervare in ſeipſo.* Sic, qui inſtrumento utitur, pati debet, ut idem valeat contra ſe, qui teſtibus uſus fuerit contra alium, nequit eorum perſonas excipere. *l. ſi quis teſtibus. 17. C. de teſtib.* Sic *Syllanis hominibus, qui in magiſtratibus injurioſè decreverant, eodem ipſis privatis erat jure utendũ.* Cic. *l. 1. Epiſt. ad Quinct. Fratr. Ep. 1. Quis n. ſtatuerit, quod æquum fuit in Quinctium, iniquum eſſe in Næviũ* Cic. *pro Quinct.* Hi autem privati ſunt, prætor verò Magiſtratus, qui peracto officio in jus vocari poteſt, ſed Majeſtas non continetur in numero eorum, quibus jus dicitur.

Ideoq; diſtinguendum eſt inter legislatores, quales Græci condendis legibus dicere ſolebant, quique aliam in populo non habent poteſtatem: & inter Majeſtatem, quę legibus à legum latore propoſitis auctoritatem addit. *l. de quibus § inveterata. de legibus.* Nam ille, quia propter legum exarationem ſubditorum numero exemptus non eſt, ne quidem à ſuarum legum obſervantia excuſari debet, quin ille jure dici poſſit illud Catonis: *quod Innoc. quoque retulit. c. cum omnes de conſt. patere legem, quam tuleris.* Itaq; Charondas, quẽ Coraſ. pro Zeleuco obiicit, ut Connan. *l. 1. Iur. civ. c. 8. n 3.* ſecuti, niſi fallor Cœlii Rhodigii. *l. 10. Antiq. lect. c. 19.* errorem, cum ſanxiſſet, ne quis armis circumſeptus ſenatum ingrederetur, & rure gladio cinctus, veniens, ſenatũ adiiſſet, exclamante quodam: Charondas legem rupit, gladio incubuit ſuo, vitaq; ſe privavit, quę tranſgredienti ſanciebatur pœna. Valer. Max. *lib. 6. c. 5.*

F Diod.

Diod.Sicul.*l.12.Biblioth.* Zalencus verò, cum filius in adulterio deprehenſus, utroq; oculo carere debuiſſet, tota civitate in honorem patris pœnam adoleſcentulo remittente, tandem ſuo prius, deinde filii eruto oculo debitum ſupplicii modum legi reddidit. Ælian.*l.2.Var.* Agis legi ſuæ debitis pro ſoluto habendis, agris dividendis & bonis æquandis pondus adjecturus, primus omnium omnes ſuas facultates in medium propoſuit, non agros modo & paſcua, quæ poſſidebat latiſſima, ſed præterea numiſmatis DC. talenta. Idem matrem quoq; & aviam facere & amicos, neceſſariosq; omniũ Spartanorum ditiſſimos, induxit. Plut.*in Agid.* Deinde Cleomenes, promulgata lege, primus omniũ bona ſua in publicum contulit, idemq; & Megiſtonus Vitricus & amicorum unusquisq; fecerunt. Plut.*in Cleom.* M.Licinius Stolo cum legem ſanxiſſet, ne quis amplius, quam quingenta agri jugera poſſideret, ipſe mille comparavit, diſſimulandiq; criminis gratia dimidiam partẽ filio emancipavit, quá ob cauſam à M. Popilio Lenate accuſatus, primus lege ſua cecidit, ac docuit, nihil præcipi debere, niſi quod quisq; prius ſibi imperarit. Hondorf. & Leonice.*in exempl. 8. præc.* Liv.*lib.7* Valer.*l.8.c.6.* Oldendorp.*acti.claſ.1.n.1.* *Quid* enim, ait Fabius Max. *attinet leges ferri, quibus per eosdem, qui tuliſſent, fraus fieret: Iam regi leges, non regere.* Liv.*lib.10.* Et Cato meritò inſectatus eſt Pompejum, quod cum lege lata laudationes ſeu commendationes ſuſtuliſſet, ipſe tamen Munacio Planco unam ſcripſiſſet, inq; judicio dediſſet, cumque ea recitaretur, Cato inter judices aſſidens aures texit, recitariq; eam vetuit. Plut.*in Cat. Vtic.* Sed ad Majeſtatem hæc & id genus alia non pertinent, quippe, cui aliquando jus dici non poſſit, ut ait Prætor, Zaſ. *ad l.1.n.11.ff. Quod quisq; iur.* ſiquidem nec Prætorum edictum ligat, quamdiu officium gerit, *l. in jus voc. 2. ff. de in jus voc.* *Quis enim*, ait Juſtinian. *tantæ eſt auctoritatis, ut nolentem principem poſſit coarctare. c. anterior. 2 q.6. Nov. 23.* Unde & David quanquam graviſſimũ ſcelus perpetraſſet, tamen à Propheta in judicium humanum non citatur, *Rex enim erat, alium non timebat. c. totam de pœn. diſt.3.* Sed Deus per prophetam ipſi ſententiam pronuntiat, qui ſolus eſt Regum, ſeu majeſtatis competens judex: *ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει*, ait Phocilid. *in ſuis carminibus*, nec Paulus aliam pœnam injuſtè judicantibus minitatur. *d.c.2. ad Rom.* quam, quod Judicium Dei non ſint evitaturi, quanquã de alio judicio privato ibi quæſtio ſit, de quo *Matth.7* dicitur: *Nolite judicare, & non judicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini.*

Lex natura exigit, ut, quod ab aliis requirimus, ipſi faciamus.

Sed oportet hanc rem conſiderare pauló altius, rationemque æquitatis pauló longius repetere. Nam dum Thales Mileſius rogatus, quomodo quis juſtiſſimè viveret: *Si*, inquit, *quæ in aliis reprehendet, ea ne faciat ipſe*, generalem vitæ regulam omnibus præſcribit, ſicut & abſolutè de unoquoque mortalium dicitur: *quod teneatur eo jure uti, quod in alium ſtatuit: c. in quibus. 1. de conſuet. rect. feud. c. omnes de conſtit. & ibi gl. in ver. patere legem. c. licet. diſt. 45.*

Cor-

Digitized by Google

Corraſ. *lib 4. Miſcellan. c. 4.* imò in principes ipſos transfertur *c. juſtum eſt, diſt. 9. c. pro illorum de præbend.* & Ludovicus IV. *in Decreto concilii. quo Iohannes deponitur*, accuſat ipſos pontifices, *quod in ſe recuſent, quod ab altero poſtulent*: Avent. *lib. 7. Ann.* & Minucius conſul increpat plebem Romanam: *Et quæ vos ipſi ferre nolletis, æquum putatis, alios ea ferre.* Halycarn. *lib. 7.*

> Sic enim *agitur cenſura & ſic exempla parantur,*
> *Si judex, alios quod jubet, ipſe facit* Ovid.

Ideoque cum ea lex ex natura deducatur, huicq; principio innitatur, *quod alteri faciendum non ſit, quod ipſe tibi fieri nolis*, ſicut pulcrè ex lege naturæ deducit Lutherus *in libell. de poteſtat. magiſtrat part. 3. §* ſind ſie aber. *Tom 2. Ienenſ.* quis dubitet, quin etiam principes complectatur, quod ab iis, quæ à naturali vel divino jure derivantur, abſolutos minimè eſſe apud omnes in confeſſo eſt, idque potiſſimum in iis legibus, quæ naturali æquitati innituntur. Nam dicente Baldo, *in l. 2. col 8. de ſervit. & aqua licet princeps ſit ſolutus legibus, eſt tamen animal rationale & politicum*: addam, & civis mundanus & ſubditus Dei, quæ omnia quidem ipſum non ſinunt abire, vel à lege Dei vel à lege naturæ, vel à ratione, & politicis virtutibus: Cæterum pœnæ & coactioni virium humanarum non ſubiiciunt, quæ eſt virtus legis. Si enim abſcedit à mandâtis divinis, concedo Bruto, *in vind q. 2.* quod feloniam committat erga Deum; ſi legem naturæ violat, perverſus homo eſt: ſi contra virtutum præſcriptum agit, injuſtus eſt, & graviter peccat contra honeſtatem, ſed nego ipſum propterea legum vinculis ſubiici, cum Imperii poteſtas eum tutum faciat Ideoque Andreas Iſern. *in prælud. feud. quæſt. 2. n. 36.* hæc duo optimè diſtinguit, dum ait, *Eos, qui alias non tenentur ſervare leges, ut leges, teneri eas, ut rationes, ſervare.* Multum enim intereſt, aliquid facias, prout lex imperat, aut prout ratio docet. Qui enim civis cujuſdam filium philoſophia imbuendum accipiebat, illud commodi patri inde promittebat, quod filius ultrò facturus eſſet, quod alii metu faciunt, aut coacti: idque voluit Poeta, cum ait:

> *Oderunt peccare boni, virtutis amore,*
> *Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.*

Sunt igitur principes à legum vi liberi, idque indubitati juris eſt. *l princ. ff. de ll. ex imperfecto, de leg. III. § ult. Inſt. quibus modis teſt. infir. l. ex imperf. C. de teſtam.* ita, ut voluntas ipſis pro ratione ſit, *ut eſt tex. § quod principi placuit Inſt. de jur. nat l. 2. § Noviſſimè de orign jur. l. in pr de conſt pr.* ſicut de regib. regionis thuriferæ notavit Heracl. Cumæus *in libris, quos præparantes nuncupat*, eorum voluntatem à populo agnoſci pro lege, Athen *12. Dipnoſoph* & gl notat *in c propoſuit in ver. inveſtivit in fin de conceſſ. præb.* non aliam pontifici fuiſſe rationē, niſi, *quia voluit, quia de nihilo poteſt aliquid facere, c. revera verſ. fin. de conſecr diſt. 2.* nec

Voluntas principis pro ratione.

2.nec ipſi licet dicere: *cur ita facis. arg. c. in memor. diſt. 19.* Jaſon. *plurima allegans in l. reſcripta. c. 1. C ſi contra jus vel util publ.*

Sed tamen tanta licentiâ, juſtum non eſt, ut utatur, princeps quin potius Ciceronem judices admonentem *pro Roſc.* audiat: *Veſtri conſilii, veſtræ ſapientiæ eſt ſpectare, quid deceat vos, non quantum liceat vobis. Minus eſt*, ait Tacit. 4 *Ann. qui ex magna fortuna præter licentiam uſurpat nihil.* Nec enim *continuò honeſtum eſt, quicquid licet, l. non omne de R. I.* ſed eſt aliquid, dicente Cicerone *pro Balb. quod non oporteat, etiamſi licet.* Marc. *l. b. 10.* Nec omne, *quod illicitum eſt, punitur*, ut ait gl. *l. hæres. ff de uſufr. leg.* & Bald. dicit: *conſ. 15 ad evidentiam præmitto lib. 1. non eſſe novum, ut quædam inhoneſte fiant, ultionem tamen non habeant, quia non omne illicitum punitur, ſed id tantum, quod lex ſtatuit, eſſe delictum tex. in l ſi quis § Divus autem ff. de relig & ſumt. fun l. § non perpetua ff de ſepul. viol. l. Imperator de his qui not. in fam cum concordantiis, quarum infinitam ſeriem accumulat* Tiraq. *l. 9. connu gl. 1 par. 9 n. 2. & ſeqq.*

Multa licent quæ non ſunt honeſta.

Sed tamen, ſicut JCti monent, in contractibus non ſolum, quid liceat, conſiderandum eſſe, ſed & quod honeſtum ſit *l. ſemper. de R. I. l. ſemper. de rit. nupt.* Borcholt. *de feud c. 6. n. 30.* & ſicut Panorm. *in c quia diverſit. in not. antepen. de conc. ſſ. præb.* determinat, quod licet Papa, *per tex. d. c.* poſſit prævenire cæteros collatores, id tamen honeſtum non ſit, *per c. ult. diſt. 99. c. pervenit. in fin. 11. q. 1.* ſic nos principem alloquemur verbis Claudiani, quibus ille hortatur Honorium:

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti:

addemusque præceptum Symmachi *lib. 10. Epiſt. 54. Apud Imperatorem plus debere valere juſtitiam, quam licentiam.* Sen. *in Tro. Minus decet libere, multum cui licet.* & Auſonii: *Quanto plus liceat, tanto libeat minus*, & Mecænatis Auguſtum inſtruentis: *In ſumma conſilium tibi do, ne quando abutaris potentia tua, neq; eam putes eſſe diminutionem ejus, ſi non ſimul omnia facias, quæ poſſis, ſed quanto magis omnia, quæ ſtatueris, potes perficere, tanto magis cura, ut optima tibi quæq; proponas.* Dion. *lib. 52.* Vel potius Imperatorum ipſorum aureas voces audiamus, qui *dignam vocem Majeſtate regnantis* dicunt eſſe, *legibus alligatum ſe profiteri. l. digna vox C. de leg. & conſt.* Non enim legibus principem alligant, ſed eo dignum eſſe dicunt, ut ſe alligatum profiteatur, cum non ſit, ſicut Juſtinianus, *§ ult. inſt. Inſt. quib. mod. teſt. infir* & Paulus explicat *lib. 5. ſent. lib. 23 de legat. III. Decet*, inquit, *tantæ Majeſtati, eas ſervare leges, quibus ipſa ſoluta eſſe videtur*, & Alexander Imperator: *l. ex imperfect. C. de teſtam. Licet*, inquit, *lex imperii ſolennibus juris Imperatorem ſolverit: nihil tamen tam proprium imperii eſt, quam legibus vivere.* Simul enim indicat Imperatorem legibus non teneri, & tamen ipſius dignitati convenire, *ut non patiatur ſibi licere, quantum licet. d. l. loc. digna vox in fine cap. quia*

8. Princeps accommodat ſeſe legibus ultrò, licet ab iis non cogatur.

per

per ambitioſ. ult. in fin. de reſcript. in 6. Sebaſt. Medic *de legit. & ſtat. par. 4. q. 5. in ſol. argument. gl. in d. c. ult. in fin de reſcript. in 6. gl. in c. non liceat in. ver. papæ. 12. q. 2.* Ita Antiochus III. ad civitates & præſides Aſiæ ſcribere ſolebat: *Si quid contrarium legibus per Epiſtolam juſſero, nolite parere, ſed me ignoratione lapſum putetis.* Plut. *in apophi* quod Niceph. *lib 1. c. 17.* Tiberio etiam Orientis Imperatori aſcribit. Ita Auguſtus, qui legis Voconiæ gratiam ſæpius aliis fecit, teſte Dion. *lib. 50 qui liberos annariis legibus ſolutos, nondum poſita prætexta, conſules deſtinavit,* Tac. 1. *Ann.* & Tiberio *quinquennio prius, quam per leges licebat, præturam decrevit.* Tac. 3. *Ann.* ejusdem legis veniam à ſenatu petiit. *Ex honeſtate quippe princeps non debet detrahere Falcidiam*, ait Bald. *in l. 4. ad l. Falc. quia donare conſuevit.* ita ut Cujac. *lib. 11. obſerv. c. 20.* fruſtra obiiciat: quod Auguſtus iſtius legis veniam à Senatu poſtulaverit Nam ſciebat nihil apud vulgus efficacius eſſe, quam humilitatem principis, Alber *de pot. princ. abſ. in ſol. 7. arg.* ideoque non tantum hîc, ſed & alibi ſæpius populo ſe ſubmiſit, *arroganti*, ut ait Tacit. *lib 1. Ann. moderatione*: candidatos illi prenſatis manibus commendare ſolitus fuit, & quod jure Imperare poterat, precibus maluit impetrare, ejusque exemplum ſecutus Tiberius, antequam mutaretur in pejus, nihil non ſenatui indulſit, & *ſi quando cum privatis diſceptaret, forum & jus*, ait Tacit. 4. *Ann.* Trajanus, cum præfectum prætorio enſe cingeret: *Hunc*, inquit, *gladium, ſi juſte imperavero, pro me, ſi autem malè, contra me ſtringito*: Dion *in Traj.* & in roſtris cum juramentum conceptis verbis populo præſtaret, legibus quoq; ſe ſubjecit. Plin. *in Panæg.* M. Antoninus philoſophus pecuniam ex ærario petiit à ſenatu, non quod ea non eſſet in principis poteſtate, ſed quod diceret, eam, cæteraq; omnia eſſe S. P. que Romani. *Nos enim*, inquit, *uſque adeo nihil habemus proprium, ut etiam veſtras ædes habitemus*: Xiphilin *in Ant. Phil. ex Dion.* Conſtantinus vetuit *pupillos, viduas, diuturno morbo fatigatos ſuo comitatui exhiberi, licet contra eos lenitatis ſuæ impetratum fuerit judicium. l. unica C. quando Imper in pup* Anaſtaſius prohibuit *in diſceptationem cujuslibet litigii proferri ullum reſcriptum, ullam pragmaticam ſanctionem, ullam ſacram adnotationem, quæ generali juri vel utilitati publicæ adverſa eſſe videatur l fin. C. ſi contr. jus vel util.* An igitur jus fuit, Tiberium, inſtar privati civis, in jus rapere? An Trajanus legis Regiæ privilegio non fuit uſus? Atqui Plin. *in Panæg.* ipſe id confitetur. *In roſtris*, ait, *ſimili religione ipſe te legibus ſubjeciſti, legibus Cæſar, quas nemo principi ſcripſit* An igitur Conſtantinus non potuit evocare ſine cauſſæ cognitione: cum *id putare, veſani capitis* eſſe ſcripſerit Innocentius. Aut Anaſtaſius reſcriptorum ſuorum auctoritatem magiſtratibus acceptam retulit? Facit interdum importunitas efflagitantium, ut etiam non concedenda concedantur, *ut ait gl. in c. cum in juvent. in not. de purgat. Can. & eſt tex. in l. 1. C. de petit. bon. ſubl.* Itaq; principes, ut per tam inverecundam importuni-

tatem elaboratis reſcriptis non pareatur, legibus ſuis præoccupare ſolent: Rebuff. *tr. de ſupplic.* perinde, ut teſtatoris voluntas facit, ut prior ſcriptura poſteriore ſit potior, ſi ſe clauſulam appoſuerit ſequentium derogatoriam, hoc modo: *Si quid Titio infra legavero, id neq; do, neq; lego. l. cũ mihi 12. § 3. de lega. 1.* Johann. Andr. *in gl. ad c. licet in verb. revocare de conſtit. in 6.* Ita princeps ipſe per ſubreptionem extorſa reſcripta irrita facit, & quicquid cancellando, magiſtratus facit, principis juſſu facit, qui ita fieri voluit, & ſi admonitus fuiſſet, ipſe feciſſet. *C. ſi contr. jus vel util.* Ex quo obiter poſſumus condemnare opinionem eorum, qui in Galliis, curiam Pariſienſem regi præponunt, quia multa regis edicta in illa prius examinantur, nonnulla etiam ad regem remittuntur. Pari enim ratione Theſaurarium regis poteſtati anteponere coguntur, quippe cum donationes ſuas reges non prius valere voluerint, quam is literis ſubſcripſerit, *li. 1. corp. Gall. t. 9. l. 1. li. 10 t. 6. l. 5. & 6.* & Caroli VI. donationes plurimas præfecti ærarii induxerunt, ſubſcriptis his verbis: *Immodice datum, & repetatur.* Æmil. *lib. 9.* Sed ad rem redimus, & repetimus quod ex dictis patet, principes, quoties ſe legibus alligatos profitentur, id facere ex cauſſa, & ut dicit Cæſar ad Tribunum, *de jure ſuo remittentes.* Plut. *in Cæſar.* Unde meritò Symmachus, *lib. 10. Epiſt. 54.* majorem gloriam principes acquirere ſcribit, *ſi contra morem patrum nihil ſibi intelligant licere,* & Plin. *in Paneg. ut felicitatis eſt, poſſe quantum velis, ſic magnitudinis, velle quantum poſſis:* imo ipſi Imperatores, *in d. l. digna vox, majus quiddam imperio eſſe dicunt principatum legibus ſubmittere,* quod Germanus Vates *lib. 8. de rebus geſt. Frid.* ſic imitatus eſt:

Nam nihil, ut verum fatear, magis eſſe decorum
Aut regale puto, quam legis jure ſolutum,
Sponte tamen legi ſeſe ſupponere Regem.

Difficile enim eſt in magna fortuna ſibi moderari, & virtutum jugo ſubdere illos, quibus malis eſſe impunè licet. *Dominus, ait Soſia Plautinus, dives operis & laboris expers,*

Quodcunq; homini accidit, libère poſſe retur,
Æquum eſſe putat, non reputat, laboris quid ſit,
Nec æquum, an iniquum imperet, cogitat. Plaut *in Amphit. act. 1. ſc. 1.*

in pr. Id enim, ut ait Seneca, *in Agamemn. regni maximum pignus putant, ſi*
9. *Rex non eſt, niſi bonus* *quidquid aliis non licet, ſolis licet.* Sed rectius alter ejuſdem nominis: *3. de benef. c. 37. Hoc eſt regnum,* inquit, *nolle regnare, cum poſſis.* Deſcribimus enim Regem per virtutem, qua ſola diſtinguitur à Tyranno:

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex, ait Auſon. *in Monoſyll.* ita ut bonitas cum Rege arctiori vinculo connectatur, quam cum oratore, *Rex Stoicorum.* quem tamen Cato definiebat virum bonum, dicendi peritum, ut eſt opinio Zaſii *in comm. ad Heren. in proœm. num. 5.* Stoici regem definiebant, teſte Seneca

Seneca. *Qui poſuit metus, & diri mala pectoris. Quem non ambitio impotens, Et nunquam ſtabilis favor, Vulgi præcipitis movet. Non quicquid fodit occidens, Aut unda Tagus aurea Claro devehit alveo. Non quicquid Lybicis tenet, Fervens area meſſib. &c. Nil altis opus eſt equis, Nil armis & inertibus Telis, quæ procul ingerit Parthus, cum ſimulat fugas: Admotis nihil eſt opus Urbes ſternere machinis, Longe ſaxa rotantibus. Rex eſt qui metuit nihil & Hoc regnum ſibi quisq; dat.* quos Horatius quidem deridet: *lib. 1. Sat. 3. in fin.*

Vellunt tibi barbam
Laſcivi pueri, quos tu niſi fuſte coerces,
Urgeris turba circum te ſtante: miſerq;
Rumperis & latras, magnorum maximè regum.

Omni tamen Philoſophiæ & rationi conſentaneum eſt, non eſſe perfectum Regem, niſi qui regnum à ſeipſo auſpicatus, ſibi prius virtutem pro lege obſervare imperavit.

Tu licet, ait Claudian. *ad Honor. extremos latè dominere per Indos,*
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira,
Servitii patiere jugum, tolerabis iniquas
Interius leges, tunc omnia jure tenebis,
Cum poteris rex eſſe tui.

Quod totum dilucidè tradit Niceph. *lib. 16. hiſt. Eccl. c. 1.* de Zenonis luxuria & effreni licentia loquens: *Ego vero dixerim, non ex eo verum Imperatorem, qui legibus ſolutus, arbitrio ipſe ſuo vivat, quod aliis imperet, æſtimari. Verum ſi in ſeipſum potius poteſtatem exerceat, neq; pravi quicquam animum ſuum ſubire ſinat. Unde ille adverſus fœditatem & turpitudinem invictus, & à libidine omni alienus, perinde atq; animata virtutum effigies, cives ſubditosq; ſuos univerſos ad imitationem ſui pertrahat.* Hoc enim ſolum eſt, quod ſeparat Regem à Tyranno, quod hic ſumma licentia abutatur, ille ne uti quidem velit. *Quid intereſt,* ait Seneca *li. 1. de Clemen. c. 11. & 12. inter Tyrannum & Regem. Species ipſa fortunæ ac licentiæ par eſt: niſi quod Tyranni ex voluptate ſæviunt: Reges non, niſi ex cauſa & neceſſitate. Quid ergo? non Reges quoq; occidere ſolent? ſed quoties id fieri publica utilitas perſuadet: Tyrannis ſævitia cordi eſt.* Samuel, dum populo jus regis proponit, paulo minorem ejus licentiam facit, quam ſit Tyranni: *lib. 1. Reg. 8.* & Cicer: ſcribit: *pro Rabir. Nemo noſtrum ignorat, etſi experti non ſumus, conſuetudinem regiam: Regum autem hæc ſunt imperia: Animadverte & dicto pare, & præter rogitatum ſi loquare: & illæ minæ: ſi te ſecundo lumine hic offendero, moriere.* Sed huic tam abſolutæ licentiæ Rex ipſe ſuo arbitrio modum ponere debet, non quod ad id ulla vi cogatur, ſed quia id æquitatem poſtulare videt, cui ut ſe accommodet, officium regium & virtus monet: tum etiam, quam inde profecturam novit, utilitas.

Differentia Regis & Tyranni.

Sanctio-

10. Sanctiores enim & juſtiores reputabunt leges iſtas, quibus animadvertent ipſum principem non dedignari acta ſua ſubjicere, libentiuſque iiſdem obedientiam præſtabunt, *Carol. Tap. in rubr. de conſtit. princ. c. 1. n. 37.* ſecuti exemplum principis, quo nihil in utramque partem ſive mutare, ſive conſervare velis Remp. efficacius eſſe docet Plato. 4. *de L.* Cum enim Cleomenes primus bona ſua in forum contuliſſet, *Regem*, ait Plut. *in Cleom. cives univerſi ſecuti ſunt.* Cum conſules & ſenatores Romani ex conſilio Lævini conſulis, aurum, argentum, æs ſignatum omne in publicum conferrent, *hunc conſenſum Senatus*, ait Liv. *lib. 26. equeſter ordo eſt ſecutus, equeſtris ordinis plebs. Ita ſine edicto, ſine cohortatione magiſtratus, tantum auri, argenti collatum, ut nec triumviri accipiendo, nec ſcribæ referendo ſufficerent.* Idq; Paterculus *lib. 2. in fin.* docet, *Princeps optimus*, inquit, *recte facere cives ſuos faciendo docet. cumq; ſit imperio maximus, major exemplo vult eſſe*, & Mecœnas: *in orat. ad Auguſt. Ea ages, quæ præfectos agere velis. Id enim facilius eos officium docebit, quam metus legum, cum alterum imitatione conſtet, alterum timore: ac facilius meliora imitentur homines, cum ea in reipſa conſpiciunt, quam pejora vitent, verbis ea prohibita audientes.* Dion. *lib. 52.* nec non, ut cætera, pulcrè Claudianus his verbis:

Quam efficax ſit exemplum principis.

In commune jubes ſi quid, cenſeſve tenendum
Primus juſſa ſubi: tunc obſervantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentum.

Convenit igitur inter nos & prædictos autores, quod, ſicut Servius tulit leges, quibus ipſe obedientiam præſtaret: Tacit. *3. Ann.* Ita Majeſtatem quoque, quod aliis dedit, jus in ſe admittere debere dicamus, in eoq; ſenſu admittamus, quod Pacatius ſcribit ad Theodoſium: *Tantum tibi licet, quantum per leges licebit*, & quod Tiberius in Senatu dicebat: *Non utendum imperio, ubi legibus agi poſſit.* Tacit. *3. Ann. ad fin.* ſed in eo diſcrepamus, quod illi à majeſtate obedientiam exigant per leges: nos verò eam ab ullo ſuorum ſubjectorum cogi poſſe negemus, niſi ipſa libero motu leges, quas Deus illi ſubjecit, *Nov. 105. c. 2. § ult.* in ſe valere patiatur. Quod vero quis libero motu facit, in ejus præjudicium torqueri non debet, nec jactationis verba jus facere putanda ſunt. *l. ult ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Valeant igitur legati Scotorum, qui iſtas Imperatorum ex æquitate profectas voces, pro lege omnium regum allegant. apud Buchan. *lib. 20. hiſt. Scot.* Valeat Johan. Maria, 1. *de reg. c. 9.* qui negat regem dominari legi, aut Papon. *volum. 3. Notar. lib. 5. t. de la clauſe car ain ſi nous plaiſt. § Vlpian.* qui Vlpiani dictum: *principem eſſe ſolutum legibus*, ſi ſimpliciter accipiatur, nimis crudum eſſe dicit. Valeant Vaſquius & Corra-

Damnantur variæ autorum circa hanc rem ſententiæ.

Digitized by Google

Corraſius & Donell. *lib.1. de jur.civil.c.17. in pr.* qui illud de juris ſolemni-
bus tantum interpretantur, cum Imperator in univerſum de omnibus le-
gibus id accipiat. §. *ult. in fin. Inſt. Quib. mod. teſt. infirm.* Valeant denique 10. *Quæ ſit ſententia legis regiæ*
Cujac. *lib.15.obſerv.c.30.* & Stephanus *in Muſa monitri: aſmat.33.* qui decepti
titulo, quem Ulpian. libro, unde d.l. princeps, extracta eſt, præfixit ſpeciali-
em, ſc. ad l. Juliam Papiam, non aliis, niſi his caducariis legibus principem
ſolutum putant. Ita enim de hac re Stephanus: *de duabus namque ſunt*

Scripta hæc ab illo legibus tantummodo,
Quæ titulus oculis ipſe ſubjicit tuis,
Proponat iſtis illa verba quam prius:
Nam Papiæ ibi ſit mentio atq; Iuliæ.
Nec Vlpianus ergo jam fiduciæ
Illius auctor principi dicendus eſt, &c.

Levior hæc eſt conjectura, quam ut ad rem tanti momenti probandam
ſufficere poſſit. Sæpe enim ad ſpeciale quid probandum generalis regula
accerſitur, qualis illa eſt, *ex pacto naſcitur actio,* adhibita *in l. 7. § quin imo de*
act. aut illa: *in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum eſt. l 3. ff. de reb.*
credit. Imò in eodem libro citat Ulpian. hanc Regulam: *Res judicata pro*
veritate accipitur. l. ingenium 25. ff. de ſtat. hom: Ergone dixerit Cujacius, eam
non intelligi niſi in lege Julia Papia? licet inter regulas generales reponatur.
l 207. ff de R.I. Accerſamus aliam legem, qua populus contulit omne
imperium in principem. *πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ τῦ δήμυ τὴν ἐξουσίαν,* ait
Theophilus *Inſtit.t.2.* aut ut Xiphilinus: *πᾶσαν τὴν τῆς βασιλείας ἰσχὺν* in eum
conjecit. Qui autem omne dicit, nihil excipit. *c.1. diſt. 19.* Ergo, ſi omnem
poteſtatem habet princeps lege regia, etiam in omnes leges: & per conſeq.
is ſolutus eſt. Alb. Gent. *in diſp. de pot. prin. abſ. ante fin.* Certè ſi licet nobis
eodem jure argumentandi uti, quo Cujacius ipſe utitur, ex lege Regia, cu-
jus beneficio princeps legibus ſolutus eſt, facilè evincemus, eum omnibus
legibus in genere ſolutum eſſe. Populus enim contulit illi omnem poteſta-
tem, qua ipſe utebatur. Atqui totus populus non tenebatur invitus ſuis le-
gibus, quippe cum eas abrogare poſſet, & App. Claud. cenſor *jus eſſe* dicat,
quod poſtremum populus juſſit. Liv. 9. Alber. Gent. *in diſp. de pot. princ. abſ. in ſol.*
pag. 4. & 8. id quod P. Sempronius trib. pl. *in orat. cont. Claud.* ex lege 12. tab.
deductum dicit, dum ait: *nemo ex tot nobiliſſimis fortiſſimisq; viris duodecim*
tabulas legit? nemo id jus eſſe ſcivit, quod poſtremò populus juſſiſſet? Quod ſi ve-
rum eſt, Semproni, cur ibidem ſubdis, populum teneri lege Æmilia? Annon
poterat populus aliam legem poſtremò jubere? Clariſſimè vero id ex l. 12.
tabularum traductum dicebat Fabius Ambuſtus interrex, cum contra tri-
bunos pl. ex eo diſputaret. Liv. *lib. 7.* Imò Dictatori concedebat populus
abſolutam poteſtatem ſine provocatione, quid ni principi? Alber. Gent. *d. lo.*

G Aliàs,

Digitized by Google

Aliàs, ſi principi data eſſet poteſtas in ipſum principem, ut vult Cujac: idem haberet imperium in ſeipſum, quod ratio imperandi non patitur *l. penult. de recept. arb. l. 4. §. ult. de fideic. liber. & ſupra dictum eſt.* Atque id non alio ex loco planius diſcimus, quam ex Dione, teſte Clapmar. *lib. 1. de arc. c. 12* qui *li. 53.* beneficium legis regiæ deſcribens ipſe ſenſum ejus ita interpretatur: *λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ λατινικὰ ῥήματα λέγει. τοῦτ᾽ ἔστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι, οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται.* Conſpicuè enim affirmat, eos factos fuiſſe liberos ab omni neceſſaria legum obſervatione, nec ulli ſcriptarum legum obſtringi amplius, id quod de Auguſto adhuc prolixius indicat paulò poſt. *Senatus*, inquit, *eum omni legum neceſſitate liberavit, ut, ſicut a me dictum eſt, revera ſui juris & abſolutæ poteſtatis, tam reſpectu ſui ipſius, quam legum, omnia quæcunq; vellet, faceret, quæcunq; nollet, non faceret.* Quod ſi igitur Princeps omni legum neceſſitate ſolutus eſt, etiam Falcidia, Glicia, & Voconia ſolutus eſt, quibus tamen in rebus ſuis locum reliquit ſive ad populorum gratiam captandam, ſive quod naturæ & rationi conſentiant, quibus princeps contravenire non debet. Errat enim graviter, qui per ea, quæ dicta ſunt, putat principem etiam eximi à lege divina & naturali, quemadmodum Bucher *lib. 1. cap. 3.*

12. *Princeps per abſolutã poteſt: non eſt ſolutus a ratione & præceptis divinis.*

infert: *Si princeps legibus ſolutus eſt, Ergò etiam ab omni ratione, quia lex eſt ratio recta. Ergo nec legi divinæ pariturus eſt?* Nam, qui rem rectè conſiderare voluerit, videbit rationes prædictas non abſolvere principem, niſi à legibus, quas Dion *lib. 53.* vocat *ſcriptas*, ſeu quas Ipſe in Rep. tulit. His enim ſolis ſuperior eſt, & proinde cogi ab his non poteſt. Sed præter has ſunt leges divinæ & naturæ & gentium, quibus inferior eſt, perinde atq; reliqui, qui vitam humanam vivunt. *Sicut* enim *in poteſtatibus ſocietatis humanæ major minori ad obediendum præponitur: Ita Deus omnibus. c. quæ contra. in fin. diſt. 8. Rex quidem eſt omnium Dominus, ſervus autem Dei cum omnibus,* ait Agapetus Diaconus, apud Stobæ. *ſerm. 37.* & Tertull. *ad Scapul. Colimus ergo imperatorem, ſic quomodo & nob. licet & ipſi expedit, ut hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt, à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem.* Item *in apolog. Recogitant, quouſque imperii vires valeant, & ita Deum intelligunt, adverſus quem valere non poſſunt, per eum ſe valere cognoſcant. Cœlum denique debellet Imperator, cœlum captivum triumpho ſuo invehat; non poteſt. Ideo magnus eſt, quia cœlo minor eſt. Illius enim eſt ipſe, cujus eſt cœlum & omnis creatura.* Ceſſent igitur nobis objicere, quando ſupra humanas pœnas majeſtatem aſſertam vident, nimiam peccandi feneſtram aperiri regibus, ſi factorum ſuorum rationem nemini reddere teneantur, ſi impunè illis liceat facere, quod libet, nec ſubditis aliud ſit relictum remedium, præter plorare & Deum meliora poſcere. Nam licet eos à ſuppliciis hominum tutos faciat majeſtas, vindictam tamen divinam eò ſentient graviorem, quò gravius

Graviſſima pœna principũ.

peccant

peccant, & pluribus peccandi occaſio exemplis ſuis exiſtunt. Brent. *hom. 27. in lib. 1. Samuel. poſt. med.* Cum enim, ait Otto Friſinger. *in praef. Epiſt. ad Frider. 1. juxta Apoſtolum omni mortali horrendum ſit, incidere in manus Dei viventis: Hebr. 10. Regibus tamen, qui nullum praeter ipſum ſupra ſe habent, quem metuant, eò erit horribilius, quod ipſi ſoli Deo peccent.* Si enim *ut ait Heli. 1. Sam. cap. 2. peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Deus, ſi autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo.* Quin etiam *potentes potenter tormenta patientur; & fortioribus fortior inſtat cruciatio. Sap. 6. Celſae graviore caſu decidunt turres, feriuntque ſummos fulmina montes.* Horat. *3. Od. An ignoras, ait* Curt. *lib. 7. magnas arbores diu creſcere, una hora extirpari?* Haud facile alicui plures felicitates in unum concluſit cumulum fortuna, quam Carolo Andegavenſi, quem ex comite, trium regnorum, totidemque victoriarum participem fecit, ſed eas tot malorum ſimul irruentium copia recompenſavit, ut Deum precatus, dicatur, ſi conſtitueritipſum ex integro deterere, ad minimum gradatim ſupplicia inferat. Verba Gallica Villanaeus *in hiſtor. ſui temp.* ita tranſtulit in ſuam linguam: *Signor Iddio, poiche t' ha piaciuto farmi ſormentar tant' alto, fa almeno, che la caſcata ſia a paſſi lenti.* Sommont. *lib. 3. hiſt. Neapol. cap. 1. in pr.* Plenae ſunt tam ſacrae quam prophanae hiſtoriae atrocibus tyrannorum ſuppliciis. *Pharao* (verba ſunt Brent. *hom. 27. in lib. 1. Sam.*) *aquis ſubmerſus periit Achab in praelio ſagitta confoſſus interiit. De Rege Iehojakim ita ſcribit Ezech. Incidebat inter leones, & factus eſt leo, & didicit praedam capere, & homines devorare: didicit viduas facere, & civitates eorum in deſertum adducere, & deſolata eſt terra, & plenitudo ejus à voce rugitus ejus. Et convenerunt adverſus eum gentes undique de provinciis & expanderunt ſuper eum rete ſuum. In vulneribus eorum captus eſt, & miſerunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, &c. & quid commemorem ſeptennem Nabuchdonoſoris inſaniam? Quid dicam de crudeli exitu Antiochi, Epiphanis, devaſtatoris populi Dei? Quid de horribili Tyranni Herodis morte?* Auget enim poenam principum, quod Deus peculiari foedere obliget illos ad juſte imperandum, ſuorumque praeceptorum obſervantiam, ſicut, *Deut. 17.* cum plurima futuro regi propoſuiſſet praecepta, non aliter eum diu & feliciter regnaturum ſubdit, niſi ſi ea ſervaverit, ſi cor ſupra fratres ſuos non elevaverit, nec declinaverit vel in partem dextram vel ſiniſtram. Davidi promiſerat Deus dicens: *Non deficiat ex te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filii tui viam ſuam, & ambulaverint in lege mea. 2. paral. 6.* Salomoni vero: *Tu quoque ſi ambulaveris coram me, ſicut ambulavit pater tuus, & feceris juxta omnia, quae praecepi tibi, & juſtitias meas judiciaque ſervaveris, ſuſcitabo thronum regni tui, ſicut pollicitus ſum David patri tuo, dicens: Non auferetur de ſtirpe tua vir, qui non ſit prin-*

Digitized by Google

ceps in Iſrael. Si autem averſi fueritis, & dereliqueritis juſticias meas, & præcepta mea, quæ propoſui vobis, & abeuntes ſervieritis Diis alienis & adoraveritis illos, evellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc, quam ſanctificavi nomini meo, projiciam à facie mea, &c. 2. paral. 7. 3. Reg. 6. Ne vero ſolos Judæorum reges tam ſeveris concludi legibus quiſquam ſuſpicetur, Philo, ſeu quiſquis autor libri eſt, extendit eas ad omnes principes, dum illos his verbis alloquitur: *Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur, quoniam, cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis, nec cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendus cito apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet. Sap. 6.* Tot enim *mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt. c. præcipuè. 11. q. 3.* & perjuris certa apud Deum repoſita pœna eſt. *l. 2. C. de reb. cred. & jurej.* qui ſub auſpicia regni & honorem Deo Eccleſiæque, & juſtitiam populo ſtipulati, neutro ſe exolvunt.

Ah miſeri, & ſi quis primò perjuria celet,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. Tib. *in Eleg.*

Omnia enim Deo plena ſunt, nec ullus perfidis tutus eſt locus. Symma. *10. Ep. 54.* Ideoque rectè Symmachus Papa: *nolite æſtimare, eas animas inquiſitionis non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſervavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum utitur eo teſte, quo judice. c. Aliorum 9. q. 3.* Auguſt. 20. *de Civ. D. c. 26.*

Regum quidem timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iovis,
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio moventis. Horat. *lib. 3. od. 1.* Nec verò tantum
Scimus, ut impios
Titanas, immanemq; turmam,
Fulmine ſuſtulerit caduco. Horat. *3. od. 4.* Sed & divina ultionis teſtimonium præbet, quicquid unquam fuit improborum principum, quos peſſimis exemplis peſſimè perdidit vindicis ira Dei.

Quid numerem, verſus Manilii ſunt, *lib. 4. Aſtron. everſas urbes regumq; ruinas?*

Inq; rogo Crœſum? Priamumq; in littore truncum,
Cui nec Troja rogus? Quid Xerxem: majus & ipſo
Naufragium pelago? Quid captos agmine reges?
Vidi & cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeja manu,

Scindi

Digitized by Google

Scindi tyranni. Sen. *in Herc. fur*. Et, ut ipſe Alexander M. conqueritur,
*iorum regum exitus, ſi reputaveritis, plures domi, quam ab hoſtibus interemtos
umerabitis*. Curt. *lib. 9.* Quid ita? Juſtitia divina non patitur quenquam im-
unè malum eſſe, aut ſpecie libertatis ad nocendum invitari, quin ex ipſis
epius ſervis, imò ex ipſis liberis vindicem exurgere facit, *2. Reg. 12.* aut ful-
ine ipſo ultionem exequitur, quod Poeta à provinciam adituro Rectore
ibet reſpici. Juven. *Sat. 8.*

Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine juſto
Et Capito & Tutor ruerint damnante ſenatu
Piratæ Cilicum &c. Et alius malefactores admonet:
Si genus humanum & mortalia temnitis arma
At ſperate Deos memores fandi atq. nefandi.

Oculus Domini, ait Propheta, *ſuper regnum peccans & conteram illud à fa-
e terræ. Amos c. 9.* Hoc eſt, quod Ambroſ. docet, *lib. 5. Ep. 32. Noli te extol-
re, ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus*; & jam inter ſcita Catonis circum-
rtur: *Potentes parcè uti debent poteſtate ſua, ut ſemper eam retinere poſſint.*
lut. *in Apoph.* Si enim ſibi id ſemper ob oculos poſuerint principes: Eſſe ali-
uem, cui rationem geſtorum reddere teneantur, qui certos limites pote-
ati & licentiæ eorum poſuerit, quos ſi transſilierint, pœnam, nullis hu-
ianis armis prævertendam, nec ulla locorum diſtantia declinandam,
ldiderit, ut monet Cominæ *c. 20.* non dubium eſt, quin lineetiam
iam intra præſcripta divina ſint contenturi, vocesque illas, ut Tyran-
icas, deteſtaturi:

Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas. Non enim *patientur ſibi licere,* 13.
od licet, ut aiunt Impp. l. digna vox. C de ll. nec ita interpretabuntur liberta- *Licentia*
m regis, ut Cajus Imper. qui omnia ſibi licita putabat, quæcunque vellet: *abſoluta*
oſeph. *19. Antiq. c. 2.* nec recipient, quod Caligula Antoniæ monenti, tanquã *abuſus.*
arũ eſſet non obedire, reſpondit: *Memento mihi omnia & in omnes licere*: Suet.
Cajo. Cal. c. 29. aut quod Paryſatis Artoxerxi ſubiicit, cum filiam Atoſſam
mdiu ſibi adamatam præ verecundiã matris ducere non auderet: *Ducat eũ
odo, & legitimæ conjugis loco habeat, legibus & inſtitutis Græcorum valere juſſis:
ippe Regem Perſis divinitus legis loco cenſoremque honeſtorum & turpium conſti-
tum.* Plut. *Artox.* aut quod Jezabel, Achabo timenti Nabotho vineam ſuam
ferre: *Grandis autoritatis es, & benè regis regnum Iſrael*; quaſi diceret: non-
e vides te regem eſſe & cuncta de tua pendere manu. *3. Reg. c. 21.* Aut quod
lia noverca Antonino Caracallæ, cum eam q. per negligentiam media
rporis parte nudatam conſpicatus dixiſſet: *Vellem ſi liceret. Si libet*, inquit,
cet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere. Spartian. *in Carac.*
nproba vox, & quam ut abominemur, auctor ipſa facit: Sed quis putave-
t etiam à philoſopho eandem profectam fuiſſe, Anaxarchum dico, qui

eum Alexander M. *immodica libertate*, ut ait Curt *lib. 8. ſe abuſum* ſentiens, egregio milite, & niſi erubeſceret confiteri, ſervatore ſui interfecto, triduũ jam jacuiſſet incluſus, nec cibum, nec ſomnũ ullum capiens. tali eum oratione reddidit ſibi, quæ eſt apud Plut. *in Alex. M. En Alexander ille, in quem orbis conjicit oculos. En abjectus inſtar mancipii jacet, legem & probra exhorrens hominum, quibus ipſe lex eſſe & terminus deberet, ſi modo ut ſuperaret & rerum potiretur, vicit, ut non victus ab inani gloria ſerviret. Neſcis*, inquit, *aſſeſſorem Iovi juſtitiam & fas eſſe, quo quicquid actum abs dominante fuerit, id jus & fas ſit.* Poteratne ullus tam projectæ frontis adulator inveniri, qui non tantum à ſupplicio peccatum Regis vindicaret, ſed id quoque jus& fas eſſe diceret, quod contra jus fasq; factum eſt? Igitur pari crimine teneo conſiliarios Cambyſis, qui conſilium rogati à rege, utrum lege Perſarum liceat ſororem uxorem ducere, nulla quidem id lege conceſſum reſponderunt, ſed apud Perſas legem reperiri, quas jus eſſe dicatur, quicquid regi placuerit. Herod. *lib. 3.* O adulationum mancipia! o *homines*, ut Tyberii verbis utar, *ad ſervitutem paratos*, Tacit. *3. Ann. ad fin.* Nec enim ſatis vobis erat regis imaginem inſtar ſimulacri divini adorare. Philoſtr. *in vit. Apoll. Curt. lib. 8.* Plut. *in Themiſt.* niſi & poteſtatem ſupra Deum ipſi tribueritis, nec noveratis: *Crudeles dantem Salmonea pœnas,*

Dum flammas Iovis & ſonitus imitatur olympi. Virg. *6. Æn.*

Nec Nabuchdonoſoris fortunam recogitabatis, inter feras tamdiu condemnati, donec diſceret, *quod dominetur excelſus in regno hominum, & cuicunq; voluerit, det illud. Dan. cap. 4.* Nec Alex. M. quoque divinis honoribus ſibi temperabat, Jovem Hammonium pro patre aſciebat, Plut. *in Alex.* quod Hermolaus ipſi exprobrans: *Tu Macedonas*, inquit, *voluiſti genua tibi ponere, venerariq; te, ut Deum: Tu Philippum patrem averſaris, & ſi quis Deorum ante Iovem haberetur, faſtidires etiam Iovem.* Curt. *lib. 8.* Sed paulò poſt divinæ ludibrium potentiæ, etiam cum maximè vivere cuperet, extinctus eſt, non ſine veneni, ſi Curtio credimus, ſuſpicione. *Quippe ut venti deſituri vehementiſſimè ſpirare ſolent: ita mortales cum maximè efferunt ſe, tum proximè exitio ſolent eſſe*, ut ait Seneca. Demetrius, cui Alexandreæ potentiæ parvam fortuna portiunculam contulerat, paſſus eſt ſe Catæbatem, (tanquam Deum, qui in terras deſcendiſſet) appellari, & ab urbibus ad eum non legati, ſed conſultores numinis mittebantur, reſponſaque ipſius oracula dicebantur. Clitus, cum apud Amorgum tres vel quatuor Græcas triremes ſubvertiſſet, Neptuni cognomen accepit, & tridentem geſtavit. Plut *de fort. Alex. orat. 2.* Clearchum Heraclotearum Tyrannum, ſibi Dei, filio fulminis nomen arrogantem, vel unus Clyon docuit, quam ſtultè humana pro divinis, mortalia pro æternis, & quæ nulli non mortalium poteſtati ſint expoſita, pro omni potentia majoribus, venditarentur. *Suid.* Herodes non citius audivit

adn-

adulationes populi: *Dei vox & non hominis*, quã vindicis angeli manus eum tetigit, eò quod *non dediſſet honorem Domino. Actor. 12.* C. Caligula ſimulacris Deorum ſuum caput imponi, ſeque inter Caſtorem & Pollucem medium adorari juſſit: Latialis Jovis nomen non repudiavit, templum etiam nomini ſuo proprium, & ſacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. Suet. *in Calig. c. 22.* Commodus ſe pro Marci, Jovis filium, & pro Commodo Herculem appellavit, ſimulacroque Coloſſeo Solis imaginem Romanis valdè venerabilem gerenti, dempto proprio ſuum caput impoſuit. Herod. *lib. 1.* Heliogabalus inter ſacrificandum ante alios Deos ſe nominari à ſenatu voluit Herodia. *lib. 5.* Sed ille Regum domitor, qui negavit, honorem ſuum communicare alteri, non diu paſſus eſt, ullos falsò uſurpata Deitate frui, alio tribuni gladio, alio venenata potione, tertio militum ſævitia pereunte, daturis exemplum aliis, ne divina poteſtate ſe ſuperiores credant, ſed illud Poetæ ſibi cordi eſſe ſinant:

Diis te minorem quod geris, imperas:
Huc refer principium, huc refer exitum. Horat. *lib. 3. od. 6.*

nec plus eſſe velint, quam communis mortalium conditio patiatur. Fac enim aliquem dominari à meridie ad Boream & quicquid inter utrumq; ſolis cubile concluditur, fac eundem nutu tremefacere totum terrarum orbẽ, nec tamen propterea non erit homo, nec ut Poeta ait:

Minus quàm quisquam noſtrum formidabit malum,
Humana matre natus, humano patre. Plaut *in Prol. Amph.*

Id quod optimè confitetur ſapientia nomine regis ita loquens: *Sap. 7. Sum quidem & ego homo mortalis, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum, caro decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectatione ſomni convenienti. Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. In involumentis nutritus ſum curis magnis: Nemo enim ex regibus habuit nativitatis aliud initium. Unus ergò omnibus introitus eſt ad vitam, & ſimilis exitus.* Quod ſi jam principes, quoad naturam pari cum cæteris hominibus conditione cenſentur, *ſi conſervi ſunt, & quidem ejus naturæ,* ut ait Ambroſ. *in orat ad Theodoſ. Niceph. l. 12. c. 41.* quare iis non poſſit jure dici, quod Athenienſes in tribus receptis proponere ſolebant: Γονεῖς γεγονὼς τήρει τὴν τάξιν, aut cum ſint membra totius univerſi, *turpis omnis pars eſt, ſuo univerſo non congruens. c. quæ contra. diſt. 8. c. celebritatem diſt. 3. de conſecrat.* Quæ igitur ex jure naturæ dependent, iis princeps etiam tenetur, quia licet ſit Dominus aliorum, ſubditus tamen eſt naturæ & civis mundanus. Jus autem naturæ voco, quod Apoſtolus *Rom 2.* hominum mentibus inſculptum eſſe dicit, quodque deſcribit Cicer. *lib. 1. de ll.* quod ſit *ratio ſumma inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria.* Illud quia ſemper 14.

per æquum & bonum eſt, *l. pen. in pr. ff. de I. & I* nec mutari poteſt, *§ pen. Inſt. de jur. nat.* ne à principe quidem, niſi violenter, perrumpi poteſt, ideoque Dionyſius matri dicebat, quamvis ſenſu parum diverſo: *Etſi leges Syracuſanas tollere potes, leges tamen naturæ violare non debes* Plut. *in Solo*: Eſt lex ait Lactant. *lib. 6. c. 8.* *recta ratio naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocat ad officium jubendo, vetando, à fraude deterret; quæ & omnes gentes, & omni tempore ipſa una & ſempiterna & immortalis continet: unusq; eſt q. communis magiſter, & imperator omnium Deus, legis hujus inventor, diſceptator, lator, cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabitur, atq; hoc ipſo luet maximas pœnas. etiamſi cætera ſupplicia, quæ putantur, effugerit.* Quousque verò hoc jus naturæ extendatur, & quousque licentiam ſummæ majeſtatis limitet, infrà dicemus. Colligamus modò noſtræ diſputationis ſummam, quod Majeſtas ſit ſumma in Rep. poteſtas, quæ nullam aliam ſupra ſe agnoſcat, ipſa tamen omnia Reip. membra ſubjecta gubernet, quæ ſi Dei, Naturæ, Rationisque præſcripta in eo ſequitur, facit, ut fieri oportet, Deusque & communis parens natura, nec non uſus Reip. exigit: ſin minus, quamvis humanis pœnis coerceri nequeat, tuta, *ut ait* Ambroſ. imperii poteſtate: *Quis enim principi ex certa ſcientia agenti dicet: Cur ita facis?* Bald. *in proœm. Grego. n. 4.* atqui Deum experietur vindicem tantò gravius puniturum, quantò, qui peccat, conſpectior eſt, & is, in quem peccatur, majori devotione venerandus.

CAPUT IV.

UTRUM MAJESTATEM AMITTANT, QUI IN ALTERIUS PATROCINIUM ET clientelam ſe recipiunt.

SUMMARIA.

1. *Majeſtati ſuæ non detrahit, qui alium in gradu honoris ſibi præferri patitur.*
2. *Qua ratione patroni & clientes Romanorum olim ſeſe habuerint.*
3. *Quinam dicantur eſſe in fide & clientela ſuperioris.*
4. *Conſideratur conditio Regum ſociorū, amicorum, aut ſubjectorum apud Rom.*
5. *Majeſtati repugnat dependere a ſuperiori.*
6. *Romani reges, quos in patrociniū receperant, tutos & defenſos præſtabant.*
7. *Quidnam Romani ab iisdem regib. pro patrocinio exegerint.*
8. *Demonſtratur reges clientes Romanorum in ſuos ſubditos majeſtatem illibatam retinuiſſe.*
9. *Concluditur in univerſum de omnibus principibus & Rebusp. quæ in alterius fidem & clientelam ſe committunt, quod majeſtatem inde non perdant.*

HInc inferimus porrò: *Eos, qui quocunq; modo aliquid ſupra ſe agnoſcunt, cui parere neceſſe habent, à perfecta Majeſtate tantùm abſcedere, quantum alterius impe-*

Imperii tenentur, quod ut manifeſtius intelligatur, percurremus aliquot modos, quibus alii principes aliis ſubeſſe dicuntur. Et primum quidem inferiorem aliquem dicimus, ratione dignitatis & honoris, ſicut privatus illi, qui cum Magiſtratu eſt aut fuit, juvenis ſeni, *l. ſemper. ff. de jur. immun.* plebejus equiti, eques patricio, loco cedit & dignitate. Et hac ratione Imperator ſupereminet, quantum eſt aliorum Regum & principum, non quod ejus poteſtas divinitus probata ſit, ut ait Andlo *lib. 2 cap 8.* Id enim commune eſt omnibus regibus, & Reges Judææ à Deo ipſo electi erant, nec tamen, credo, ſuperiori loco cenſebantur, quàm Imperatores: nec quod ſit Dominus mundi & generalem legem ſolus condere poſſit. *l. leges C de ll. l. conſtitutiones C de jur. & fact. ignor.* Id enim jam declaratum eſt, & generalis lex non poteſt ultra Remp. extendi, alioquin irrita futura: nec quod ungatur, aut triplici corona induatur, ut vult Chaſſan. *part. 5. Catal. glor. mund. conſid. 27. & 28 in fi.* Unguntur enim Reges Poloniæ, Siciliæ, &c. qui tamen Regibus Hiſpaniæ propterea non præferuntur, licet inungi nequaquam ſoleãt. Et quid de Conſtantino M. Theodoſio, Juſtiniano &c. fiet, qui nec uncti ſunt, nec coronati? An illos omnibus Regibus propterea poſtponemus? Aut illos imperatores, qui una corona contenti fuerunt, aut duas tantum acceperunt, minus dignitatis ſortitos putabimus? Aut ſi Hiſpano placet toties coronari, quot poſſidet regna, idcirco ne Imperatorem anteſtabit? nec denique quod manibus ſummi pontificis inveſtiatur. Sunt enim, qui ab ipſius manu coronam accipere ſuperſederunt, & alibi oſtendimus, Majeſtatem Imperatoris non pendere à coronandi ritu; ſed ab electione principum Germaniæ. Debetur igitur Imperatori, tanquã *orbis Chriſtiani capiti, in aurea bull. Car. IV. c. 2.* ſuper alios reges præeminentia, & nulli principi tanta debetur Majeſtas, quanta Imperatori, ut dicit Purpurat. *in l. quicunq. n. 116. de off. ejus*: quia omnia Regna ſuperat imperium antiquitate; Quò autem quid *antiquius*, eò fieri *nobilius* dicit Baſilius *in orat. de jejun.* & Campani, Samnites facile ſe priores eſſe paſſuros, ajunt, quod priores amici ſociique Romanis facti eſſent, ut *ſicut vetuſtate, ita & gradu honoris præcederent.* Liv. 7. Quare enim Ægyptii, quos πρώτους τῶν ἀνθρώπων facit Lucian. *de Ægypt. Dea*, Scytis bellum indixerunt de antiquitate. Juſt. *lib. 2.* aut Phrygib. Herod. *lib. 2.* & hi viciſſim Arcadibus, quos Serv. *in 8. Æne.* προσελήνους nominatos memorat, hoc eſt, ut Statius expoſuit, *4. Thebaid. aſtris lunaq; priores?* Quare undecim urbes, quæ pari ambitione certabant, in quanam earum templum à communi Aſia Tyberio decretum ſtatueretur, non minus vetuſtatem generis, quam vires & ſtudium in pop Rom allegant? Tacit. *4. Ann.* Quare Joſephus *lib 1. contra Appian. Grammat.* nomen αὐτοχθόνων, Athenienſibus tribui ſolitum, Judæis meliori jure competere diſputat? aut quare Solodurium certat cum Treviris de vetuſtate, *ut legitur in frontiſpicio templi Solodurienſis?* niſi

Dignitas minor non minuit majeſtatem.

Eminentia imperii ſuper omnia regna.

Digitized by Google

quod ex antiquitate metiantur nobilitatem ſuam, tantumque honori ſuo detrahi, arbitrentur, quantum ætati: nullum verò hodie, in univerſo orbe regnum eſt vetuſtius imperio, in quod Carolus M. primum, mox etiam Otho I. adoptati continua ſerie ad hæc uſque tempora regnarunt. Nec verò ullum eſt amplitudini Romanæ comparandum, à qua imperium hodie, licet ſive fato ſive injuria omnia conſumentis temporis, ſive etiam per tot barbarorum incurſiones quodammodo defecerit, dignitas tamen ſemel acquiſita non una periit.

ἐν τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασι λελείμμεθα
ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει. Euripid. *apud Stobæ. ſerm. 86.*

Accedit tacitus conſenſus omnium regum, Chriſtianorum dico, qui Imperatori loco cedunt. Id quod Landgravius inter ſingularia commoda, quæ Carolum V. ex Imperio habere Granvellio objiciebat, reputabat, quod ſcilicet *Imperium ipſi auctoritatem ſuper omnes reges conciliaret.* Sleid. *l. 17.* Windſorii quoque in Anglia Imperatorum nomina proximo poſt Regem loco leguntur, ante omnes Hiſpaniæ, Portugaliæ Franciæque reges. Turca ſcribit ad Imper. *In fide Ieſu Nazareni inter cæteros principes Chriſtianorum ſummo.* Haiminsf. *in legat. Ebrahimi Strozzæ anno 1562. in comit. Francof.* nec non libenter patitur Imperatori à ſuis legatis præeminentiam vindicari contra aliorum regum ad ſe miſſos legatos Leunclav. *in ſupplem. Annal. Ottom.* Thomas Lanſius *in diſc. de l. regia theſ. 49.* Ipſorum quoque JCtorum teſtimonia id probant, qui tum omnibus nationibus anteſtare, *De Cod. Iuſtin confir. in pr.* & dignitates alias longè ſuperare docent. *l. cum multa. C. de bon. quæ lib. in fin.* ſicut Sol claritate ſuperat ſtellas reliquas, Ripa. *lib. 2. reſp. c. 26.* Bald § *fin. n. 24.* Laud *n. 7. Præpoſ. n. 2* Aff *n. 1. de proh. feud. al. per Frid.* Bart *in l. hoſtes. ff. de captiv. l. deprecatio & Dd. ad l. Rhod* Covar. *in c. peccatum par. 2. § 9. n. 8. & ſeqq.* Gail. *lib. 2. obſ. c. 6.* Menoch. *præſump. 14. n. 3. lib. 2.* Matth. Stephan *lib. 2. de jurisd c. 1. in pr.* Harprecht. *in § publica. n. 24. Inſt. de publ. judic.* à quo omnes dignitates profluunt tanquam à fonte. Bald. *c. 1. in pr. n. 1.* Alvorot. *n. 4.* Præpoſ. *n. 1.* Affl. *n. 1. Quis dicat: dux, &c.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd c. 3. n. 17.* Unde & in numero ſuperilluſtrium eum cenſeri prohibent Laudenſ. *in tr. de princip. q. 167.* Soci. *in l. 1. ff. de off. ejus cui mand. & ibid.* Alex. *n. 18.* Corſet. *in tr. de pot. reg. in 3. par. q. 21.* quia ſuperat omnes gradus dignitatum, & caput regulariter non venit ſub appellatione dignitatum, *c. dilectus de conceſſ. præb c. quia periculoſum de ſent. excomm.* niſi velis utrumque in eo ponere, & quod ſuperilluſtribus ſuperior ſit, & nihilominus eodem titulo ornari poſſit, cum, ut dicit Bald. *d. c. 1. quod pluris eſt, utique tanti ſit, ſeu quod includit, id quod majus eſt, includat etiam, quod minus.* Alex & Corſet. *d. l.* Dignitas enim major non tollit minorem, *l. Senatoris § 1. in fi ff. de Senator. l. municeps. 23 ff. ad Municip. l. eos C. de excuſ. mun. lib. 10.* & honore aucto prior conditio non mutatur, *l. falſa. § ſed & ſi cui de condit. & demonſtr.* & ibi Bald. *Authent. Sed Epiſcopalis C. de Epiſcop.*

Digitized by Google

ſcop & cler. non deſinit appellari nobilis, qui ad majorem dignitatem extollitur, *per c conſtitutus de teſt. & atteſt. c grandi. in pr. de ſuppl. negl. præl. in 6.* licet à majori denominetur. Jaſ. *l imperium n 3. ff de jurud. om. jud.* quia dignius trahit ad ſe minus dignũ. Gail. *l. 1. obſ. 30 n. 23. per tex in c. quod in dubiis de conſ. Eccl. tex. in c. uni. Eod. in 6. tex. in l. quæritur ff. de ſtat. hom. Eſt bon. gl. in d. c quod in dub. in ver. conſecratur & in c. de iejunio in verb. celebrari diſt 76. quæ alleg. l. verum. § ult. in fi. ff. de min. Item gl. l. 1. in verbo ſtipulatio ff. de v. obl. quæ dicit: Genus à digniore parte ſui nomen ſumit.* Chaſſ. *conſuet. Burg. des juſtic. § 5. verſ s'il n' a grace. n. 195.*

Proximè poſt Imperatorem ſequitur Rex Romanorum, quem Antonius de Prato Cancellarius Franciſci immeritò ab eo loco repulit Caleti, cũ illinc, cum legatis Caroli V. nondum à pontifice coronati, conveniret. Chaſſan. *part. 5 Catal glor. mund. conſ. 29.* Rex enim Rom. ab Imperatore ſolo ferè nomine differt, cum ſtatim à puncto electionis, *arg. Nov. 47. c. 1.* adminiſtrationẽ imperii ſubeat, *gl. in extrav. ad reprimendum in ver. Reges, gl. in c. legimus in verb. Imperat. diſt. 93. gl. in c. quanto diſt. 63.* ne Reſp capite deſtituatur. *c. venerab de Elect* Electio enim ſubit locum ſucceſſionis, quã, qui ad regnãdum natus eſt, etiam ante coronationem ad Reip. gubernacula admittitur.

Reliquorum regum ordines ex Martiniana, cujus mentionem facit Alber. de Roſ. *in rub. de ſtat. hom.* depromere licet, nobis ſatis fuit exemplis oſtendere, quomodo Reges, quantumvis æquali poteſtate, dignitate tamen externa impares eſſe ſoleant, quod licet Majeſtatem illorum non deminuat, tam obſtinate tamen à pleriſque obſervatur, ut cauſæ ſuæ potius periculum creari ſinant, quam digitum latum alterius dignitati cedere velint, *Plus enim in dedecore, quam dolore, mali putant eſſe.* Cic. *4. Tuſc.* ſicut de Franciſco I. dicit Bell. *l. 4 hiſt. in pr. Le Roy ſe reſſentoit bien du dommage, plus encores du meſpris.* Igitur Hiſpanorũ legatus ad ſenatum Polonorũ miſſus tacere maluit, quam poſt Monluciũ legatum Gallicum dicere, quanquam Regis ſui dignitati præjudiciũ nullum creaſſet. Edixerat enim ſenatus dicturos legatos non ſecundũ ordinem dignitatũ, ſed prout quiſq; prior regnum ingreſſus fuiſſet. Bod. *l. de Rep. c. 9 in fi.* in concilio Trid. Hiſpano ſecretus ab ordine reliquorũ legatorũ locus datus eſt, quod Gallum ſequi nollet, is verò eum comitem recuſaret. Tandẽ uterq; à publico conſeſſu amotus fuit, timente Ferd. ne alterutrius odiũ incurreret. *Id. Ibid.* Imò etiam in rebus multò minutioribus, ne dignitati ſuæ tantillũ abſcedat, cavent, utpote cum dubitant, utrum ad locũ colloquio deſtinatũ ſuperior primus venire debeat, cum alterum expectare, eius ſit, qui minor eſſe cupit. Et tamẽ Car. V. ad Coll. Franc. I aquas mortuas venturũ, ſivit Rex primũ appellere: Sleid. *l. 7.* Clementẽ quoq; pontif Rom. voluit idem primũ adeſſe Maſſiliæ, cum de induſtria ab urbe abiret, ut ſpatium ex itinere ſeſe recreãdi pontifici daret. Bell. *in hiſt.* nec Carol. V. Pontificẽ niſi ex aliquo intervallo Bononiã ſecutus eſt, cujus rationẽ reddunt quod minoris ſit accedere ad majorẽ, eumq; ſequi: Mich. de Montaig. *au livr. 1.*

Principes ſtudioſi in aſſerenda ſua dignitate.

Digitized by Google

des Eſſai.c.13. ſicut Artabanus Rex Parthorum ad Germanicum ſcribebat, *daturum honori ejus, ut ripam Euphratis ad eum accederet.* Tacit.*lib. 2. Annal.* & Q. Marcius Philippus Rom. legatus, cum Perſeus, ne quid regia majeſtate indignum faceret, ad eum trans flumen accedere tergiverſaretur, *Minor,* inquit, *ad Majorem Perſeus ad Philippum,* quod licet Perſeus joco dictum intelligeret, ipſe enim parvæ ſtaturæ erat, Philippus verò longus, tamen non obſcurè apparet in alium ſenſum dictum fuiſſe. Sed talis ſubmiſſio majeſtati nihil derogat: tantum arguit vel vires anguſtiores, & minus latè patens imperium, vel vetuſtiorem ſtirpem, diutiuſque regnatam provinciam, vel etiam inveteratam quandam conſuetudinem. Majeſtas enim non poteſt conſiderari, niſi in ipſa Rep. At hi honorum ordines diſtribuuntur in alieno territorio: quia domi ſuæ quiſque princeps eſt & ſupremus.

2. Alio modo inferior cenſetur princeps, quando alterius majeſtatem comiter conſervare tenetur. Comiter autem conſervare, *interprete ipſo ICto in l. non dubito § 1. in fi. ff. de captiv.* nihil eſt aliud, quam inſtar clientum reverenter habere majeſtatem ejus, in cujus patrocinium te dediſti, adque ejus conſervationem teneri. Talis enim apud Romanos conditio erat, referente Plut. *in Romu.* Halycar. *lib. 2.* clientum, quos Romulus exemplo Theſſalorum & priſcorum Athenienſium primus inſtituit, ut potentiorum & humiliorum animos quaſi quodam mutuæ benevolentiæ & ſervitiorum vinculo conglutinaret: ideoque quod Græci clientibus ſuis ſuperbe abuterentur, illis imperantes opera, liberos ac ingenuos homines parum decentia, & ſi quando omnia imperata non feciſſent, verbera intentantes, & cæteris in rebus, tanquam mancipia tractantes, Halyc. *lib. 2.* id ipſe correxit, patrem primum, patronum deinde proximum nomen habere jubens, ut ait Cato *orat. in Lentul.* id eſt, ut explicat Gell. *lib 5. c. 13.* primum juxta parentes locum tenere pupillos voluit, fidei tutelæque noſtræ creditos, ſecundum eos proximum locum habere clientes, qui ſeſe itidem in fidem patrociniumq; noſtrum dediderunt, ut intelligerent clientem pari loco habendum cum liberis & pupillis, nec, ut dicebat C. Cæſar. *in orat. pro Bithynis*, ſine ſumma infamia deſeri poſſe. Leges 12. tab. ſacrũ faciunt, qui clienti fraudẽ fecerit, ut teſtatur Serv. *in illud Æneid. 6. aut fraus innexa clienti* & Sex. Cæcilius apud Gel. *20. c. 2. Nec pejus, inquit, ullum facinus æſtimatũ eſt, quam ſi quis probaretur clientẽ deriſui habuiſſe:* & è contrario piaculũ erat clienti, injuria afficere patronũ, perinde ut ſervo, liberto, vel ſupplici, quos pariter patrono obligari putat Cic. *de invẽt. l. 1. in fi.* pariterq; nominatos videmꝰ *l. ſi vero plures. § 1. ff. de his qui effud. vel de pec.* Nec teſtimoniũ ferre cliẽti cõtra Patronũ, aut cõtra licebat: Plut. *in R.* imò neq; piũ, neq; fas erat alteris alteros in judiciis accuſare, aut inter inimicos cẽſere. Quod ſi quis in aliquo hujuſmodi facinore deprehẽſus fuiſſet proditionis lege, quã Romulus ſanxerat, tenebatur. Et eũ, qui ejus criminis

Quæ fuerit conditio clientũ apud Rom.

con-

convictus fuiſſet, cuivis, ut Diti ſacrum, interficere licebat. Halyc. *lib. 2.* Officia autem ad quæ patronus clienti obligabatur, Feſtus uno verbo comprehendit, dum ait: *Patrocinia appellari cœpta, cum plebs diſtributa eſt inter patres, ut eorum opibus tuta eſſet*, & Cicero *orat. 4. in Cæcil.* non minus breviter, quam vere: *Clariſſimi*, ait, *viri noſtræ civitatis temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcerrimumq; ducebant, ab hoſpitibus, clientibusq; ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Rom. ditionemq; veniſſent, injurias propulſare, eorumq; fortunas defendere.* & Halycar. *lib. 2.* ſummam eorum colligit his verbis. *Et (ut paucis multa expediam) oportebat patronos clientibus tam à privatis, quam à publicis negotiis omnem quietem, qua maxime opus illis erat, præſtare, id quod faciebant, lites eorum ſuſtinendo & perorando*, quod vel ex Auguſtino diſcimus *in quæſtionib miſſis. Hoc eſt*, ait, *officium advocati, ut ſecundum juris ordinem ſuſcepti ſui cauſſam peroret* Suſceptos enim Clientas appellari teſtatur Serv. *in 6. Æneid.* & colligit Cujacius *ad l. Quidam 132. de V. oblig.* ex illo Salviani *lib. 5. de gubernat Dei. Quærunt auxilia & patrocinia majorum, nihil ſuſceptis tribuunt, nihil ſibi.* Item *in proœm feud. col 2. in fin. ex l. 1. C. de princip. agent. in reb.* & ibi Pithœus & Gothofred. *ad l Eand in pr. ex Paulo 5. ſent. t. 15. §. 1. in pr.* ubi tamen Cujac. *pro ſuſceptos legit ſuſpectos.* Deinde oportebat eos jus clientibus interpretari, cujus erant imperiti, illorum abſentiũ juxta atq; præſentium curam gerere, & in rationibus pecuniarum & contractibus, facientes, quicquid liberorum cauſſa parentes facere ſolent: Halyc. *lib. 2.* quæ omnia brevioribus verbis complexus eſt Plutar. *in Rom. Patroni*, ait, *interpretes juris, patronos in foro litigantium, conſiliarioſq; omnium & procuratores ſe exhibebant.* Unde Zaſ. *ad l. 2. de orig. jur. ad § 1. n. 17.* non ineptè eos comparat Cardinalibus, qui vel Eccleſias vel monaſteria in commendationem & patrocinium ſuum ſuſceperunt. Denique & ſportulas & cœnam rectam clientibus dari ſolitam tradit Cujac. *in princ. feudor.* & Borchol. *de feud c. 2. n. 4.* ex illis Juvenalis verſibus. *Satyr. 1.*

Veſtibulis abeunt veteres laſſiq; clientes,
Votaq; deponunt, quanquam longiſſima cœna.

Officia patroni.

Cliens verò ex contrario tenebatur patrono ad obſequium, quomodo Sp. Melium clientum miniſterio in coemendo frumento uſum prodidit Liv. *lib. 4.* & ad honorem, Plut. *in Rom.* & ad præſtandas pecunias in pluribus caſibus, quos recenſet Halycar. *lib. 2.* ut mirer Bodinum 1. *de Rep. c. 7.* tam audacter aſſerere, nuſquam alibi, quam apud Plutarch. ſcriptum eſſe: Clientes pecuniam ad collocandas filias patronis contuliſſe. Non enim ad hoc tantum eos obligatos teſtatur. Halyc. *li. 2.* ſed & redimentum ab hoſte, ſi quis aut ipſorum, aut ex liberis eorum captus fuerit, ad privatarum quoque litium perditarum æſtimationes, & multas publicas pecuniarias pro ipſis proprio ære diſſolvendas. Pecuniam quoq; non mutuò, ſed refe-

Officia clientis.

rendæ gratiæ cauſſa dederunt, & in magiſtratibus, honoribus, aliiſque publicis impenſis ſumtuum participes fuerunt, non ſecus ac genere conjuncti, quæ etiam Zaſ. *ad d.l.2. de orig. jur.* ex Halycar. notavit. Sed Plut. admonet ab initio ita conſtitutum fuiſſe, ut clientes pecunia juvarent patronum; poſterioribus verò temporibus turpe ſordidumq; habitum fuiſſe, potiorem ab inferiore pecuniam accipere Ex quo apparet: Eos qui certam præſtant principibus penſionem, ut eorū poteſtate tuti ſint, quales ſunt plurimæ in Germania civitates, ad ordinem clientum pertinere, à quibus non differunt, niſi quod patrocinium, quod alii gratis habent, illæ precio admercentur. Clientum enim nomen paulò latius extenditur, ita ut Imperator *in l. rem non novam § patroni C. de jud.* eos etiam, qui cauſas ſuas Advocatorum fidei commiſerunt, clientes vocet, qua ſimilitudine etiam Vaſallos clientulos dici notavit Afflict. *in prælud. feud. n. 29.* Seyſſell. *in ſpecul. feud. t. de deſin. feud. & eſt tex. in c. unic. de cont. int. dom. & vaſall. in c. un. de alien. feud.* Magnæ verò vertebatur laudi nobilibus, quam plurimos clientes habere, & hæreditarias majorum clientelas conſervare, aliaſq; virtute propria parere, Cic. *lib. 13. Ep. 64.* ſicut Appius Claudius quinq; millia clientum ſecum Romam deduxiſſe traditur, Valer. Max. & quod Liv *lib. 2.* tercentū & ſex Fabios ſecutam turbam ſodalium ſcribit, id Halyc. *lib. 9.* ſic explicat, quod M. Fabius ſecum ad ſummum quatuor hominum millia adduxerit, quorum maxima pars erant clientes & ſodales, ex ipſa vero gente Fabia erant trecenti & ſex viri. Godel: *in not. ad lib. 2* Liv. Non ſolum enim in ipſa urbe plebs patritiorum patrocinio defendebatur, ſed & Coloniarum Romanarum & civitatum, quæ ſocietatis & amicitię cauſſa ſe populo Romano adjunxerant, & bello ſubactarum unaquæque, quos Romanorum cuſtodes & patronos voluiſſet, ad eos, ut loquitur Cicer. *de orat.* ſe applicare poterat: Halyc. *lib 2.* Budæus *ad l. Herennius ff. de evictión.* Cic. 2. *de ll. ubi Locros Romanorum vocat Clientes.* Igitur ſolebant, quorum opera quiq; in poteſtatem Romanorum venerant, in eorum clientela manere: *Illi,* inquit Cic. *lib. 1. off. qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, ut eorum patroni eſſent, more majorum receptum fuit,* ſicut Carthaginenſes, Scipionum, Syracuſani Marcellorum, Niſæi Neronis, alii aliorum clientes paſſim leguntur, & Cicero Cyprum Inſulam & Cappadociæ Regnum *li. 5. Epiſt. 4. in fi.* & Citiæos etiam 4. *de finib.* Catonis vocat Clientes, qui ejus opera Senatui commendati fuerant. Fabricius Luſcinus univerſos Samnites in clientela habebat. Valer. *lib. 4. c. 3.* Verum ut hæc ad clientelæ naturam rectius intelligendam plurimum faciant, & quaſi neceſſaria ſint præcognitu, de integris tamen ſive civitatibus ſive regnis hoc loco quæſtio eſt, *quæ in alterius fide ſunt, & non de privatis hominibus.*

Itaque Menippus Antiochi legatus tres enumerans fœderum, quibus inter ſe paciſcantur amicitias, civitates regeſque, ſpecies: Unum cum bello

victis

Digitized by Google

victis dicātur leges: Ubi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eòs velit, ipſius jus atq; arbitrium eſſe: alteram, cum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent: tertium eſſe genus, cum qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendum coeant: Eos neq; dicere, neq; accipere leges, Liv. *lib.34.ad fin.* non omnia ſatis diſtinctè proſequitur, diſſimulans, quippe, quæ ſuæ cauſſæ plus obfutura, quam profutura ſciebat. Addamus

Qui dicantur eſſe in fide.

igitur prout ad propoſitum noſtrum facit, *ex l. non dubito §. 1. de capt. & poſtlim.* eſſe adhuc aliud genus ſocietatis inæqualis, ſive id contrahatur ſpontaneo utriuſq; partis conſenſu, ſive etiam poſt depugnatum bellum recedente quodammodo de ſuo jure victore, ſive ut imminens bellū, meliori pacto præveniatur, quo qui conjuncti ſunt, Romanis dicuntur eſſe in fide populi Romani, quod idem eſt, ac ſi dicerentur clientes, quo nomine appellat Cæſareos, qui Æduorum factionem ſocii ſequebantur. Erant enim duæ in tota Gallia factiones principes Avernorum & Æduorum, quorum auſpicia reliqui comiter ſequebantur. Cæſ. 1. *bell. Gall.* Indeq; clientes dicebantur, vocabulo ad rem noſtram valde proprio. Cæſ. *lib. 6.* Sic enim Samnites, ut impetrarent contra Sidicinos poteſtatem arma movendi: *Eos*, dicebant,

Dedititii.

nec in fide populi Rom. nec in ditione eſſe Liv. *lib.8. in pr.* In ditione eſſe putabant eos, qui ſe populo Rom. dederent, ut Faliſci, quorum legati in ſenatu ita loquebantur: *Sub ditione veſtra ſumus, mittite, qui arma, qui obſides, qui urbem patentibus portis accipiant: nec vos fidei noſtræ, nec nos imperii veſtri pœnitebit*: Liv. *lib. 5.* aut ut Campani, quorum hæc erat oratio: *Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deûm, divina humanaq; omnia in veſtram P. C. populiq; Rom. ditionem dedimus. quicquid deinde patiemur, dediticii veſtri paſſuri*: Liv. *lib. 7.* aut ut Latini. cum poſt defectionem & bellum Samniticum pacem non aliter impetrarent, quam ut ſe dederent, Liv. *lib. 8.* exceptis Laurentibus, cum quibus fœdus renovari juſſum, quia non defeciverant. Erant enim Latini in fœdere Romanorum, ideoq; cum Samnites ab iis unà cum Campanis bello petiti Romam mitterent, peterentq; precibus infimis: *Latinos, Campanoſq; ſi ſub ditione populi Romani eſſent, pro imperio arcerent Samniti agro, ſin abnuerent, armis coercerent*, reſponſum tulerunt anceps. quia fateri pigebat in poteſtate ſua jam Latinos non eſſe, timebantque, ne arguendo abalienarent: *Campanorum aliam eſſe conditionem, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent: Itaq; ſeu velint, ſeu nolint, quietu ros: in fœdere Latino nihil eſſe quod bellare, cum quibus ipſi velint, prohibeantur*; id quod Samnitibus quoque qui in fœdere erant reſponſum anteà erat: *nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis belliq; liberum ſit arbitrium contra Sidicinos*, Liv. *lib. 8. in pr.* Deditítii igitur peſſimo loco erant, *ut videre eſt ex Inſt. Ulp. & Caji*, infimique ſubdi-

ſubditorum Romanorum, qua de cauſſa Sidicini deditionem prius non obtulerunt, quam neceſſitate exprimeretur, nec Campani, priuſquam Senatus eos inter ſocios recipere recuſaſſet. Amicitiam enim primum & fœdus à Romanis petebant, ſed ea lege, ut in tali caſu fieri ſolebat, ut eſſent in Romanorum obſequio. *Quicquid deinde*, inquit eorum Legatus, *habuerimus, quicquid ipſi fuerimus, veſtrum id omne exiſtimabimus. Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur, conditorum, parentum, Deorum immortalium numero nobis eritis: nulla colonia veſtra erit, quæ nos obſequio erga vos fideque ſuperet.* Et ut inæqualitatem in officiis quoq; exprimeret: *Quod vos pro ſalute noſtra, ait, priores feceritis, id nos pro imperio veſtro & gloria ſemper faciemus.* Patroni enim eſt pro ſalute ſui clientis, hujus pro honore patroni laborare. Pari ratione Latini, licet æquo fœdere in ſocietatem cum Romanis coiiſſent: tamen Annius cujus verba refert Halycarn. *lib. 6. in fin.* in eorum concilio querebatur, ſe ſub umbra fœderis æqui ſervitutem pati, dicto parere, & ſi iuſſerint Romani, arma poſituros, ſicut & Romani, ut Latinis Volciſque Samnitium bello interdicerent, decem Latinorum principes Romam evocarunt, quibus, ut ait Liv. *lib. 8.* imperarent, quæ vellent. Æquiſſimum enim fœdus id demum fuit, cum ab utraque parte caveretur & pari jure ſocietas ſtabiliretur, quale Antiochus cum Romanis contrahere volebat, ita ut nec darentur, nec acciperentur leges, Liv. *lib. 34.* aut quale Darius Alexandro offerebat, Curt. *lib.* 4. aut Artaxerxes Thebanis, amore Pelopidæ concedebat, ut paterni amici regis Perſarum cenſerentur; Plut. *in Pelo.* aut quale primis tribus vicibus inter Romanos & Carthaginenſes feriebatur, *ut mutua utrique populo, & utriuſque ſociis amicitia eſſet, nec uni liceret, quod alteri denegatum eſſet.* Nam in quarto fœdere poſt bellum in Sicilia finitum, jam deteriores erant partes Carthaginenſium, cum non ſolum Sicilia, ſed omnibus etiam Inſulis, quæ inter Siciliam atque Italiam eſſent, excedere juberentur, & duo millia & ducenta talenta in decem annos imperarentur. Polyb *lib. 3.* Sed nec tum erant in clientela Romanorũ, quia non ſtatim, ut quiſq; ſui imperii parte multatur, aut penſionem præſtare cogitur, ejus, cui hæc præſtat, poteſtati ſubjectus evadit, ſed in reliqua Imperii parte majeſtatem ſuam illæſam retinere poteſt, quam diximus non ex latitudine imperii, ſed poteſtate in ſubditos metiendam. Antiochus enim Magnus ille Rex Aſiæ, poſteaquam à Scipione devictus, Taurotenus regnare juſſus eſſet, omnemq; hanc Aſiam, quæ tum redacta fuit in provinciam, amiſiſſet, dicere ſolitus eſt: *Benignè ſibi à populo Rom. factum eſſe, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.* Cic. *in orat. pro Dejot.* Valer. *li. 4. c. 1. in fin.* Philippo Macedoni ſecundò pax data in has leges: *captivos Romanis redderet, naves omnes tectas, iis ex regiis maximam adjungeret, bellum extra Macedoniæ fines, injuſſu ſenatus, ne gereret, mille talentum*

daret

Digitized by Google

laret populo Rom. dimidium præſens, dimidium penſionibus decem annorum. Liv. *l. 43.* Nec tamen ex hoc fœdere poteſtatem regiam in Macedonas aliosque ſubjectos perdidit.

David Rex Scotiæ ab Eduardo 3. regno ſuo redditus fuit, ea lege ut ſpacio decem annorum ſolveret quingenta millia Roſarum nobilium, cætera liber eſſet. Froſſ. *lib. 1. c. 174.* Nec ſi quis ex minoribus principibus potentiori primum locum relinquit, propterea ejus patrocinio ſe mancipat. Id enim dabant pleriq; populi Majeſtati & potentiæ Romanorum, ut eos principes confœderationem agnoſcerent, quippe quorum amicitiam ipſi prius ambierint, ſicut Maſaniſſa, cum ad Scipionem ſe reciperet, proteſtabatur, Liv. *lib. 28.* & Vologeſes Rex Parthorum, licet regnum illud invitis Romanis teneret, Cæſarisq; mandata, quibus Romam evocabatur, rideret, aliquando etiam Neroni reſcriberet: *Tibi longe facilius eſt tam magnum mare tranſire, quam mihi.* Dion. *lib. 63.* tamen cum Tygranem regem alienigenam Armeniæ impoſitum, fratre Tiridate pulſo videns, ſpretum Arſacidarũ faſtigium ire ultum vellet, magnitudine Romana & continui fœderis reverentiâ deterritus fuit. Tacit. *lib. 15. Ann.* Idq; conſilii iam illi datum erat, ut datis obſidibus, ſolitam prioribus regibus Reverentiam in populum Romanum continuaret, Tacit. 13. *Ann.* Parthorumq; legati, qui Meherdatem Roma petebant, cum vires ſuas Romanis æquales feciſſent, ſe tamen cedere per reverentiam dixerunt. Tacit. 12. *Ann.* Solitam autem dicit Tacitus prioribus regibus reverentiam, quia jam Arthabanus, imperium adepto Caligula, tranſgreſſus Euphratem, aquilas, & ſigna Romana Cæſarumq; imagines adorarat. Sueto. *in Calig. c. 14. in fin.* Polemo Rex Ponti inter ſocios ac fœderatos Populi Romani aſſcriptus ſtatim prima ſubſellia in theatris per totum ſuum regnum Senatoribus Romanis tribuit, Dion. *lib. 53.* quanquam aliàs in ſua quiſq; Rep. ſummus eſt & primus. Ideoq; in fœderib. ſe primo loco nominabant Romani Polyb. *lib. 3.* & cum Ætoli ſe iis præpoſuiſſent, propè fuit, ut amicitiã diſſolverent, Plut. *in Flam.* Valeriuſq; in concilio latinarum civitatum vehementer conqueſtus eſt, Romanam non eſſe vocatam, quam omnium primam adeſſe oportuerat, & primam rogari ſententiam, utpote quæ gentis principatum obtineret, quem ſibi ab ipſis ultro pro magnis & multis beneficiis acceptis oblatum accepiſſet. Halycar. *lib. 5.* Ita enim in fœdere cum Latinis à Servio initio cautum erat, ut Romani omnium Latinorum principium ſuſciperent, quippe qui & urbis amplitudine, & rerũ, quas gerebant, magnitudine, cæteris præſtarent. Halycar. *lib. 4.* Sed eos, qui in ſocietate poſteriori loco ponuntur, non aliter clientes cenſemus, quam ſi ea præſtent, quæ à clientibus exiguntur, obſequium ſcilicet & reverentiam, & eos demum patronos putabimus, qui patrocinium & defenſionem inferioribus debent.

Primus locus ſuperiori conceſſus non extinguit majeſtatẽ.

Quibus igitur hunc honorem habebat populus Romanus, ut eos Reges, amicos ac ſocios appellaret, hos ferè clientum ſimiles reperias. Antiquus ſanè hic mos fuit, ut annuit Tacit. *lib. 4. Ann.* ſcribens: *Cognitis in bello Ptolomæi contra Tacfarinatem ſtudiis, repetitus à Tyberio ex vetuſto mos, miſſusq́ è ſenatoribus, qui Scipionem Eburnum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, regemq́. & ſocium atq́. amicum appellaret.* Eadem dona miſſa Maſiniſſæ poſt confectum bellum Punicum ſecundum, vaſa aurea argenteaque, toga purpurea, & palmata tunica, cum Eburneo Scipione, & toga prætexta, cum curuli ſella. Liv. *li. 31.* Antiqua munera fateor, & quæ à ſenatu Porſenæ, pace facta, miſſa ſunt, Halyc. *lib. 5.* quia hæc pro inſignibus regiis introduxerat Tarquinius, ab Hetruſcis primum oblata: Halyc. *lib. 3.* Ideoq; pro donis regiis ad reges remittebantur, ſed pro donis tantum, quomodo Græcos ex conventu Iſthmio auream coronã, ſignum victoriæ ad Alexandrum M. deſtinaſſe ſcribit Curt. *lib. 4.* Et Carthaginenſes quoque, legatos gratulatum Romam miſêre cum coronæ aureæ donis, quę in Capitolio in Jovis Cella poneretur, fuit autem pondo 15. Liv. *lib. 7.* Nam paupertas Romana in iſtis herbeſcentis Romanæ Reip. anguſtiis vix ſui ipſius domina, nondum eò aſcenderat, ut, quod Cicero de ſuis temporibus adſerit, imperium ſuum orbis terrarum terminis definiret, *Pro P. Sext.* aut ut Manlius, *ut regna augeret, minueret, donaret, adimeret*, Liv. *lib. 38.* aut ut cum Avito Anſibariis diceret: *Ita Diis placitum, ut arbitrium penes Romanos maneret, quid darent cuique, quid adimerent, neque alios judices, quam ſeipſos paterentur.* Tacit. 14. *Ann.* aut cum Nerone apud Dion. *li. 63.* ad Tiridatem: *ut intelligas, in mea eſſe poteſtate regna dare & adimere.* Parum diligens veritatis cenſor eſſem, ſi negarem, nimium in hac parte Romanos ſuæ potentiæ adulatos fuiſſe, quaſi ad eos ſolos pertinuiſſet jus vel agnoſcendi vel repudiandi reges, ſicut nepotem Maſiniſſæ, quem Micipſa ſecundum hæredem ſcripſerat, Metellus vetuit ſellam juxta Conſulis ponere, (is erat honor Regibus à Rep. nominatis exhiberi ſolitus. Dion. *lib. 63.*) quia rex à populo ſalutatus non erat, Saluſt. *in Iugur.* & Æmilius Paulus literas Perſei, quibus præſcripſerit: *Perſeus Rex, Paulo Conſuli*, ſine reſponſo, ſine literis remiſit. Liv. *li. 55.* Auguſtus Aretam Arabum regem regno dejicere voluit, quod ſe incõſulto illud occupaſſet. Joſeph. 16. *Antiq c. 16.* Cajus Herodem Lugdunum relegavit, quod æqualem Agrippæ honorem ſibi arrogaſſet. Id: *li. 18. c. 9.* De Ptolomæo à populo latum eſt *ut ſedes cum purpura & ſceptro & illis inſignibus regiis præconi publico ſubjiceretur.* Cic. *pro Sext. & pro dom. ſuâ.* Licebat tamen victoribus, leges dare victis, & unicuique Principi integrum eſt de honoribus in ſua Rep. ſtatuere, ſicut communi uſu omnium regnorum receptum eſt. Ideoque ad honorem regum, *quorum nomen in iſta urbe ſemper ſanctum, ſociorum vero & amicorum regum ſanctiſſimum* fuiſſe Cicer. teſtatur

Reges prędati.

Digitized by Google

teſtatur *pro Dejot. in fin.* Romani non admittebant, niſi amicos & benè de Rep. meritos, ſicut Ptolomæo id datum memorat Tacitus 4. *Ann.tl.* ob ſtudia ſingularia, quorum documentum Romanis dederat in bello contra Tacfarinatem. De Dejotaro Cicero: *multis gradibus officiorum erga Remp. noſtram ad hoc regium nomen aſcendit.* Metellus Gandæ, Maſiniſſæ nepoti, petenti more Regum, ut ſellam juxta poneret, negavit honorem, quod eorum modò foret, quos populus Romanus Reges appellaſſet: Saluſt. *Iugurt.* Et cum Vermina Syphacis filius à ſenatu peteret, ut rex ſociusque & amicus appellaretur, reſponſum eſt: *& patrem ejus ſine cauſa ex ſocio & amico hoſtem repente populi Romani factum, & eum ipſum rudimentum adoleſcentiæ bello laceſſente Romanos poſuiſſe. Itaque pacem prius illi petendam à populo Romano eſſe, quam ut Rex ſociusque & amicus appellaretur. Nominis ejus honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum Romanum conſueviſſe.* Liv. 31. Cleopatram excipio, quam Cæſar cum marito inter ſocios amicosque aſſcripſit, nullis ejus in Remp. meritis, ſed impudico in ſe amore motus Dion. *lib. 43.*

Verum Pontifex Romanus non tantum regiarum dignitatum arbiter eſt in ſua, quam ex liberalitate Regum habet, Rep. ſeculari, ſed alas procul extra nidū extendit, & quid quisq; Regum dignitatis habet, à ſua manu petendum clamat: Rex aliquis ſit, an non, ſuæ cenſuræ eſſe, ſui arbitrii, ad ſe pertinere, transferre regna de gente in gentem, quippe qui ſit Vicarius Dei in terris. Ita initio facto à Wilhelmo Rufo Angliæ Rege, ſi Ottoni Friſing. *credimus lib. 6. Chron. c. 35.* ſine diſcrimine in aliorum majeſtatem ſævit. Ex Imperatoribus octo reperimus excommunicationis fulmine percuſſos, ex Regibus Gallorū quatuor, ex regibus Angliæ duos: Ladiſlaum regem Ungariæ Alexander V. regno exuit, Plati. *in Alex.* idq; regis filio minitatur etiā Innocentius III. ſe jus ad alium delaturum, niſi votis patris ſatisfaciat. *in c. licet de voto*, nec id mirum videri debet, cum regnum Hungariæ feudis Eccleſiæ accenſeatur, *in catalogo feudor. Eccl.* idq; feudatarium Divo Petro factum velit Auguſtinus Steuchus *in li. de donat. Conſtant.* à Stephano I. Bohemiæ regem Georgium, quod Huſſiticæ religioni favere videretur, Pontifex nudavit omni Ducali, Marchionali, & regio honore, ſubditosq; à fide ipſi data liberavit. Bonfin. *Dec. 4. lib. 1. & 3.* Laval. *in lib. de bell. ob religio*: Polonos verò, quod eorum Rex Boleſlaus Staniſlaum Gneſnenſem Archiepiſcopum ante aram trucidaſſet, ita multavit, ut longo tempore regiū nomē apud eos ignoraretur, Sacrilegii inſtar putantes, invito Pontifice, eo honore uti, quem jus gentium concedebat, uniusq; peccatum à tota ſtirpe auferre non poterat. Cromer. *lib. 4.* Joh. Herburt. *lib. 3. hiſt. polo. c. 8.* Rogerio quoq;, qui ſe Regem Siciliæ dixerat, omnia reliqua conceſſit præter nomen Regium: Summonte *lib. 2. hiſt. Neap. c. 1.* Prolixior eſſem, quā hic locus exigit, ſi omnia ambitionis

5. *Injuria pontificum in Reges.*

I 2 Pontifi-

Digitized by Google

Pontificiæ exempla, alibi copioſè refutanda, hic infarcire vellem; utpote quod Alexander III. regia indumenta Duci Venetorum conceſſerit, Contare. *lib. 2. de Rep. Ven.* Forcat. 3. *lib. Imp. Gall.* quod Pius IV. Coſmum Florentinum Principem regẽ creare voluiſſet, niſi Maximilianus II. Imp. reſtitiſſet, Italiæ negans alium eſſe regem præter Cæſarem. Pacian. *de probat. li. 2. c. 35. n. 69.* Tantum hæc pauca produco, ut oſtendam Principibus, quam male ſuæ majeſtati conſulãt, qui titulos iſtos ab extraneo Principe petunt, quaſi non is ſit jure gentium Rex, qui ſuperiorem non agnoſcit. Quod autem jure communi obtineri poteſt, fruſtra ab alio petitur, *l. imperatores ff. de reb. ant jud.* fruſtra petit baculum, qui ſine eo ambulare poteſt: Zaſ. *ad d. l. n. 2 l. unic. C. de theſauris lib. 10. l. 1. ff. ad municip.* fruſtra petit veſtem, qui nudus non eſt, fruſtra depoſcit Medicum, qui non laborat, ut ait idem Zaſ. *in conſ. 4. & ſingul. intell. An nepos veniat ex propria perſona cum patruo.* fruſtra innititur quis privilegio, quando jure communi uti poteſt, *c. contra morem diſt. 100. c. hinc eſt 16. q. 1. l. 1. ff. ad municip. l. ſi quando de leg. 1. gl. ad d. c. contra morẽ in ver. privilegio,* & ſuperflùum eſt precibus impetrare, quod jure communi competit. *l. 1. C. de theſau. lib. 10. gl. in c. ſicut Rom. 1. in ver. ut liberè de reſcript. l. in cauſæ cognit. 16. in pr. de minor. gl. in d. l. 1. verbo lege per plura allegata C. de theſaur.* Sonsbec. *part. 9. feud. n. 103.* Tum etiam eo ipſo, quo Reges eſſe deſiderant, veram regum dignitatem perdunt, alterius potentiæ & arbitrio ſe ſubjicientes. Illum enim ſuperiorem declaramus, à quo dignitatem & conſequenter potentiam noſtram emendicare cogimur, quod ſuo jure ab omnibus regibus ſe exigere poſſe jactant Pontifices. Majores noſtri Cheruſci, cum deficiente regiâ ſtirpe, qui ſupererat Romę, ex Flavii fratris Arminii progenie, inde petere cogerentur, conqueri ceperunt: *Adimi veterem Germaniæ libertatem & Romanas opes ſuper eam attolli:* Tacit. 11. *annal.* Parthos item, cum Vononem, qui Romæ obſes degebat, regem petiiſſent, ſtatim ſubiit pudor: *degeneraſſe Parthos, petitum alio ex orbe regem, jam inter provincias Romanas ſolium Arſacidarum haberi, darique*, & plura alia, quæ perſequitur Tacit. 2. *Ann. in pr.* Tanti intereſſe putabant, ne quid committerent, unde majeſtati ſuæ detrimentum naſci poſſet: nec tamen caverunt, quin Imperatores id ita interpretarentur, ſicut Claudius, audita legatione Parthorum, qua Meherdatem repoſcebant, incepit orationem de faſtigio Romano, Parthorumque obſequiis, ſeq; Auguſto adæquavit, petitum ab eo regem, &c. Tacit. 12. *Ann.* imò non ab Auguſto tantum, ſed etiam Tiberio, qui primũ Vononem, Tacit. 2. *Ann.* deinde Phraatem, eoq; in itinere mortuo, Teridatem dedit: Dion. *lib. 58.* adeo, ut Tacitus dicat 12. *Ann. Experimentis cognitum, Barbaros malle Reges Roma petere, quam habere.* Nec tamen majeſtatem ſuam diminuiſſe putandi ſunt, qui aliquem ſuæ gentis, ſive amicitiæ firmandæ cauſa obſidem datum, ſivè peregrè educatum, ſuo conſilio & autoritate electum Regẽ repoſcunt:

Sibi detrahit, qui ſe alteri ſubjicit.

Verum

Digitized by Google

Verum Perſeus, cum intelligeret regii nominis ſibi obliviſcendum ... vatis literis conſulem adendum eſſe, Liv.*l.55*. ſua ſe dignitate excidiſſe, eamque in manu populi Rom. conſiſtere, planè confeſſus eſt: à quo quid diverſum fecerunt Poloni, cum ad mandatum Pontificis regio titulo ſibi abſtinendum putarent. Sicut igitur Badoarius dux Venetorum non parvum Reip. creavit præjudicium, cùm à Conrado Imp. jus ſignandæ monetæ ſibi dari pateretur, Volat.4. *Geogr.a.* quod ex jure majeſtatis Reip. conveniebat: ita propriæ dignitati nocent, qui cum eam ſuâ autoritate ſibi tribuere poſſint, aliunde petere malunt. Dux Lituaniæ, cui Sigiſmundus Imp. diadema & ſceptrum dono miſerat, benè ſuæ majeſtati conſuluit, quod illa remiſerit: Et Vologeſes Parthorum Rex non minus ſibi, quam Romanis licere putans, fratrem Teridatem, impoſito pro concione diademate, regem Armeniæ, non expectato Romanorum conſenſu, creavit. Tacit. *15. Annal.* Alexandri M. duces, cum res ſuas firmaras, nec ſuperiorem unum, qui cæteris imperaret, viderent, ſe ipſos reges ſalutarunt, Appian. *in Syr.* Juſtin. *l.15.* ſicut & Præmislaus, qui primus ex Polonis regni nomen in Poloniam reduxit, nullius niſi ſua autoritate confiſus regium titulum uſurpavit, Crome *lib.11.* & Rogerius I. qui ex Normannis, qui Siciliam Græcis & Mauris eripuerant, primus regium nomen ſibi præſcripſit, non tantum non requiſito, ſed etiam invito Pontifice ſe Regem tulit, Agathoclem credo imitatus, qui in iisdem oris, potentiæ ſuæ præter titulum nihil deeſſe videns, eum quoque ſibi ipſi attribuit. Diodo. Sicul. *lib.10.*

Sed ad reges iſtos redimus, quos diximus in clientela ſuperiorum fuiſſe: Qui enim coronam à Pontificibus ſibi imponi paſſi ſunt, tantum abfuit, ut patrocinium inde ſperare habuerint, ut potius ipſi coacti fuerint illis patrocinium promittere, id quod in omnibus ferè juramentis principũ caput eſt & principium, præſertim Imperatoris, Clem. Romani *de jurejur. c.tibi Domino diſt.63.* & ibi Card. Alex. *in pontificali.54.* dicitque Gratianus, ob indefenſam Eccleſiam Imperium translatum eſſe à Græcis in Germanos. Alii item Reges dicuntur Advocati & defenſores Eccleſiæ, *c. venerabilem de Elect.* eamque tuendam ſuſcipere jubentur, *c.principes 23. quæſt.5.c. Boni diſt. 96.* ita ut ad id etiam à Papa vocari poſſint: Martin. Laudenſ. *in tr. de Princip. quæſt.140.198.516.&c.* Romani verò, quos in regna reponebant, aut regio nomine ſuaque ſocietate dignos cenſuerant, eos quoque contra omnium aliorum injurias tutos ſua potentia aſſerebant, qua de cauſſa mirum non eſt, ſi tot tamque ſuperbi reges eorum amicitiam, quamvis non ſine aliquo ſuæ majeſtatis detrimento tam ſollicitè quæſierint.

Nam Ptolomæus, quicquid vel in domeſticis theſauris habebat, vel mutuò accipere vel ab Ægyptiis vi exigere poterat, in Romanos impendit, ut ab illis regnum ſibi confirmaretur, utque amicus ac ſocius appellaretur, *Qui reges à Romanis ſalutari quæſierint.*

I 3 Dion.

Dion. *lib.39.* quod & Perſeus à Senatu petierat, ut paternum fœdus renovaretur & ipſe Rex appellaretur, Liv. *lib.54.* & Herodes ab Auguſto, cum poſt pugnam Actiacam, corona ſepoſita, inſtar privati ad ipſum accederet, regnumq; ſibi confirmari peteret. Joſeph. *lib. 15. Antiq. c. 10.* Nec abnuiſſet populus Ptolomæum reducere, niſi oraculum Sibyllinum obſtitiſſet, labores & pericula prædicens, ſi regem Ægyptiorum copiis juverint. Dion. *lib. 39.* Samnites ſanè, cum in fide Romanorum eſſent, defenſionem ab iis apertè vi fœderis poſtulabant, nihilominus ſe fœderatos pati, quam quæ hoſtes paſſi eſſent, conquerentes, ideoq; petere, ne vincere ſe ab ignaviſſimis hoſtibus ſinerent, Liv. *lib. 8.* & Lucani ita ſedant in fidem Roman. ut vim atq; injuriam ab ſe Samnitium arceant. Liv. *lib. 10.* Cæſar turpiſſimum ſibi & Reipubl. arbitratur Æduos fratres, conſanguineosq; ſæpe à ſenatu appellatos in ſervitute & ditione Germanorum relinquere. Cæſ. *1. bell. Gall.* Ariſthenus prætor Achæorum idcirco fœdus à Philippo Macedone deſertum diſputat, quod Achæi ab illo, ut qui in fœdere ſuperior erat, non erant defenſi. *Si,* inquit, *ex fœdere & jurejurando rogemus eum, ut nos & ab Nabide, ac Lacedæmoniis & ab Romanis defendat, non modo præſidium, quo nos tueatur, ſed ne quid reſpondeat quidem nobis, ſit inventurus: non herclè magis, quam priore anno, cum pollicendo ſe adverſus Nabidem bellum geſturum, cum tentaſſet noſtram juventutem, hinc in Eubœam extrahere: poſteaquam nos, neque decernere id ſibi præſidium, neque velle illigari bello Romano vidit, oblitus ſociet itis ejus, quam nunc jactat, vaſtandos depopulandosque Nabidi ac Lacedæmoniis reliquit.* Et paulò poſt. *Cur igitur noſtrum ille auxilium abſens petit potius, quam præſens nos veteres ſocios ſimul ab Nabide ac Romanis tueatur. Si ſua voluntate ſocios reliquit hoſtibus diripiendos, quid recuſare poteſt, quin & ſocii ſibi conſulant.* Livius *lib. 42.* Non erant quidem Parthi in clientela Romanorum, ſed æquali amicitia, & tamen eorum legati, jure ſocietatis ſibi, ut ſociis, ſubveniendum eſſe in ſenatu dictitabant. Tacit. 12. *Ann.* Quantò ignavius Claudius, qui Vannium Suevis, qui Maroboduum & Catualdam ſecuti erant, regem à Tiberio datum, Tac. 2. *Ann.* à ſororis filiis regno, quod 30. annis poſſederat, pulſum, nunquam reducere tentavit, id quod regi, ſocio & Imperatoris autoritate creato, omnino debebatur, tutum tantummodo perfugium promittens, ſi pelleretur. Tacit. 12. *Ann.* Major erat Auguſti de ſuis clientibus ſollicitudo, ita ut Rheſcuporis, cum nepote ex fratre Cotye, Thaciæ Rex ab eo conſtitutus, licet hujus portionem ad ſe vertere nullo non tempore cogitaret, ſub Auguſto tamen nihil innovare auſus ſit, quod, *ut ait* Tacit. *lib. 2. Annal. autorem utriusque regni, ſi ſperneretur, vindicem metuebat.* Usque adeo non tantum ita creatos reges ab externo hoſte, ſed & ab interna diſcordia tutos faciebant, & res eorum, non ſecus ac clientum tuebantur, in quem finem M. Lepidus Ptolomæi liberis

Populus Rom. regibus à ſe ſalutatis auxilium præſtitit.

Digitized by Google

in Ægyptum Tutor miſſus eſt, & cum Rheſcuporis à Tiberio Alexandriam relegatus eſſet, hujus & Cotyis liberis nondum adultis, Trebellienus Rufus à Tiberio datus eſt, qui regnum interim tractaret. Tacit. 2. *Annal.* Auguſtus etiam Archelao, Cappadociæ regi tutorem præfecit, cum mente alienatus eſſet, Dion. *lib.* 57. & Claudius Agrippæ juniori cum ob teneritatem ætatis, regni moli ſuſtinendæ nondum par cenſeretur. Joſeph. 19. *Antiq. c.* 7. Pruſias item Bythiniæ Rex filium ſuum Nicomedem populo Rom. commendavit, qui facile in fidem receptus eſt. Liv. *lib.* 55. *in fi.*

7. *Clientes reguli ad quid Romanis obligati fuerint.*

E contrario, quibus ea lege regnum à Romanis datum erat, ad auxilia Romanis ferenda, ſi quando ea poſcerentur, tenebantur, Cic. *pro Corn. Balb.* ſicut Nero Armeniam Parthis & Rhadamiſto viciſſim erepturus, duos veteres Reges Agrippam & Joachum (ſive mavis Antiochum) expedire copias jubet, quis Parthorum fines ultrò intrent. Tacit. *13. Annal.* & de Dejotaro Cicer. *pro Dejotaro. Venit*, ait, *ad Pompejum, vel legatus ut amicus, vel accerſitus, ut ſocius, vel evocatus, ut is, qui Senatui parere, didiciſſet*; Quo vocabulo parendi, autores in hoc negotio plerumque utuntur. *Latinorum Principes*, ait Liv. *lib. 8, evocati, ut imperata audirent*: Dejotarus, Cæſare Alexandrinum bellum gerente, utilitatibus Cæſaris paruit. Cicer. *pro Dejot* Socii Reges prout bello conduceret, parere juſſi. Tacit. 13. *Annal.* Rheſcuporis & Cotys juſſi deponere arma à Tiberio, paruerunt, hic quidem ſeriò, ille ficta modeſtia. Tacit. 2. *Annal.* Antiochus Comagenorum, Cotis inferioris Armeniæ, Agrippa Judæorum Rex, & Polemon Princeps Ponti, cum Tiberiade conventum indixiſſent, juſſi à Marſo Syriæ præſide diſcedere, in articulo paruerunt. Joſeph. *lib. 19. Antiq. c. 7.* Cum autem parere ſubditorum ſit (*Imperata enim non facere, ſignum libertatis eſt*, ait Iſocrat. *in Archid.*) dubitare non injuria aliquis poſſit, an pro ſubditis potius vel pro Regibus habendi ſint, imprimis, ſi videat eorũ non paucos Romæ accuſatos & condemnatos, alios abſolutos fuiſſe. Ptolomæi enim cauſa, quẽ Gabinius inſcio Senatu in regnũ reſtituerat, in foro diſcuſſa eſt & ipſe ſtudio Pompeij liber pronuntiatus. Dion. *lib.* 39. Herodes duos ſuos filios majeſtatis & Parricidii accuſavit coram Auguſto. Joſeph. 16. *antiq. c.* 7. Agrippa Herodem, qui ſuaſu Herodiadis uxoris coronam ſibi æquè, ut Agrippę, competere diſputabat, ad Cajum detuliſſet, niſi Cajus accuſationem præveniens eum in Galliam Lugdunũ relegaſſet, Joſeph. *lib. 18. Antiq. c. 9.* ubi adhuc vulgus ejus aram oſtendit, in via, quæ vocatur Pariſienſis, non immeritò puto reprehenſum à Claudio de Rubis. *lib. 1. hiſt. Lugdun.* Archelaus Cappadociæ Rex, inviſus Tiberio, quod eum Rhodi agentem nullo officio coluiſſet, literis matris Tiberii ad ſpem clementiæ Romam pertractus, exceptusque ab immiti Principe, & accuſatus in ſenatu eſt. Tac. 2. *Annal.* Nec Tigranes quidẽ Armenia quondam potitus, ac reus ſub Tiberio, nomine regio, ſupplicio civiũ effugit. Tac. 6. *Ann.*

Reguli clientes Romani accuſari potuerunt.

Rheſcupo-

Digitized by Google

Rheſcuporis quoque Traciæ Rex accuſatus ab uxore Cotyis Romam evocatus, Patercul. *lib. 2. in fin.* & à ſenatu damnatus eſt, ut procul regno teneretur. Tac. 2. *Ann.* Eumeni verò & Ariarati Cappadoci & Pharnaci Pontico ab ſenatu reſponſum eſt, miſſuros, qui de controverſiis eorum cognoſcerent, ſtatuerentque. Liv. *lib. 50.* Accedit ſumma reverentia, & cui parum deſit, quin vere ſit ſervilis, quam legimus Imperatoribus ab hujusmodi regibus exhibitam. Ut enim parum ſit, quod pro libitu nomen regiũ iis donatum ſit vel ablatum, ſicut Syllæ poteſtas data fuit adimendi regna & dandi, cuicunque voluerit, Plut *in Syll.* Juba à Pompejo, Senatoribus, qui eum in Macedoniam ſecuti erant, Rex appellatus, à Cæſare verò hoſtis declaratus eſt, Dion. *lib. 41.* qui è contrario Bocchum & Bogadem, quod hoſtes Pompeii eſſent, reges declaravit & Dejotaro ſingulari clementia regis nomen reliquit, quod, quia partes Pompeii ſecutus eſſet, perdidiſſet. Cic. *pro Dejot.* Item durante bello inter Auguſtum & Antonium, quibus Antonius, utpote de alieno liberalis, ut ait Dion lib. 49. regna donarat, eos Auguſtus excepto Amynta & Archelao, omnes amovit, Philopatorem Tarcondimoti filium, & Lycomedem regnum in parte Cappadocii Ponti obtinentem, principatu ſpoliavit: Alexandrum, Jamblychi fratrem non modo regno exuit, ſed in triumpho quoque ductum occidit. Dion. *lib. 51. in pr.* Jubam quoque ſuam militiam ſecutum, Ægypti & Numidiæ regno præfecit, *ibid.* & Bocchum juſſit habere, quicquid Bogud poſſederat, eò quod ad Antonium ſe contuliſſet in Hiſpaniam Dion. *lib. 48.* Archelaus, quem pater Herodes regni hæredem teſtamento ſcripſerat, non prius regnum adire voluit, quam teſtamentum Cæſari probatum intelligeret, à cuius arbitrio & conſenſu totius regni vim dependere dicebat. Joſeph. *lib. 17. c. 10.* Illud alterum verò majoris ſubjectionis ſignum, quod Samnites humi ſtrati fœderis renovationem petierunt, Liv. *lib. 9.* aut quod Herodes Auguſtum poſt pugnam Actiacam non aliter adiit, quam corona depoſita, eamque ut ſibi redderet, ſupplicans, Joſeph. *lib. 15. Antiq c. 10.* Teridates, qui coronam Armeniæ à fratre ſibi impoſitam, invito Imperatore uſurparat, cum per transactionem eam quoque ab Nerone impetratum veniret, & in caſtra Corbulonis appelleret, ut ad effigiẽ cœpit Neronis accedere, cæſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubjecit. Theod. ex Dion. Tacit. *15. Annal.* cumque Neronem conveniret, genu flexo ac manus viciſſim ad cœlum tendens veneratus Dominum appellavit : coronam autem his verbis petiit: *Ego Domine, Arſacis nepos, Vologæſis & Pacori regum frater, tuus ſervus ſum. Veniq; ut te, Deum meum non ſecus ac Mithram, id eſt ſolem, colerem. Equidem is ero, quem tu me fato quodam efficies. Tu enim fatum meum es & fortuna.* Dion. *l. 63.*

Summa reverentia, quâ Reges Romanis exhibebât.

Hæc tamen omnia minimè obſtant, quo minus iis ſua remanſerit majeſtas, quamvis non tam auguſta, nec tam ſincera, ut iis, qui nullius imperio

rio obligantur. Nam ut à poſteriori incipiam, honor cultusve, quamvis maximus, quando à libero arbitrio proficiſcitur, in ſubjectionis ſignum trahi non poteſt, licet ignavum humilemque animum arguat, qualem quidem in Teridate fuiſſe non dubium eſt, cum paſſus fuerit ſe quaſi ſpectaculum populo exhiberi, ut notavit Sueton. *in Neron. cap. 13.* Neronique in omnibus rebus aſſentatus fuerit, ut ab eo plus quam bis mille ſeſtertium elaboraret, Dion. *lib. 63.* Acceſſit metus inſolitis clamoribus ipſi injectus, ita ut mutus, quaſi de ſe actum foret, aliquo tempore remanſerit, qui fecit, ut non curaret, ſi paulo humilius loqueretur. Pari ratione inductus fuit Herodes, ut Auguſto coronam ſubjiceret, veritus, ne ea multaretur, quod Antonii partibus faviſſet. Quicquid ſit de Teridate, id docet Dion, Neronem ipſum tanto honore obſtupuiſſe, quaſi eum à Rege non poſtulaſſet. Qui autem ita ex libero arbitrio offertur honor, pro ſubjectionis ſigno accipi non debet. Auguſtus, populo magna vi ipſi Dictaturam offerente, genu nixus, dejecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus eſt. Sueton. *Aug. c. 52.* An non Pruſias Bythiniæ Rex in tantum, apud honorem erat, ut vix quenquam honorificentius in urbe exceptum, aut expeditius in ſenatum admiſſum legamus, de eo tamen Polyb. ea memorat, quibus Liv. *lib. 55.* vix fidem habet: *pileatum ſcilicet capite raſo obviam ire legatis ſolitum, libertumq; ſe populi Rom. ferre & ideo inſignia ejus gerere, Romæ quoq; cum veniret in curiam, ſummiſiſſe ſe & oſculo limen curiæ contigiſſe, & Deos ſervatores ſuos ſenatum appellaſſe.* Flor. *Epit. 55.* Quid vero humilius, quam ſe alicujus pedibus conculcandum ſubjicere, quod ſibi fieri paſſus eſt Fridericus I. à Pontifice: aut proſtrato in terram corpore aliquem excipere, quod Pipinum præſtitiſſe Stephano Pontifici, teſtantur Platina *in Steph. 2.* Steuchus *lib. 2. de donat. Conſtant. ex Anaſtaſii biblioth.* Quod ſi verum eſt, à Bodino notari volumus, ne ſolum Imperatorem ad tantam Pontifici reverentiam præſtandam obligatum objicere poſſit. Nam *in libris ceremon. Pontific.* non ſoli Imperatori, ſed omnibus regibus injungitur, ut ſtapham equi papalis teneant, & deinde ducant equum per frenum aliquantum. Sic enim dicitur *li. 1. cerem ſect. 3. c. 3. Major Princeps, qui adeſt, etiamſi Rex eſſet, aut Imperator, tenetur hoc facere, &c. Si Imperator aut Rex ſoli eſſent, id eſt, non eſſet alius Rex, ſoli equum ducerent cum dextra manu. Sin verò eſſet alius Rex, dignior à dextra, alius à ſiniſtra frenum tenerent, ſi vero Pontifex, non equo, ſed ſella veheretur, etiamſi Imperator, aut Rex adeſſet, ſellam ipſam cum Pontifice humeris ſuis portare aliquantulum debent, &c.* Abſit tamen propterea Imperatoriam, aut Regiam majeſtatem deleri dicamus, quanquã deprimi eam & ludibrio haberi nemo inficias ire poſſit, cum Polybius ipſe Pruſiam indignum majeſtate tanti nominis putet, quod, *ut* Florus ait, *plenus adulationis, mancipium populi ſe fecerit.*

Quod de accuſationibus dictum fuit, uno verbo expediri poteſt, ſi *Non obeſt Majeſtati*

Digitized by Google

regia, quod Rex alibi accuſatus fuerit.

dicamus ſociorum injurias vel apud communem conventum, quæ Lex eſt Helvetiorum, vel apud Principem ſociorum diſputari ſolere. Ita Lacedæmonii, quod Cadmeam Thebanis eripuiſſent & Phocenſes, quod Delphos ſpoliaſſent, in conſeſſu Amphyctionum damnati ſunt. Ita apud concilium generale Germani inter ſe confœderati, ſeſe mutuo accuſabant & diſcrimen etiam capitis intendebant. Tacit. *de morib. Germ.* Apud Romanos verò clientum cauſſæ, apud patronum ſæpe diſceptabantur, & ſæpe ſenatus harum & urbium & gentium controverſiis ad ipſarum patronos remiſſis, ipſorum judicia rata habuit. Halycar. *lib. 2.* Imò ex civitatibus fœderatis reos fieri Romæ JCti ſcripſerunt. *l. non dubito § 2. de capt. & poſtlim rev. l. 3. de off præſid.* In fœdere Latinorum, autore Servio, inito ſtatutum erat, ut ſi qua inter eos offenſa aut controverſia incideret, Romæ in templo à fœderatis excitando res diſceptaretur. Halyc. *li. 4.* Saguntini, cum eſſent in fide Romanor. aliquot annis ante Annibalis adventum, orta intra civitatem ſeditione, ad populum Rom. ſe verterunt, quo autore ſeditio reſtincta eſt. Polyb. *lib. 3.* In fœdere Lacedæmoniorum & Argivorum ita cautum erat: *Sin ſociorum aliqua urbs cum alia urb. litiget, ad aliquam urbem, quæ utriq; placeat, ſe conferant. Ea rem ſociorum, more majorum, diſceptet.* Thucyd. *lib. 5.* Sed ſi placet exempla prolata ſingulatim intueri, videbimus, non tam Ptolemæũ, quam Gabinium accuſatum fuiſſe, ut Dion. *in fine lib. 39.* ſatis oſtendit. Nec enim Ptolemæum reduci, ſed à Romanis reduci oraculum prohibebat. Herodes verò proceſſu nullo ordinario Romã trahebatur, ut ſuſpicatur Joach. Stephan. *lib. 1. de juriſdict. c. 7. n. 79. 80.* Sed ne ipſe ex odio, aut ira videretur filiis injuriam facere, ut Joſeph ipſe confitetur *lib. 16. c. 7.* unde & Alexander excuſationem ſic exorditur: *Si animus tibi fuiſſet ſupplicio nos afficere, non deduxiſſes nos ad eum, qui audit ſervator omnium. Poteras enim de nobis ſupplicium ſumere tua poteſtate, quam in nos habes, qua Rex, qua Pater Ibid. c. 8.* Quin etiam cum altera vice iiſdem dicam ſcriberet apud Auguſtum, de ejus conſilio, controverſiam dijudicandam obtulit præſidibus provinciarum, Archelao regi Cappadociæ & principibus ſuorum ſubditorum *Ib. c. 16. & 17.* ita ut arbitrium potius fuiſſe, quam judicium, hinc videre liceat. Herodem verò poterat Agrippa coram Cajo accuſare, tanquam coram provinciæ protectore, qua de cauſa & Archelaus patrium regnum inire nolebat, niſi qui illum defenſurus eſſet, in ejus adoptionem conſentiret. Quanquam non nego reges Palæſtinæ & Armeniæ fuiſſe Romanis paulo iniquiore conditione

Reges Armeniæ Romanis quã arctè devincti.

conjunctos, cum regna ſua non alio niſi donationis titulo poſſiderent, & erant Judæi non minus obligati jurejurando Cæſari, quam Regi. Joſeph *lib. 17. c. 3.* Unde & Herodem poſt obitum, Tyrannidis accuſabant apud Auguſtum, *Ibid c. 12.* & is inter tres ejus filios ſuperſtites hæreditatem, tanquam ſupremus regni arbiter diſtribuebat. *Ibid. c. 13.* Regnum autem Ar-

meniæ,

Digitized by Google

meniæ, poſtquam Artavaſdes ſcelere Antonii & ejus filius Artaxias, dolo propinquorum interierant, Cæſar dedit Tigrani, eoque extincto, Artavaſdi, qui non ſine clade Romanor. dejectus eſt. Tum C. Cæſar componendæ Armeniæ delectus, Ariobarzanem, origine Medum, volentibus Armeniis præfecit, eoq; fortuita morte abſumto, tentarunt imperium fœmineum, quod cum brevi diſplicuiſſet, incerti & ſine domino Vononem, à Parthis ejectum receperunt, Tacit. 2. *Ann.* cui Germanicus Zenonem Polemonis regis Pontici filium ſubſtituit. Poſt cum Artabanus filio ſuo Arſaci Armeniam daret, indignatus Tiberius, ſuum jus ſibi præripi Mithridatem, Mithridatis Iberi filium regem impoſuit. Dion. *lib,58.* Et licet Parthi ſemper cum Romanis de poſſeſſione regni certarent, tamen Pœtus ad Vologeſem Parthum rectè ſcripſit: *ſemper ditionis Romanæ fuiſſe Armenios, aut ſubjectos regi, quem Imperator delegiſſet,* Tacit. 15. *Ann.* adeo ut Teridates, quanquam jam à Partho corona donatus, eam tamen iterum à Nerone petitum venerit. Ex quo patet, reges Armeniorum arctius fuiſſe Romanis ſubjectos, quia precarium tantum habebant regnum. Quod ad Archelaum Cappadocem attinet, Tacitus innuit ipſi factam injuriam, nec ex jure citatum, ſed dolo pellectum in civitatem, ubi cum ſe minimè regio more tractatum videret, angore ſimul & feſſum ſenio, & quia regibus æqua, nedum infima, inſolita ſunt, finem vitæ finiiſſe: quin etiam ab eo auditum erat, ubi domū rediiſſet, oſtenſurum Tiberio, ſibi nervos eſſe, quod tamen delirio ejus & dementiæ aſſcriptum eſt. Dion. 57. Rheſcuporis quoq; verbis Pomponii Flacci, amici veteris, inter præſidia Romana deductus, & arte Tiberiana in urbem provectus, demum ad arbitrium Tiberii damnatus fuit, quanquā ſocios & confœderatos, nedum clientes, à ſociis in ordinem redigi, ſi exorbitaverint, omni jure & poſſunt & ſolent.

Verbum: parere utrum inducet ſubjectionem.

Nec deniq; quicquam obſtat, quod dicantur dicto obedientes fuiſſe & paruiſſe: Ea enim eſt lex inæqualis ſocietatis, ut, ubi plures ſimul imperare nequeant, major ſequatur minorem, quando res communis agitur. Sed iſthoc ordine non vitiatur imperium domeſticum. Pugnaturi contra Xerxem Græci, Eurybiadem Spartanum, propter Spartæ dignitatem, ſibi præeſſe juſſerunt: Soli Athenienſes, utpote qui Lacedæmoniis autoritate & potentia cedere nollent, imperium accipere recuſarunt, quibus tandem, ut id facerent, perſuaſit Themiſtocles, quod niſi unius ductu bellum geri utiliter non poſſet. Plut. *in Them.* Sed tamen libertatem ſuam quæq; Reſp. ſartam tectam domi retinuerunt. Nec id concedendum, eum tantum parere dici, qui ſubditus eſt. Nam Philippus juſſus Græcia excedere, ſeq; intra fines Macedoniæ continere, Liv. *lib. 43.* Carthaginenſes vetiti Iberum tranſire, Polyb. *lib. 3.* Antiochus Tauro tenus juſſus regnare, omneſq; Græ-

Digitized by Google

eas in Aſià civitates liberas relinquere, coacti fuerunt imperio obedientes eſſe, nec tamen ſubditi, imò ne ſocii quidem extiterunt.

Qua de cauſa, ut tandem, quapropter totum hunc diſcurſum inſtituimus, concludamus, Illi, qui in alterius patrocinium & defenſionem ſe tradunt, majeſtatem ſuam ex eo non amittunt, modò id faciant, ſalvo ipſorum jure: Non conſiſtit enim majeſtas in externo honore, nec in amplitudine Provinciarum, ſed in potentia libera in ſubditos, quæ quamdiu per clientelam non diminuitur, tam diu majeſtatem amiſiſſe dicendi non ſunt.

Clientela non extinguit majeſtatem.

Atque hæc fuit ſententia Antonii, quando Herodes apud ipſum de interfecto Ariſtobulo reus agebatur: *Non oportet eum, qui Rex audit, factorum ſuorum rationem reddere, alioquin pro rege non habendum: Poſtquam enim ſemel illi regius honor conceſſus eſt, æquum eſt, ut potentia quoque regia, hoc eſt, plena & libera ipſi indulgeatur.* Joſeph. *lib. 15. c. 4.* Et licet Antonius externis regibus, ut in ſuis partibus eos contineret, plus æquo indulgere conſuetus, fortaſſe etiam in hac cauſa corruptus, gratiæ Herodis ea verba dederit, ex actis tamen ejus liquet, quam liberè regia poteſtate uſus fuerit, ita ut poſt mortem etiam Tyrannidis accuſatus fuerit. Joſeph. *17. Antiq. c. 12.* Indicat verò etiam Cicero, quod id genus reges liberi fuerint à juriſdictione Romanor. quando excuſationem Dejotari ita orditur: *Ita inuſitatum eſſe, ut ante hoc tempus non ſit auditum.* Accedit alterum teſtimonium Auguſti, qui, cum eidem Herodi Sylleus Arabs dicam intentaſſet, literis comminatoriis eum admonuit, deſineret vicinos reges ſociosq; laceſſere, aut ſe facturum, ut ex amico fieret ſubditus. Joſeph. *lib. 16. c. 15.* Amicum igitur ac liberum regem pronunciat, quem à ſubdito, ſeu eo, qui ſub ditione alterius eſt, ſeparat. Aliud enim eſt in fide, aliud in ditione eſſe, quæ duo, Samnites apud Livium *lib. 8.* accuratè diſtinguunt, ſe videlicet in fide, Campanos in ditione Romanor. eſſe dicentes. Item Apulis datum quidem fœdus, neq; ut æquo tamen fœdere, ſed ut in ditione populi Rom. eſſent. Liv. *lib. 9.* Cæſar id quoq; obſervaſſe videtur, quando *libr. 1.* Æduos ope Arioviſti veniſſe in ditionem Sequanorum ſcribit, juraſſeq; non recuſaturos, quo minus ſub eorum ditione atq; Imperio eſſent: Cum verò adventu Cæſaris facta eſſet commutatio rerum; priores clientelas ad Æduos rediiſſe, non tanquam ad Dominos, ſed amicos. Cæſar. *lib 6.*

9. Quid multis? Dilucide rem totam deciſam reliquit Proculus, *in l. non dubito §. 1 ff. de captiv. & poſtlim. rev:* Cujus verba, quia magnum ad rem præſentem afferunt momentum, præſtat aſcribere: *Liber, inquit, populus eſt is, qui nullius alterius poteſtati eſt ſubjectus, ſive is fœderatus eſt: item ſive æquo fœdere in amicitiam venit, ſive fœdere comprehenſum eſt, ut is populus alterius populi majeſtatem comiter conſervaret. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum non eſſe liberum. Et quemadmodum clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiamſi*

neq;

Digitized by Google

neq; autoritate, neque dignitate, neque (ita legit Haloand.) *viribus nobis pares ſint. Sic eos qui majeſtatem noſtrum comiter conſervare debent, liberos eſſe, intelligendum eſt.* Totius legis intellectus inde pendet, ſi ſciamus, quid per hæc verba: *comiter conſervare*, Romani in fœdere intellectum voluerint, id quod non aliundè melius, quam ex ipſo Proculo *hoc loco*, & Cicerone *pro Balb.* ubi ex profeſſo ea interpretatur, diſcere poſſumus. Proculus igitur clientibus aſſimilat eos, qui tenentur alterius majeſtatem comiter conſervare, & per clientes accipit Budæus eos populos, qui ex Romanis ſibi advocatos, aut patronos pararant, ut ſupra diximus. Horum verò erat, dicente Halycar. *lib. 2.* pro virili parte nullum miniſterium patronorum cauſa recuſare. Ad id igitur tenebantur etiam, qui majeſtatem alienam comiter obſervabant. *Niſi enim illorum operis, in bello uti nobis liceret, non illi quidem majeſtatem noſtram conſervarent, ſed noſtra minueretur,* ait Cicero. Porro illud adjici, ait Proculus, *ut intelligatur, alterum populum ſuperiorem eſſe*, & Cicero: *Id habet hanc vim, ut ſit ille fœdere inferior. Nam ſi vocabulum conſervandi prius examinare velimus, quo magis in legibus, quam in fœderibus uti ſolemus, imperantis eſt, non precantis. Deinde cum alterius populi majeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur: Certè ille populus in ſuperiori conditione causaq; ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur.* Vocabulum verò *comiter*, non interpretandum eſt communiter, quia obligaret ſe aliquis ad propriam majeſtatem conſervandam & affingeretur verbo ſatis noto abſurda & inconveniens ſignificatio: nec idem eſt comiter & ſine dolo malo, ut explicant Sigo. *li. 1. antiq. jur. Ital. c. 1.* & Godolev. *ad lib. 7.* Liv. quia dolus malus in omni fœdere exceptus intelligitur, nec vocabulum eam ſignificationem admittit. Sed ſicut Tacit: dicit 14. *Ann. comiter acceptum eſt*, id eſt, benignè, non gravatè, ita Cicero, comiter conſervare, aliter reddidit, *benignè conſervare*. Vis igitur verborum hæc eſt, ut is, qui majeſtatem alterius comiter conſervandam ſuſcepit, pro ejus honore, ſalute & autoritate laborare, & quæ illi derogare videantur, amoliri teneatur. Hoc nimirum eſt, quod Æduorum clientes ad Sequanos transducti, jurare coacti ſunt, nihil ſe contra Sequanos conſilii inituros: Cæſ. *6. bell. Gall* aut quod Ætoli Romanis fœdere promiſerunt: *ſe imperium, majeſtatemq; populi Rom. conſervaturos ſine dolo malo, ne quem exercitum, qui adverſus ſocios, amicosq; eorum ducetur, per fines ſuos tranſire paſſuros, neve illum ope adjuturos: eosdem hoſtes habituros, quos populus Romanus, armaq; in eos laturos.* Liv. Hic enim, quod generaliter prius dictum erat, conſervaturos majeſtatem populi, explicatur latius & per partes deducitur. Nihil tamen ex omnibus iis eſt, quod majeſtatis jura cuiquam in ſuos adimat: cum ad mutua auxilia etiam externi Principes, ex pacto convento obligari ſoleant. Ideoque meritò Proculus eam conditionem negavit libertati præjudicium creare, Alber. Gent. *de pot. regis abſol. pag. 14.* Colleg. Papien. *in reſp. cauſ.*

Quid comiter conſervare.

K 3 *Finar.*

Digitized by Google

Finar. n.9. in fi. Gail. *lib.2. obſer.54. n.4. & 10.* qui vocat communem, Roland. de Vall. *conſ. 1. n.45. & ſeqq. vol.1.* Curt. Jun. *conſ.286. n.22. vol.3. Facit gl. fin. in fine in c. fin. de confirm. util. vel inut.* Praxis papi *t.11. gl.18. n.4.* per Bartol. *in l.1. C. de excuſ. mune. lib.10.* cum nec cliens libertatem perdat ex eo, quod ſe in patrocinium alterius recipiat. Si quis enim alicui ſeſe certis conditionibus obſtrinxit, quod præter eas eſt, videtur ſibi reſervare voluiſſe, *l. ſi qui certa in pr. ff. de jur. immun.* quia excipiens in uno, firmat regulam in reliquis. *l. cum ita 63. §. videamus ibi. Quæ enim Titio, de condi. & demonſtr. l. cum 18. §. cui fundum l. Quæſitum 12. §. Idem reſpondit 43. ibi. Deniq; Neratius de inſtruct. & inſtrum.* Paurm eiſt.2. *de Iurisd. Rom. c.4. n.18. 1. de Iurisd. c. 21. n.3. ubi plura.* Germanicus, ut libertatem eam teſtatam faceret, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adire ſolebat. Suet. *in Calig. c. 3.* Et Romæ is honor iisdem habebatur, ut inter ſenatores ludos ſpectarent, ſicut Juſtinus de Maſſilienſibus *lib.43.* teſtatur: & immunitatem iis decretam, & locum ſpectaculorum in ſenatu datum, ubi cum Verritus & Malorix Friſiorum legati, adverterent, quosdam earum cultu externo cognitos & quinam forent, rogitantes, poſtquam audiiſſent, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent: *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe*, exclamarunt, digreſſiq; inter patres conſederunt. Tacit. 14. *Annal.* Suet. *in Claud. c.25.* Auguſtus tamen, cum interdum etiam libertini generis mitti intelligeret, legatos liberarum, ſociarumq; civitatum vetuit in orcheſtra ſedere. Sueto. *in Aug. c.44.* Meminit horum regnorum, provinciarumq; & civitatum liberarum etiam Sueto. *in Veſpaſ. c.8.* Sed Auguſti lex antiquata fuit à C. Cæſare, qui legatis Hircani ſedes Senatorum aſſignavit, Joſeph. *lib.14. c.17.* & Trajanus omnium Regum legatos in Orcheſtra ſpectare juſſit. Dion. *in Traj. fragm.* Ergo Taxiles & Abiſares, cum in regnum quisq; ſuum reſtituerentur ab Alexandro M. majeſtatem non perdiderunt, quia, ut ait Curt. *lib. 8. omnia illorum ditioni permiſit:* Poro verò regium nomen abſtulit, & ſi Plutarcho credimus, *in Alex.* Satrapæ nomine eum regnare juſſit. Socii Athenienſium, licet ad horum imperia parati eſſe cogerentur, ſuis tamen legibus vivebant, ſuos conventus & conciliabula habebant. Thucyd. *lib.1. bell. Pelopon.* Principes Germaniæ, qui cum Henrico II. Gallorum rege fœdus inierunt contra Carolum V. Imp. quanquam regis auſpicia ſequi conſenſerunt, libertati tamen ſuæ fraudi id eſſe noluerunt, Bodin. 1. *de Rep. c.7.* ut nec Provinciæ Belgii confœderatæ, cum rerum ſummam in protectionem reginæ Angliæ deponerent: Stovv. Helinshod. *in Eliſabe:* Emanuel de Meteran. *lib 13. hiſtor. Belg* nec Boruſſi cum auxilia ab imperio peterent: nec Genevenſes qui toti à rege Galliæ pendent, nec Genuenſes, cum Johannem Mariam & paulò poſt Philippum Mariam Duces Mediolanenſes protectores Reip. eligerent, Leand. Albert. *in deſcr. Ligur.* nec

Digitized by Google

Carolus V. Ferdinandus & Maximilianus II. cum Livoniam in tutelam Guſtavo, Erico, & Johanni, regibus Suecorum committerent, Chitræ. *lib. 28. Saxon.* jura majeſtatis in ſubditos perdiderunt, quoniam hæc duo ſimul ſtare poſſunt: Eſſe in clientela alterius, & dominari in ſubditos abſolutè.

CAPUT V.

AGITUR DE IIS, QUI FEUDA A MANU DOMINI RECIPIUNT, UTRUM MAIESTATEM EX EO AMITTANT.

SUMMARIA.

1. *Quæ ſit origo feudorum.*
2. *Alii reges ipſa regna feudi nomine poſſident, alii præter regna abſoluta, feuda habent annexa.*
3. *Anglorum reges diu fuerunt regum Galliæ Vaſalli.*
4. *Scotiæ regnum an ſit feudum Angliæ?*
5. *Ducatus Mediolanenſis feudum Imperii.*
6. *Quo jure regnum Neapolitanum & Siciliæ factum fuerit feudum Eccleſiæ*
7. *Papa ipſe obnoxius eſt iis, a quibus feuda accipit.*
8. *Diſtinguitur inter perſonam Vaſalli & feudum poſſeſſum.*
9. *Unde æſtimari debeat feudum ligium.*
10. *Subditus unius principis nequit alterius Vaſallum ligium ſe conſtituere.*
11. *Nemo poteſt Vaſallum habere ligium, qui non ſit præditus abſoluta majeſtate.*
12. *Utrum Vaſallus obligetur contra patriam, patrem & cognatos.*
13. *Nemo poteſt obligari contra patriã.*
14. *Rex, qui ſit abſolutæ poteſtatis, nequit devenire homo ligius alterius regis.*
15. *Ex æquitate Domini poteſt quis ſimul eſſe homo ligius unius principis & ſubditus alterius*
16. *Antiquiori Domino per novam fidelitatem non præjudicatur.*
17. *Rejicitur diverſitas reſpectuum in principe feudatario.*
18. *Summa reverentia, quam tenetur Vaſallus exhibere Domino.*
19. *Ritus inveſtiendi, juramentum, ſervitia, officiaq; alia, quæ declarant ſubjectionem Vaſalli.*
20. *Qui feudum recognoſcit ab alio, ratione feudi majeſtatem poſſidere non poteſt.*
21. *Diſtinguitur inter principes feudatarios & ſtipendiarios.*

DEnique in uſu eſt hodie aliud genus ſubjectionis, tam apud Chriſtia- 1.
nos, quam Mahometanos, de cujus origine inter JCtos non convenit.
Quia enim cum Romanorum clientelis plurimum convenit; idcirco hinc *An feuda orta a cliẽtelis Rom.*
ortum plurimi putant. Zaſ. *ad l. 2. verſ. 1. à n 17. uſq; ad 26.* Oldendor. *claſſ. 1. de act: beneſ:* Hanneto: *lib. 1. de feud. c. 2.* Nam cliens & patronus ſibi ad mutua officia obligantur, ita & Vaſallus & Dominus: patronus tenetur clienti præſtare, quicquid parentes liberorum cauſa facere conſueverunt. Halyc. *lib. 2.* Clientes viciſſim tantopere diligunt patronos, ut apud Gallos rogum Domini ſæpe inſilirent, Cæſ. *lib. 6.* perinde ut mulieres Indicæ:

Quæ

Quæ certamen habent lethi, quæ viva ſequatur
Conjugium, pudor eſt, non licuiſſe mori. Prop. *3. Eleg. 12.* Dominus quoq; & Vaſallus habent ſe, ut pater & filius. Afflict. *in c. 1. § ſi. iudex n. 3. de pac. ten. & eius viol. per text. in c. 1. in fi. de for. fideli.* Patroni judicium inter clientes Senatus ratum habuit. Halyc. *d. lo.* Et Vaſallis quoquè Dominus competens judex eſt, *c. cæterum ibi Abb. & gl. in ſum. de judic. c. ex transmiſſa & ibi Dd. de for. competen.* & ne Cujac. *in prælud. feud §. clientibus onus.* Molinæ: *in conſuet. Pariſ. t. 1. in pr.* Borchol. *de feudis c. 2. nu. 4.* objiciant, clientibus non fuiſſe annexum onus militiæ, conſtat clientes, ut ad alia officia, ita etiam ad militiam patronus ſecutos. Tercentum & ſexaginta Fabii exercitum quatuor millium ex clientibus ſuis confecerũt. Halyc. *l. 9.* Gell. *17. ult.* Marcius Coriolanus, impetrata à patribus poteſtate in hoſtium agros ducendi, convocatis clientibus & amicis magna ſtrage hoſtes fudit. Halyc. *lib. 7.* App. Herdonius coegit clientes ſuos & ſervorum audaciſſimos quosq; uſq; ad quatuor millia. Halycarn. *lib. 10.* Sic & Claudius, cum populus ad delectum nollet reſpondere: *Conſcribamus,* inquit, *potius clientes noſtros, manumittamus ſervos, &c.* Halycarn. *ibid.* Æduorum maxima potentia conſiſtebat in numero clientelarum, eorum auſpiciis & juſſu arma capientium. Cæſ. *lib. 1.* Tiridates propriis clientelis, ope fratris parum adjutus, Armeniam infeſtabat. Tacit. *13. Annal.* Nec tamen velim propterea clientes & Vaſallos eosdem facere, nec feudorum uſum à clientelis derivare. Sunt enim à Cujac. Molinæ: *d. lo.* Item Sonsbec. *par 1. feud. n. 31.* Hottom. *in diſp. feud. cap 2.* multæ inter utrosq; notatæ differentiæ. Propria enim bona & pleno jure poſſidebant clientes, nec ſervitia præſtabant, ratione ullorum bonorum, ſed quia patronus mutuis officiis eos ſibi devinciebat. Nec quia Gerhardus jus feudorum antiquiſſimum eſſe ſcribit, *c. un. §. & quia vidimus de his, qui feud. dar.* idcircò ex jure Romanorum derivandum eſt, ut dicit Cujac. *d lo.* & Borch. *d. c. 2. n 2.* aut à tempore Noæ, ut plane ſine probabili conjectura diſputat Niellius, *diſp feud. 1. in gl. theſ. 1.* quin potius ex eodem fluxiſſe loco veriſimile eſt, unde Longobardi, qui illud primi in uſum poſuerunt, aut ſaltem in uſum poſuiſſe cognoſcuntur. Jul. Clar. *in § feudum q. 1.* Duar. *de feud. cap. 3. & 2. de benef. c. 3.* prodierunt. Nam neomnino recens, aut nuperum cum Schrad. *par. 2. c. 1. n. 2.* Montan. *lib. 1. feud. c. 1. verſ. nuperum.* vocemus, obſtat d. textus, qui illud antiquiſſimum eſſe affirmat. Sicut igitur jura, quæ ex conſuetudine naſci ſolent, ex incerto, tenuique principio ad certa ſtatuta excreſcere ſolent: ita quid prohibet, quin idem de jure feudali ſentiamus, cujus non obſcura ſeminaria adumbrat Tacit. *in lib. de mor. Germ.* quando ſcribit: *Germanorum Principes amplo comitatui ſtuduiſſe, quem ex bello aluerint, & ad bellum conduxerint, quibus infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtites principi ſuo ex acie receſsiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoq; fortia facta gloriæ ejus*

Ius feudor. antiquum

Iuris feud. veſtigia apud Germanos.

Digitized by Google

ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum erat, principes pro victoria pugnabant, comites pro principe, atq; his vel bellator equus, vel cruenta, victrixq; framea, vel epulæ & quanquam incomti, largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedebant. Nam arces, oppida vel latifundia in tanta paupertate dare non poterant: Dilatatis autem imperiorum finibus & translatis integris nationibus, in Gallias, Italiam, Hiſpaniam, etiam præmia in majus aucta ſunt, donec proceſſu temporis ex precariis facta fuerint perpetua.

Ut ut ſit de origine hujus juris, poſtquam ſemel per Longobardos introductum eſt, tantum cepit incrementum, ut non tantum prædia, oppida vel arces, ſed integræ civitates, integri principatus, integra deniq; regna in feudum dari cœperint: de quibus hoc in loco nobis conſiderandum eſt: utrum, qui alteri fiduciam tanquam Domino præſtiterunt, jura majeſtatis retineant. 2.

Dupliciter autem Reges vel Principes, alterius fiduciarii fieri poſſunt, vel ſi ipſum regnum fiduciæ nomine teneant, vel præter illud, alias quaſdam terras & regiones. Poſſe enim reges beneficia non tantum ab æqualibus, ſed etiam à minoribus accipere, Feudiſtæ tradunt. Bald. *l. ſed ſi 10. § ſi liberta. ff. de in jus voc.* Zaſ. *de feud. part. 5. num penult.* Schrad. *de feud. par. 4. num. penult.* Tulte. 1. *de feudis: c. 4. n. 9. & 10.* nec excluſi præſumuntur Principes, quando generaliter lex ad inveſtituram quemlibet admittit, ſine diſtinctione perſonarum. *c. un. § perſonarum, per quos fiat inveſt. c. un. § ſi minori, ſi de feud. defun. conten. ſit inter dom. & agn.*

Wilhelmus Nothus, qui primus Angliam Danis eripuit, licet in recens acquiſito regno pro arbitrio, omnia diſponeret, manſit tamen in fide Regis Gallorum, quo ad Normanniam, quam poſtea à corpore regni Anglici avulſam Roberto primo genito reliquit, donec Henricus I. quem vulgo *Beauclerke* appellant, Wilhelmo fratris filio eam viciſſim eriperet, & regno redderet. Hujus ex filia Mathilde & comite Andegavenſi, cui ſecundis nuptiis juncta fuerat, nepos Henricus II. tantum in Gallia acquiſivit, ut regibus ejus opes non ſine cauſa ſuſpectæ eſſe cœperint, ipſique filiorum in patrem concitatores, ut putabatur, extiterint, certè non dubios adjutores ſe præbuerint. Andegavenſem enim & Turonenſem comitatus cum vicinis dominiis jure hæreditario adiit: Aquitaniam cum Eleonora conjuge acquiſivit: Britanniam Gothofredo filio, qui unicam ducatus hæredem deſponſarat, vindicavit: Normanniam jam poſſidebat, ita ut paulò minus media parte Galliæ in ſua ditione teneret. Sed tamen pro omnibus his terris fidelitatem jurarat regibus Gallorum, excepta Britannia, pro qua fidem non dedit, non quod putarit Britanniam liberam fuiſſe, à Gallorum imperio, usque ad Petri Druidæ voluntariam ſubmiſſionem, ut ſcripſit Argentræus *in conſuet. Britan.* cum Johannes Montfortius Carolo V. homagium 3.

Reges Angliæ quæ feuda poſſederint in Galliis.

Digitized by Google

præſtans, quod pater ejus Eduardo 3. Regi Anglorum obtulerat, id ſe majorum ritu & conſuetudine facere diceret, idq; in colloquio Turonenſi ipſi multis argumentis perſuaſum fuerat, Tillet. *in Chron. Annal. Britann. Gall. in Philipp. Vall. & Carolo Quinto,* Froſſàrd. *libr. 1. & 4.* ſed quod eam filius ſibi vendicarit, à reliquis provinciis ſeparatam, Pater verò jus adminiſtrationis tantum haberet.

Nec diu tamen tot provincias pacatas poſſedit Anglus, ipſo in tanta potentia ſuperiorem difficulter ferente, Rege verò nimiam Vaſalli potentiam ſuſpectam habente, ideoq; Johannes, cum fratris ſui filium Atturum Britanniæ ducem bello captum, clanculum interfici vel juſſiſſet vel certè conſenſiſſet, occaſionem præbuit Gallo, ad Parium curiam eum vocandi & cum non appareret, feuda ejus omnia proſcribendi, quæ, quia in regni poteſtatem redegit Philippus, inde Auguſti nomen ſortitus eſt, ipſe verò præter Gaſconiam vix quicquam retinuit, donec Eduardus tertius, omnium Angliæ Regum poſt Henricum V. & fortiſſimus & feliciſſimus (Nam quoad prudentiam, Henricum VII. ipſi præferunt Angli, quem alterum vocant Salomonem) non tantum maximam partem eorum armis recuperavit, ſed etiam in ſummam libertatem aſſeruit, excuſſo ſervitii jugo. Ita enim loquuntur literæ fœderis Carnutenſis, prout eas referunt Froſſ. *lib. 1. c. 212.* & L'abregè de la Chaux: *Il y a auſſi eſté pourparlè, que le Roi de France & ſon aisne fils, renonceront aux reſſorts & ſouueraineté, & à tout droict, qu'ils pourroient avoir es choſes deſſusdictes, & que nous le tiendrons, comme voiſin, ſans nul reſſort & ſouueraineté de noſtre dict frere ou Royaume de France, & que tout le droict entierement, que noſtre dict frere a es choſes deſſus dictes, il nous cedera, quittera, & tranſportera perpetuellement à touſiours.* Idem dicit, quantumvis aliis verbis L'abregè de Sala, latiſſimeq; explicatur in literis Eduardi Principis Walliæ, quibus pactum & articulos fœderis incluſit, *in 3. volum. Magni Franciæ Chronici & in annotat.* Dionyſii Sylveſt. *ad Froſſ. annot. 86. qui eas ex originali ipſo correxit,* ita ut non immeritò fidem Gallorum inclamaverit Princeps Walliæ, cum à Carolo V. ad dicendam cauſam evocaretur: *Et nous irons volontiers. dit il, à noſtre ayeul à Paris, mais ce ſera le bacinet en la teſte & ſoixante mille hommes en noſtre compagnie.* Froſſàrd. *lib. 1. c. 248.* perinde ut Porus olim Rex Indiæ, Alexandro M. jubenti, ut ſtipendium ſolveret & venienti in ingreſſu regni occurreret, *alterutrum ſe facturum reſpondit, ut advenienti præſto eſſet, ſed armatus*: Curt. *lib 8.* cui concinit reſponſum, quod Henricus IIX. Rex Angliæ, Pontifici Rom. juſſit denunciari, prout illud Gallicè proponit du Bellai *libr 4. hiſtoriar. Que s'il eſtoit contrainct d'aller à Rome, querir ſon abſolution, il iroit ſi bien accompagnè, que ſa dite ſainctetè ſeroit treſaiſe de la luy accorder.* Et prætor Ætulorũ, juſſus reſponſum edere ad poſtulata Quinctii,

Pactũ Carnutenſe inter Gall. & Anglos.

reſpondit:

reſpondit: *decretum reſponſumq́; brevi in Italia caſtris ſuper ripam Tyberis poſitis, daturum*. Liv. *lib. 35*.

Rurſus verò Anglus Regem Scotorum ſibi habebat fiduciarium, ſive ratione aliquot regionum, ut Scotici ſcriptores dicunt, Johan. Major. Buchan. *in hiſt. Scot. & præcipuè in Balliol.* & Guiliel. Barcla. *lib. 3. contra Monarch. c. ult. in fin.* ſive ratione ipſius regni, ut Angli ſcribunt, & nimis audacter aſſerit Matth. Steph. *lib. 2. de jurud. par. 1. c. 1. n 80. 81.* Et quidem Eduardus I. Anglorum Rex inter Bruſſium & Balliolum regni Scotici competitores, arbitrum vel potius judicem competentem ſe gerens, Scotorum ſubjectionem longius repetebat ex antiquorum ſcriptorum fide, utpote Mariani Scoti *Chronico*, Wilhelmo Malmesburgenſi, Rogerio Hoveden, Henrico Huntingtonio, qui referunt Athelſtanum regem Angliæ Canſtantino regi Scotorum victo, regnum reſtituiſſe ea lege, ut illud à ſe recognoſceret. Edredum Athelſtani fratrem accepiſſe juramentum à Scotis & Northumbris: Kinethum præſtitiſſe homagium Edgaro victori: Canutum ſe dixiſſe regem Scotorum, Malcolmo eorum rege capto: Eduardum ſanctum dediſſe regnum Scotorum Malcolmo, regis Cumbriæ filio ea conditione, ut id ſibi, tanquam Domino, acceptum referret: Malcolmum fidem dediſſe Wilhelmo Conquæſtori anno ſexto poſt occupatam Angliam, Davidem Stephano. Sed hæc & vetuſtate temporis & obſcuritate ſcriptorum incerta: illud verò certius, quod Guilielmus rex Scotor: in libertatem ab Henrico II. Anglorum rege reſtitutus, in ejus verba, unâ cum proceribus regni jurarit, ſeq; cum toto regno in ejus fidem & ditionem commiſerit. Sic enim fœderis, quod apud Anglos extat, verba ſonant, ne Buchan: de certa tantum pecunia per penſiones danda conventum, nobis perſuadeat, *lib. 2. hiſt. Scot.* & ſecundum eam formulam, Richardo I. & Johanni ab eodem Guilielmo juratum, Anglici ſcriptores à Scoticis diſſentientes tradunt, Paris. Hoved. Polydor, Caſtrenſis ſeu Hidging. Walſingham: qui porro teſtantur, cum Ludovicus Philippi regis Galliar. filius, à nobilibus nonnullis accitus, contra Johannem, Angliæ regem ſe gereret, Alexandrum II. Guilielmi filium, illi homagium præſtitiſſe, ejectoque Ludovico, ab Henrico III. Johannis filio, ad idem ſibi præſtandum coactum fuiſſe, & juravit quidem illi *fidem in perpetuum, tanquam ligio Domino ſuo*, ut habent verba juramenti, *pro ſe & hæredibus*. Paris. *in Henr. 3.* Eidem item Henrico Alexandrum 3. in fidem ſe dediſſe Eboraci, *ex Annalibus* S. Albani, *in Anglia mihi communicatis*, didici, ubi refertur, quod Alexander Eboraci & deſponſarit Henrici III. filiam & homagium ſimul præſtiterit. Mortuo Alexandro ſine hæredibus (Nam filia unica ſuperſtes patris fata non longo intervallo ſequebatur) cum inter regni competitores convenire non poſſet, proceres Scotiæ rem detulerunt ad Eduardum I. ad eum, *comme ſouuerein Seigneur de la terre d' Eſcoce* (verba 4. *Scotia an ſub Anglis.*

L 2 ipſa

ipſa literarum, quamvis obſoleta refero) ejus diſceptationis deciſionem pertinere ſcribentes, ratumq; ſe habituros, quicquid ſtatuerit, jurarunt, *cujus juramenti formula extat apud* Richardum Southvvell. Ab eo renunciatus Rex Johannes Balliolus, Scotiam fiduciæ nomine ab Anglo accepit, juravitq; ipſi fidelitatem in hæc verba: This heare You, my lord Edward, King of England, ſoueraigne lord of the realme of Scotland, that I John de Baliol, King of Scotland/ Which I hold and claime to hold of you, that I ſhal be faithul and loyal and owe faith and loyaltie to you. I ſhal beare of life and member and of earthie honour aginſt all people, and lawfullie I ſhal acknowledge and doo the ſervices, Which I owe to doo to you, for te realme of Scotland a forſaid. Nec id Scoti negant, ſed incuſant Balliolum, quod regni, quam honeſtæ famæ cupidior, inſuetam regibus Scotorum ſervitutem ſubierit, à qua tamen, poſtquam in regno ſe aliquatenus obfirmaſſet, ultro deſciverit, inito cum Gallis contra Anglum fœdere, cujus exitus fuit, ut Balliolus in vincula abduceretur & Eduardus totam Scotiam ſui juris faceret, donec Robertus Bruſſius ex ejus manibus elapſus, quam Eduardo non potuiſſet, degeneri filio ſine negotio eripuit. Eduardus denique III. aliis implicitus bellis, gravioraque animo verſans, libertatem priſtinam Scotis reſtituit, redditis literis, quibus Reges ſe Anglorum Vaſallos profeſſi fuerant: Fabian. Caxton. *Et*, Southvvel. *in Eduard. 3.* Buchan. *in Rob. Bruſſ.* & quanquam Johannes, Ballioli filius, ex Gallia redux, ſe cum regni parte occupata viciſſim Eduardo redderet, David tamen Bruſſius Roberti filius id irritum habuit: *Adam Merimuth.* & cum ab Eduardo ad homagium præſtandum evocaretur, negavit venire, quod regnum ſuum liberum eſſe diceret: Froſſard. *lib. 1. cap. 27.* nec novennali quidem captivitate eò adduci potuit, ut Vaſallum Angli ſe profiteri vellet, licet Froſſard. & Helinshod. ſcribant inter cætera ab eo promiſſum fuiſſe, daturum operã, ut conſenſu populi & procerum regnum Anglo traderetur, quod tamen perinde fecit, atq; Franciſcus I. qui Carolo V. pollicitus ſubditis perſuadere, ut quod ipſe pro libertate ſua ſpoſpondiſſet, id ratum haberent, nunquã tamen in eam curam incubuit ſeriò, tantum id egit, ut quam maxime poſſet, ſpecioſè ſe excuſatum aliis redderet, interim Carolum ulciſcendi occaſionem inveniret. Orcades verò inſulæ vectigales ſunt Regi Norvvegiæ, ad quas recuperandas, quando regnum ſuſcipit, juramento obligatur, ut apud Danos didicimus.

Rex Daniæ Vaſallus Imperii reſpectu Holſatiæ.

Sed & ipſe Rex Daniæ, quatenus Dux Holſatiæ, imperio fidem dare cogitur, excepto Ducatu Sleſvvicenſi, qui à Rege Daniæ dependet, & cum à Chriſtiani IV. ſententia nobilis quidem haud procul Sleſvvico habitans, ad Cameram provocaſſet, id tam indignè tulit Rex, accedentibus etiam conviciis, quæ Regum animos acutius gladio pungunt, ut arci ejus ignem

Digitized by Google

ignem ſupponi juſſerit, quam adhuc fumantem prætereuntes vidimus. Waldomarus enim III. Gerardo avunculo ſuo comiti Holſatiæ totam Jutiam in feudum conceſſit, quam Waldomarus regno cedens recepit quidẽ, ſed eâ lege, ut poſt obitum ſuum ad Gerardi hæredes rediret, quod & factũ eſt, niſi quod Margareta, & filius Ericus eam, quaſi per feloniam Henrici commiſſam, interveniente Sigiſmundi Imp. arbitrio, repeterent, donec Ericus Suedico bello diſtentus Adolpho eam redderet usq; ad pontem Coldingæ. Chytræ. *lib. 24. Saxon.*

Hiſpanus vero, quis enumerare poſſet, quod ab aliis feuda habeat? Quorum enim aliqua Vulte. I. *de feud. c. 4. n. 10.* Carolo V. attribuit, ut Imperatori, ea is non imperio, ſed regno Hiſpaniarum acquiſivit. *Nihil* enim, ſicut de Cæſare ſcribit Dion. *lib. 37. ſollicitus eſt, de ta humanitate, in quam ſe dimittit, dum ex ea potentiam adipiſcatur.* Ab Imperio Mediolanum habet & non paucas Belgii provincias, à pontifice Regnum Neapolitanum, Sicilienſe, Hieroſolymitanum, ut interim de Arragonenſi ſileam, quod in Catalogo feudorum Eccleſiæ etiam ſcribitur, A Gallia Flandriam, Arteſiã, &c. olim tenebat. Sed Carolus V. ejus obedientiæ ſe prorſus ſubtraxit, excepta Caroleſia. *A quibus Hiſpanus feuda poſſideat.*

De Ducatu Mediolanenſi, quin ſit feudum Imperii, nemo dubitare poteſt, niſi qui res Italas nunquam intellexit, quanquã Transmontani quidam JCti illi jura Majeſtatis tribuere non verentur. Curt. *Sen. conſ. 49. col. 11. conſ. 50. verſ. nono, & ſæpè alibi.* Ludovicus Bologn. *conſ. 1. col. 17. verſ. non obſtat illud.* Late Socin. jun. *conſ. 17. vol. 4. & in com ejus opinion. collectis* per Eraſmum Muſculum *n. 13. verſ. princeps qui habet, & lit. I. n. 16.* Nam ut reliqua Italia, ita & ditio Mediolanenſis imperio ſubjecta fuit, usq; ad Rudolphi Habsburgenſis tempora, qui per cancellarium ſuum de Gente Fliſca Genuenſium, *ut ſcribunt* Blondus, Trithemius, Cuſpinianus & Cranzius, libertate Italiæ venum expoſita, plurimis, ſub ſpecie privilegiorum abſolutam immunitatem ſibi vendicandi cauſſam præbuit, de qua re paulò poſt dicturi ſumus. Mediolanenſibus verò ejus ſucceſſor Adolphus Naſſovius Matthæũ præfecit, ut Remp. imperii nomine gubernaret, unde vicecomitis nomen obtinuit. Eum cum Turrianorum factio urbe pepuliſſet, Henricus Lücelburgenſis vi reſtituit, excluſis omnino à Reip. clavo Turrianis. Patri ſucceſſit filiorum natu maximus Galeacius, quem Ludovicus Bavarus, cum ad pontificis partes deflectere deprehenſus, & à Marco fratre eo nomine accuſatus fuiſſet, unâ cum duobus fratribus & Actio filio in carcerem conjecit, nec niſi Caſtrutii interceſſione inde extraxit, promiſſáq; pecunia ad ſummam 15. myriadum, ut patriæ præſides vicarii eſſent, & appellarentur. Is titulus, ea poteſtas manſit penes poſteritatem Matthæi, usq; ad Wenceſlai tempora, qui transmiſſo ſceptro, pileoque Johannem Galeacium Ducem 5. *Ducatus Mediolan. feudum imperii.*

 creavit,

Digitized by Google

creavit, urbe ditioneq; grandi pecunia vendita, additaq; poteſtate, ut in hæredes transferri poſſet, cum antea precarii tantum præſides fuiſſent, qua de cauſſa Electores *in abdicat. VVenc* § 1. eum inſectantur: *Mutilaſti imperium Mediolano, & provincia Longobardiæ, quæ juris ſacri Romani fuerant, redeuntibus inde ad Imperium ampliſſimis emolumentis, in qua ditione Mediolanenſis, veluti miniſter Sacri Imperii partibus fungebatur, cum tu contra quam tuam ſublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani ducem & comitem Papienſem creaſti.* Jacobus Kongelshoff. *in Chron. Germ. ex quo illud in latinum tranſtulit* Chriſtian. Urſtiſius *Illuſtr. Hiſtoricor. tom. 2.* Igitur Johannes Maria & Philippus Johannis I. ducis filii ex eo pacto ſucceſſerunt, ſed cum alter ſine hæredibus moreretur, alter à conjuratis crudeliter trucidatus eſſet: Fridericus III. qui tum Imperio præerat, legibus feudorum, imperio ducatum aſſerebat: Carolus Aurelianenſis Valentinæ Johannis Galeacii filiæ filius, eum ſibi vindicabat ex tabulis dotalitiis, quibus Johannem Galeacium ita caviſſe memorabat, ut, *ſi filiis nulla ſuperſtes eſſet legitima proles, filiæ hæredes Inſubrum principatu potirentur.* Sed tabulis deerat Imperatoria auctoritas, negabatq; imperator, pontificem potuiſſe ejus defectum, ut prætendebatur, ſupplere. Interea Franciſcus Sforzia, negligente jus ſuum Imperatore, Carolo vero Gallo à Mediolanenſibus ſuperato, ducatum occupat, jus uxoris ſuæ (habebat enim in matrimonio Blancam, Philippi notham filiam) & ultimas Philippi teſtamentarias tabulas proſecutus. Petiit hic inveſtiturã ab Imperatore, ſed non impetravit, ſicut nec filius ejus Galeacius, quanquam & ab Imperatore aliis bellis implicato non magnopere ſibi timerent. Sed Galeacii frater Ludovicus Morus, cum Johannem Galeatium, legitimum hæredem, cui à fratre tutor datus erat, à vita ſimul & principatu dejeciſſet, à Maximiliano Imp. quatercentum millibus aureorum nummum impetravit ornamenta & titulos principatus. Nec multo poſt Ludovicus XII. Caroli Aurelianenſis filius, ejecto Ludovico Moro, conceſſionem feudi Mediolanenſis non ſine multo auro ab eodem Maximiliano elaboravit, ſed ea lege, ne inde aliis præjudicium factum putetur: qua conditione effecit Julius Pontifex, ut Sfortiæ reducerentur, & Carolus V. Franciſcum bis reſtituit, eoque ſine poſteritate mortuo ducatum ſub titulo juris publici retinuit, nequicquam reclamante Franciſco I. eumq; ſibi tum jure hæreditatis, tum conceſſione Maximiliani deberi contendente, & tandem certis pactis ad filium Philippum tranſtulit, ita ut Archiepiſcopus Trevirenſis verè divinaſſe deprehenſus fuerit, Cum Caroli V. electionẽ diſſuadens, diceret: *Eum ſuis Hiſpanis, & non imperio vindicaturum Imperium Italiæ, ſi Gallus illud eripuerit.* Sleidan *lib. 1.* Ex quibus omnibus luce meridiana clarius apparet ditionem Mediolanenſem, cum ad feuda Imperii pertineat, juſſis Imperatorum teneri, & proinde jura Majeſtatis, niſi ex conceſſione eorum ſibi arrogare non poſſe.

Regnum

Digitized by Google

Regnum Neapolitanum & Sicilienſe feudum antiquiſſimum eſſe Eccleſiæ, ut ait Guicci. *lib. 1. hiſt. Flor.* & à pontificibus conferri ſolitum, certius eſt, quam quo jure id Pontifex ſibi ſubjecerit, nec immeritò Pontanus difficile explicatu dicit eſſe, qua arte Pontifices tantum Imperium acquiſiverint. *lib. de bell. Neapol.* Clemens IV. in bulla, quâ Carolo Andegavenſi coronam offert, creat ipſum Regem utriusq; Siciliæ, citra & ultra Pharum, qua formula loquendi uſi ſunt etiam ejus ſucceſſores, ob id meritò reprehenſi à Guicciard. *li. 1. hiſt. Flor.* quod regnum Neapolitanum vocent regnũ Siciliæ, citra & ultra Pharum, cum non ſit niſi una Sicilia: nec Normani horum regnorum auctores alio titulo uſi ſunt, quam Regum Siciliæ, & Arragonenſes, qui, avulſo Neapolitano regno, Siciliæ ſoli imperabant, poſt cædẽ Gallorum, ſe reges appellabant non Siciliæ trans Pharum, ſed Siciliæ tantũ. Pontifices verò neſcio qua de cauſſa, niſi fortaſſe, quod ipſi poſſint mutare rei ſubſtantiam, *ſecundum Speculat. in t. de legat §. nunc oſtend. reſervato 42.* Bertachin. *in tr. de Epiſcop. in 2. p. ar* per Siciliam nos docuerunt intelligere Calabriam, Apuliam, Capuam, Neapolim, & quicquid ad illam ditionem pertinet, hæredesq; Caroli Andegavenſis usq; ad Renatum, hujus diſtrictus domini, Reges Siciliæ cis Pharum, & Alfonſus cum Renato Imperium extorſiſſet utriusq; Siciliæ Regem ſe appellari voluit, ſecuti, ut puto, autoritatem Pontificum. 6. *De regno Neapol & Sicil.*

Utrumq; v. regnum quomodo ſuum fecerit Pontifex, æquè dubium & apud ſcriptores incertũ eſt. Marinus Freccia *de ſubſ. udis c. 1.* de donatione Conſtantini loquens, ait, *Sylveſtro donatam inter cætera Corſicam, Sardiniam & totum regnum Siciliæ, citra & ultra Pharum, excepta civitate Neapolis ſolũ, quam ad opus ſuum pro Camera Imperiali retinuit, ut cum contingeret dictum imperatorẽ velle ad ultra marinas partes accedere, & deinde redire ad Romanam curiam, haberet civitatem, in qua ſe poſſet recreare & trahere incolatum* Idem ſequitur Chronic. Neapol. *c. 4 gl. ad Clemen. paſtoralis, in pr. de ſent. & re judic.* Sed Villan. *li. 2. c. 9.* ſcribit: Ipſum papã Stephanũ II. excommunicato Imperatore Conſtantino, quod opem tuliſſet Aſtulpho Longobardorum Regi, abjudicaſſe ipſi Imperium & regnũ Apuliæ, Siciliæq;, *appropriandolo alla chieſa Romana, ſtabiliendo per Decreto, che ſempre fuſſero di ſanta Chieſa*, id quod Pipinus victo Aſtulpho poſtea ratum habuerit. Volaterranus verò totum refert ad donationem Pipini, Caroli M. & Ludovici pii, cujus donationis literas ex Bibliotheca Vaticana profert *li. 3. Georg.* ubi inter cætera hæc ſunt inſerta: *Patrimonia quoq; ad noſtram pertinentia ditionem, Beneventanum, Salernitanũ, Calabriæ inferioris ac ſuperioris ac Neapolitanum, ducatum inſuper Spoletinum, Tuderotreculum, Harviam, reliquaq; ejus ditionis: inſulas quoq; inferi maris, Corſicam, Sardiniam, Siciliam, quæ omnia piæ Memoriæ Pipinus avus, Carolus genitor noſter conceſſerunt, nos item probamus & concedimus, &c.* Quæ eadẽ leguntur in inſtrumento donationis propoſito à Sigon. *li. 4. hiſt. Ital.* Cer- *Quo titulo hæc regna ſibi vendicent Pontifices.*

Digitized by Google

Non ex donatione Conſtãtini

Certe ^{bi}, autores, ut minus ipſis fidei habeatur, ipſi faciunt, dum non tantum inter ſe, ſed ipſi ſibi & veritati contraria loquuntur. Nam ſi, ut Pontifices ratiocinantur, mundus totus eſt in eorum poteſtate, quia ſunt vicarii Dei in terris, quid opus erat donatione Conſtantini, cum rei ſuæ acquiſitio nulla ſit: *l. 4. C. de contrah. empt.* & inutiliter eadem res nobis legetur: *§. 10. Inſt. de legat.* aut cur, quod meliori jure repoſcere potuiſſent, deteriori q. gratis accipere maluerunt? Si donatio Conſtantini valida fuit, cur nova donatione minus acceperunt, quam ex altera jure repetere potuiſſent? Sed licet hæc tam ſint inter ſe repugnantia & contraria; tamen autographa multò magis diverſa inveniuntur. Nam quod auctoritas pontificum recepit, *in c. Ego Ludovicus* multò pauciora continet, quam quod hic ex vaticana propoſuimus, & rurſus, quod *in c. Conſtantinus*, receptum eſt, multò eſt uberius, quam, quod hîc Freccia proponit, imò cum multa afferantur donationis inſtrumenta, ne unum quidem conſentit cum altero, ut infra oſtendemus. Scripturæ autem diverſæ, & fidem ſibi invicem derogantes, nihil habere firmitatis poſſunt, *l. ſcripturæ C. de fid. inſtrum.* & diverſæ donationes diverſa inſtrumenta requirunt. *l. ſancimus §. ſi quis autem C. de donat. l. quingenta, de probat.* Et ſanè iniquè agit cum Eccleſia Freccia, qui ad pauculas quaſdam reſtringit provincias, quod illa de toto Imperio occidentali intellectum cupit. Quid? quod Siciliam à Conſtantino diviſam proponit in eam, quæ ſit cis, & alteram, quæ ſit trans Pharum, cum tamen conſtet ante Caroli Andegavenſis in Italiam adventum, non fuiſſe niſi unam Siciliam notam. Summon. *lib. 2. hiſt. Neapol. c. 2.* Addit & terram comitiſſæ Mathildis à Conſtantino donatam, quam certum eſt, aliquot annorum ſeculis poſt vixiſſe & ſub Henrico IV. Imp. An. 1115. mortuam bona ſua teſtamento S. Petro reliquiſſe, quæ hactenus non beneficio Papæ, ſed Imperii poſſederat. Si igitur ea dono cepit, non habuiſſe certum eſt, quia ineptus eſſet, qui ſpeciali privilegio acquirere vellet, quod poſſideret jure publico. *l. imperatori ff. de reb. ant. jud.*

Nec Pipini, Caroli M. vel Ludovici Pii.

Nec minoribus difficultatibus laborant, qui hoc jus à Pipini donatione accerſunt. Hiſtoriis enim & rei veritati adverſantur, ſiquidem Sicilia & quicquid eſt trans Neapolim, nunquam in Pipini, Caroli vel Ludovici poteſtatem venit, ut non minus impudens videatur, ſi aliena donare voluerit, atque Papa, qui in more poſitum habet, ut de Antonio dicit Dion. *li. 49. de alieno liberalitatem exercere,* & ea donare, quæ ſua nunquam fuerunt, imò nec eſſe quidem poſſunt, id quod Crantzius quoq; notat *lib. 4. Metrop. c. 11.* cum retuliſſet, Leonem IIX. reſignaſſe Ottoni Regalia à Conſtantino & Carolo conceſſa, *quod ſc. ea reſignarit, quæ in ſua poteſtate nunquam habuiſſet.* Sed, quod majus eſt, ſummæ injuſtitiæ Pipinum damnant, ut qui & pacta ſua violarit, & rem alteri conceſſam, alteri attribuerit. Convenit enim

enim inter Carolum M. & Imperatorem orientis, ut hic Apuliam & Calabriam, ut à Juſtiniani victoria fuerat, retineret, Sigon. *lib. 4. hiſt. Ital in pr.* Summont. *lib. 4. hiſt. Neapol. c. 12.* Aventi. *lib. 4. Ann. Bojor* reliquum Italiæ, quo Longobardos depulerat, Carolo cederet, & neuter in alterius ditionis quicquam vel juris vel imperii prætexere haberet. Unde Otto M. ex Campania ad duces Saxoniæ ſcripſit: *Conſtantinopolitani Regis homines, dignitate inſignes, ad nos veniunt, pacem, ut audimus, petituri. Apuliam & Calabriam provincias, quas adhuc tenuere, niſi inter nos convenerit, dabunt.* Sigon. *lib. 7. hiſt. Ital.* Wittechind. *lib. 3. de reb. geſt. Saxon. in fi.* Baron. *tom. 10. Annal An. 968. §. 1.* Quæ autem eſſet iniquitas, aut quæ deceptio, unam & eandem rem duobus ſimul donare & concedere? Certè, ſicut, quæ viva voce donata ſunt, nec legari, *l. ſequens 68 de legat. II.* nec teſtamento relinqui poſſunt: *l 6. C. de teſtam* Ita & quæ ſemel donata ſunt, ulterius ad alium transferri nequeunt, quia non cenſentur eſſe in ejus bonis. l. *unum. 67. § ſi rem tuam ff. de legat. II.* Docuit autem eventus, donationem, ſi Papæ facta fuerit, fuiſſe luſoriam, quia Græcorum Imperator, tam Siciliam, quam Calabriam cum Apulia, ſemper in ditione ſua retinuit, & ſicut antea Exarchum ad regendam Italiam, ita in illas reliquas provincias miſit Catapanum, Imperatoris nomine jus dicentem, cæteraque ad nutum ejusdem gubernantem, cui pontifices nunquam de injuſta poſſeſſione litem moverunt, niſi quando Eccleſiarum bona diripere, aut jurisdictionem earum invadere videbatur. Nec Normannos quidem ſtatim conſuetis fulminibus, tanquam patrimonii Petri prædatores, abegerunt, ſed Leo IX. Nicolaus II. tum demum diris eos devoverunt, cum occupatis Apulia & Calabria non contenti, fines jurisdictionis Eccleſiaſticæ invaderent. Quid? quod Imperatores, Beneventum & ſimilia, quæ in inſtrumento donationis Eccleſiæ tributa Volateranus adfirmat, ſibi ſemper vendicaſſe hiſtoriæ docent. Nam Carolus M. Aragiſo Deſiderii regis genero, Beneventanum ducatum, Hildebrando Spoletanum permiſit, antiquo feudo jure erga ſe, quod erga reges Longobardorum fuerat, conſervato. Sigon. 4. *hiſt. Ital.* nec Beneventum prius venit in poteſtatem Eccleſiæ, quam Henricus permutatione facta, pro reditibus, qui ex Germania pontifici debebantur, donavit Leoni IX. urbem & cætera & in ducatu Beneventano juris regii oppida, ſed vicariatus nomine gubernanda, Chron. Caſſ. *lib. 2 c. 47.* Plati. *in Leon. IX.* de quo & dubitat Haiminſ. *in rat. conſt. Imp. ad Conſt. Henrici II. §. 2. v. 2.* Comitatum quoq; Averſæ Conradus Imp. Rainulfo Normanno confirmavit. Chron. Caſſin. *li. 2. c. 66.* Pandolphum comitem Theanum, Henricus I. inſtituit principem Capuanum, cum Neapolim, Capuam, Salernum, in ditionem ſuam redegiſſet, *ſi Contracto credimus in* Chron. Caſſin. *li. 2. c. 42.* cui Conradus ſubſtituit Guaimarium principem Salernitanum, qui cum principatum novem annis gubernatum

Apulia & Calabria pertinuit ad imperium Orientale.

Digitized by Google

Henrico II. reſignaſſet, is Pandolphum Pandolphi filium in patrium principatum reſtituit. *Admirat. in Guaimar.* Et cum Leo IX. papatum iniret, non tantum in ſuum, ſed & Imperatoris nomen civitates Campaniæ jurare coëgit. Sigon. 8. *hiſt. Ital.* Interim Normanni reliquam Italiam, quæ in diviſione Imperii Græcis relicta erat, impunè inter ſe dividebant, victis & profligatis duobus Catapanis, Dulciano & Eſaguſto, quem Malaterra Anonem vocat, quia occidentis Imperatores alieni Imperii rebus ſeſe admiſcere, niſi requiſiti, nolebant. Guilhelmus Apulus *in carminibus, quibus Normannorum res geſtas juſſu Vrbani II. deſcripſit, Malaterra,* Chronic. Caſſ. *lib. 2.*

Normanni ſe ultrò ſubjecerũt Eccleſiæ.

Normanni verò ipſi, ut contra Græcos tutiores eſſent, & ut ab excommunicatione, qua eos execratus erat Nicolaus II. ob Trojam occupatam, ut refert Platina, *quanquam Guilhelmus Appulus ejus non meminit,* liberarentur, homagium, quod Leo IX. oblatum recuſaverat, Nicolao II. dederunt, primusq; Robertus cognomento Viſcardus, quod Guilhelmus interpretatur aſtutum vel cautum, juravit, ſtipulatus pro annuo cenſu, duodecim denarios in ſingula juga boum & inveſtitus eſt Dux Apuliæ & Calabriæ. Chron. Caſſin. *lib. 3. cap. 13.* addit etiam Siciliam, quam totam adhuc Græci & Saraceni poſſidebant, & tamen in juramento, quod idem Robertus Gregorio VII. præſtitit, ita incipit: *Ego Robertus Dei gratia & S. Petri, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Dux ab hac hora & deinceps ero fidelis S. R. Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi, & tibi Domino meo Gregorio univerſali Papæ, &c. in Epiſt. Decret. Greg. VII. li. 3.* Rogerius, Roberti filius, qui Boemundum fratrem in ſucceſſione prævenerat, Urbano II. idem præſtitit homagium 1089. in concilio Melfitano, hominem ligium Eccleſiæ ſe profeſſus, ut narrat Gothofrid. Malater. *in Chron. de Norman.* quod & Guilielmus fecit ejus ſucceſſor, qui primum Paſcali II. & deinde Gelaſio II. demum Caliſto II. juravit. Plat. & Panvin. *in hor. pontif. vit.* Rogerius comes Siciliæ, qui per cognationem debitos ſibi principatus Guilielmi iniit, impetravit etiam ab Honorio II. quamvis invito, inveſtituram. Ugo Falcand. Franciſcus Maurolicus, Thomas Fazell. *in hiſt. Sicil. in Roger. I.*

Atq; ita patet, quomodo Apulia & Calabria in ditionem Eccleſiæ venerit, non per donationem Conſtantini vel Pipini, ſed per Normannorum ſpontaneam ſubjectionem, utq; contra vim græcorum non tam tuti eſſent, quam bonum poſſeſſionis titulum ſibi compararent, qua de cauſſa. & Johannes Anglorum Rex, regnum Angliæ Eccleſiæ feudatarium fecit, ut contra Ludovici galli & rebellium ſubditorum vires, quibus jam par non erat, præſidium ſibi pararet: & Scoti nimis in anguſtum coacti, ab Eduardo I. auxilia pontificis implorarunt, quod papa ita interpretatus eſt, quaſi regnum in fidem Eccleſiæ depoſuerint, ſiquidem ad Eduardum ſcripſit: *Abſtineret bello laceſſere Scotos, qui ſe Eccleſiæ dediderint,* cui tamẽ Angli reſponderunt.

Digitized by Google

derunt, *non potuiſſe Scotos ab Eccleſia recipi in patrimonium, cum longo jam tempore fuerint ſubditi & vaſalli regni Angliæ: Eccleſia v. non convenire ſubditos Principibus ſuis ſubtrahere, aut cum aliena jactura diteſcere.* Triv. Weſtmonaſt. *in Eduar. I. Literæ v. ſunt apud* Foxium. *p. 427.* Sed quicquid ſit de ſubjectione Scotorum, de qua nuper diximus, Normanni ſaluti ſuæ rectius conſulturi, ita ſe pontifici ſubjecerunt, quos an ſine præjudicio græcorum, pontifex recipere potuerit, infra patebit.

De Rep. Neapolitana.

Urbs vero Neapolis, quæ inde à tempore Conſtantini, Reip. Neapolitanæ, ſi Frecciæ *in ſi. lib. de ſubfeud. n. 25. & Chronico Neapolitano* Villanæi *credimus*, reformatoris, Ducibus & conſulibus ſuis paruit, unde ſub nomine Ducatus ab iſtius ævi ſcriptoribus & in inſcriptionibus quibusdam, quę ſuperſtites ſunt, ſæpe citatur, Rogerio I. ab Innocentio II. tradita dicitur à Blondo & Pandulpho Collen. *in Rog. I.* poſtquam inter eos, poſt captivitatem Innocentii, convenerat, ut Rogerius, tum Siciliam, tum Calabriam retineret: ſed ſine titulo Regio, cui cum Rogerius renunciare nollet, nec Innocentius, ut eum invitus indulgeret, adduci poſſet, Rex ad Anacleti II. Antipapæ partes vela applicuit, à quo & nomẽ regis & poteſtatem in Neapolitanos eum obtinuiſſe veriſimilius eſt. Chronic. Neapol. *lib. 1. c. 62.* Diaco. *lib. 4. hiſto.* Innocentius vero Lotharium Imperatorem accivit, qui cum Rogerio Calabriam & Apuliam vi eripuiſſet, illam quoque, jus belli ſecutus, tanquam rem Imperii, Rainulpho duci germano contulit, ſicut Diacon. refert. *lib. 4. quem* Plati. *in Innoc. II.* & Blond. *in hiſt. Sicil. ſequuntur*, aut ſicut Otto Friſingenſ. vexillum datum fuit Rainulpho, utriusq; & pontificis & Imperatoris manu, ut jus conferendi ad utrunque pertinere indicaretur.

Ex quo apparet, Imperatores, poſtquam virtute ſua acquiſiverunt has provincias, eas jure belli, quo acquiſita victoris eſſe dicuntur, *l. hoſtes ff. de capt. & poſtl. rev.* ſibi aſſeruiſſe. Sed gregor. VII. Alexand. III. & Innocent. III. furiæ fecerunt, ut jus ſuum negligere coacti fuerint, cum nec jus conferendi Epiſcopatus, quod jure divino & humano longaque conſuetudine iis confirmatum erat, retinere præ furore iſtorum potuerint. Cumque Henricus Lücelburgenſis Robertum Neapolitanum Regem, Piſas evocaſſet, & venire recuſantem proſcripſiſſet, Johan. Villan. *hiſt. ſui tempor.* Clemens V. edictum Imperatoris irritum fecit. Clem. paſtoral. *de ſent. & re jud.* Et quis miretur, ſi Siciliam ſibi ſubjecerint, qui totum mundum & Imperiũ ipſum ſibi vectigale fecerunt. Nam Rogerius non prius potuit pontificum pacem in leges conficere ſuas, ut Regi ſibi eſſe & appellari liceret, quam in eorum verba juraret, quanquam Sabellicus, & Collenut. à ſucceſſoribus Innocentii bellum ipſi non ulterius motum dicant, ſive quod minus vehementer rem Eccleſiæ urgerent, ſive quod Innocentii conceſſionem ſufficientẽ,

& legitimam agnoſcerent, ut vult Sigonius: ſive etiam, quod quidam eorum regnum ipſi confirmarit, licet de eo non conſtet, *ut conjectat* Blondus. Succeſſor vero Rogerii Guilielmus, qui ob malè geſtum principatum, Malus audit, regni confirmationem ab Adriano IV. petiit, quam cum non impetraret, armis occupavit, quod auxilio principum Adrianus ſibi eripuerat, & poſtea novis donis veniam admercatus, non tantum in fidem receptus eſt, ſed & regnum curavit ſibi tradi hæreditarium. Thom. Fazzel. *in Guil.* 1. Nec tamen Tancredus, quantumvis proximus hæres Guilielmi II. à papa confirmationem impetrare potuit, quod non expectato conſenſu pontificis à Siculis oblatum regnum unâ cum filio adiiſſet. Ea enim re irritatus Clemens III. regnum ad Eccleſiam recidiſſe contendit, & Cœleſtinus III. ad Henricum Imperatorem Friderici I. filium, detulit ea lege, ut cenſum annuum Eccleſiæ & auxilium contra omnes inimicos præſtaret, & cum regnum Siciliæ ſit hæreditarium, *ut in conſtit. quæ incipit poſt mundi machinam & in conſt. curia legitur*, juſſit ipſum in uxorem ducere Conſtantiam Rogerii I. filiam, ut Thomas Fazzell. Hugo Falcand. Blond. *& alii in hiſt. Sicil. teſtantur*, quanquam Collenut diſſentit, filiam eam naturalem vocans Rogerii, qui erat filius primogenitus Rogerii I. ſed prioribus aſtipulantur conſtitutiones Friderici, Henrici filii, qui Rogerium I. vocat avum ſuum *in conſt. Mulierum, & conſtitut. Divæ memoriæ. de revocatione feud.* Henrico filius Fridericus, huic vero Conradus itidem filius ſucceſſit, ſed invito pontifice, qui regnum Eccleſiæ vendicabat, quod Fridericus cenſum nunquam exolviſſet & execrabilis eſſet. Conradi frater Nothus Manfredus, pro Conradini ſui ex fratre nepotis tutore ſe gerens, ejus nomine rediit in gratiam cum Innocentio IV. cui ſe citra expectationem ultrò ſubmiſit. Blond. *in hiſt. Ital.* Thom. Fazz. *in hiſt. Sicil.* Sed cum, ſimulata nepotis ſui morte, regnum invaderet, nec Eccleſiæ bonis abſtineret, ab Urbano IV. regno exutus & Carol. Andegavenſis in ejus locum vocatus, ab Clemente IV. Romæ inveſtitus eſt. Bulla inveſtituræ ſic incipit: *Clemens IV. infeudavit regnum Siciliæ ultra & intra Pharum, excepta civitate Beneventana, Carolo I. regi Franco, pro ſe, deſcendentibus maſculis, & fœminis, ſed maſculis extantibus, fœminæ non ſuccedant, & inter maſculos primogenitus regnet.* Ibidem inter conditiones requiritur: *ut præſtet juramentum fidelitatis & ligium homagium faciat Romanæ Eccleſiæ.* Summont. *lib. 2. hiſt. Neapol c.* 12.

Regnū Neap. & Siciliæ feudū ligium Eccleſiæ.

Ex quibus omnibus conſtat, quomodo utrumq; regnum, ſiquidem ita cum pontificio diplomate loquendum, ultra & citra Pharum, non tantum ſit feudum, ſed & ligium Eccleſiæ, Barth. *in auth. poſt fratres C. de legitim. hæred.* Thom. Gram. *deciſ. Neap* 1. *n.* 31. Unde & hoc additum fuit in juramento Caroli. *Ne ſe patiatur* (ſic enim verba habent) *inungi in regem Imp. Romanum Teutoniæ, ſeu Dominum Lombardiæ, vel Thuſciæ, vel, majoris partis earum-*

earundem eligi, ſub pœna caducitatis, ſi infra quatuor menſes non renunciet. Item, *ne prædictas provincias occupet.* Item, *ſi contingat eum eligi, in Imperatorem, filiū ſuum ſucceſſorem à manibus Romani pontificis emancipet, & regno renunciet, nihil juris in eo retinens.* Item, *ſi filia fœmina nupta Imperatori, vivente patre, eo defuncto hæres exiſtat, non poſſit ſuccedere, & ſi delato ſibi regno, Imperatori nupſerit, cadat à jure.* Meminit etiam Plati. *in Clem. IV.* Collenut. *hiſt. Neapol li. 4.* Blond. *hiſt. Ital.* Et cum Carolus V. Candidatus Imperii eſſet, Leo X. inſtinctu Franciſci Galliarum Regis, ad Electores ſcripſit: *Audire ſe, quendam ad hunc honorem aſpirare, cui per leges non liceat. Nam reges Neapolitanos eſſe pontificis beneficiarios & fide data jam olim eſſe pactum, ne Rom. imperium appetant, ſed ut alterutro ſint contenti.* Sleid. *li. 1.* Cauſſa cautionis fuit, quod vel ligius duorum vaſallus nemo eſſe poſſet, vel quod pontifex nimis potentem vicinum nollet habere, ſicut Guag. *li. 7. pontificibus,* ſcribit, *ſemper ſuſpectos fuiſſe Reges Siciliæ, ubi proſpera uti fortuna cœperint,* vel denique, ut haberet, quem potentię Imperatorum opponere poſſet, cum quibus tum temporis ipſi perpetuæ erant lites. Sic enim Gregorius VII. Henrici III. vires diſſiparat, evocato ex Græcia Roberto Guiſcardo, cui non ita pridem Nicolaus II. Apuliam & Calabriam in feudum conceſſerat. *li. 3. Decret. Epiſt. Greg. VII.* Chron. Caſſin. *li. 3.* Sic Guilhelmus II. cum non aliter copia eſſet juvandi pontificem contra Fridericum Barbaroſſam, ſuis Galeris eum Venetias perduxit, *Chron. Neapol.* Villan. hoſpitioq; quo Imperator per totam Italiam illi interdixerat, recepit. Sic Robertus à Clemente V. creatus fuit Comes Romandiolæ, & generalis Eccleſiæ vicarius contra Henricum Lucelburgenſem. Angelo di Conſtanzo *nella hiſt. del. regno.*

Atq; hujus & Hieroſolymitani regni cauſſa Hiſpanus fiduciarius eſt Eccleſiæ. Quanquam Gothofredus Bullionenſis in libro, qui inſcribitur, *des aſſiſes & des Uſages & des plais de la haulte court de Reyaume de Ieruſalem*, cum dixiſſet, Regi in hoc regno licere feuda conſtituere, quot & quomodo velit, nec non donare, *a qui il viaut, & ſi franchement, comme il viaut, à yglize, à religion, à commune, a gent laye,* item, *quitter tout le ſervice, que lon li doit dou fie,* tandem addit: *Car il eſt de ſe ſegnorie ſegnor & chef, ne ne la tient d' autre ſegnor, que de Dieu* Chopin. *de priv. ruſt. li. 1. c. 10. n. 3.* *Regnum Hieroſolymit.*

Gallorum verò jugum excuſſit Carolus V. cum antea iis obligaretur, ratione Flandriæ, Arteſiæ, &c. pacificatione Madriciana Ferron. *li. 8.* Zenoc. *li. 1. de vit. Carol. V. Bell. li. bi.* Fidelitatis enim antea quam præſtitit Philip. Dux Auſtr. Atrebati. 1499. hæc formula eſt, rogante regis cancellario, *Vous devenez homme du roy voſtre ſouuerain ſeigneur, & luy faites foy & hommage lige pour raiſon de la pairrie & conté de Flandres & ainſi des contés d' Artois & Charolois, & luy promettez de le ſervir, juſques à la mort incluſivement, envers & contre tous ceux, qui peuuent vivre & mourir, ſans nul reſerver, de procurer ſon bien &* *Carolus V. ſe liberavit ab imperio Gallorum.*

eviter ſon dommage & vous conduire & acquiter envers luy, comme envers voſtre ſouverain ſeigneur. Autor, qui deſcripſit ritum in veſt. peculiari libell. Pace verò Cameracenſi, *tutta la ſuperiori ta de Fiandra & d' Artois (comme prima erano convenuti à Madril) fu abolita.* Ludov. Guicciar. *li. 2. hiſt. Belg. in pr.* Quomodo autem Madritii conventum fuerit, docet Franciſc. Guicc. *li. 16. hiſt. Ital.* ubi inter cæteras, has proponit conditiones: *Renunciaſſe il Re Chriſtianiſſimo & cedeſſe à Ceſare, tutte le ragioni dello ſtato di Milano, &c. d' Aras & di Tornai, di Lilla, & di Douai. Reſtituiſſe ancora la terra & Caſtello d' Edin, comme membro della contea d' Artois, con tutte le munitioni, artiglierie, & mobili, che vi erano, quando ultimamente era ſtato preſo. Renunciaſſe alla ſouranita di Fiandra, & d' Artou & d' ogni altro luogo poſſe duto da Ceſare.* Martin. du Bellay. *lib. 3. de ſes memoir.*

7. Quin & papa ipſe, ſi Sigonio *credimus*, exarchatum, Pentapolim, Ducatum Peruſinum, Romanum, Tuſcum & Campanum ita accepit à Carolo M. ut jus principatus & ditio, penes Imperatorem maneret. *lib. 4. hiſt. Ital.* Poſtea Rhegium, Mutinam, quæ Julius II. quaſi Romanæ Eccleſiæ beneficia, vindicare conatus fuit, & quicquid ex teſtamento Mathildis retinuit, cum ipſa Imperii vaſalla eſſet, non aliter, quam illa poſſedit, recipere potuit, quia res tranſit cum onere, *l. ſi ſervitus de ſervit. præd. ruſt.* Hartman. Hartm. *pract. for. lib. 2. c. 1. Miſcell. obſ. 20.* nec ob mutationem poſſeſſoris onus exuit. *l. uſufructu 7. §. unde* Celſus *l. 27. § ſi quid de uſufr. l. 2. l. 17. de alim. legat. l. generaliter 24. §. fin. de fideic. libert.* Nec verò donationem hic allegare poteſt, quia Vaſallus feudum invito Domino alienare nequit, multò minus in bona allodialia convertere. Nec id prætexere poteſt: Dignitatem pontificiam eſſe tantam, ut quicunque eò evectus fuerit, omne obſequii ſervitium exuere videatur, ſicut Magiſtratus ſervo conceſſus eundem à labe ſervitutis liberat. *l. Barbarius ff. de off. prætor. in fin. l. 2. C. de ſent. & interloc. omn. jud.* ex quo fundamento Fridericum ad Imperatoriam dignitatem evectum, petenti Domino fidelitatem denegaſſe, ſcribit Ardizo. *in art. feud. §. 28.* quod *omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli Deo & Romano pontifici,* additque à prudentibus reſponſum *aut feudum amiſſum fuiſſe, aut ducem ſubſtituendum.* Nam tum demum verum eſt, quod nuda voluntas principis liberum faciat. *l. apud eum ff. de manum.* quando ſervus eſt in poteſtate principis. De aliena enim libertate ſtatuere, nec principi licet, nec populo, *arg l. quæ religioſis in fi. de rei vindicat.* ſicut Barbarium ſervum de quo mentio fit *in d. l. 3. de off. præt.* à domino vindicatum & in priſtinam ſervitutem retractum fuiſſe Suidas teſtatur, *in voc. Barbar.* Ideoq; nec papa imperii legibus ſe exolvere poteſt, quando bona ejus poſſidere cupit. *Omnia* enim *quæ ad vitam terrenam ſpectant, ſubjecta ſunt terrenæ poteſtati,* ut ait Hug. de S. Victore *de ſacr. fid. li. 2. part. 2. c. 6.* & Ambroſ. *li. 1. Epiſt. 1. Non vi obnoxius eſſe*

eſſe Caſari, noli habere, quæ ſunt mundi: & Auguſt. *tract. 6. ad c. 1. Ioh. Noli dicere, quid mihi & Regi? quid tibi ergo & poſſeßioni?* Nam cum alias pontifex ſui gregis homines à juriſdictione ſeculari ſepararit, quando tamen de feudo controverſia eſt, patitur eos ſortiri forum Laici, *c. verum. c. ex transmiſſa de for. compet. c. cæterum de iud.* quia judex civilis procedit contra clericum, quando natura cauſſæ ita fert, *Auth. clericus C. de Epiſcop & clericis*, hoc eſt, quando de poſſeſſione agitur. *Natura* enim *cauſſa trahit ad ſe perſonam, non perſona naturam cauſſæ*, ut ait Bald. *in c. 1. n. 4. de contr. feud. apud pares term.* Sicut enim ex officio Epiſcopo: ita Imperatori ex poſſeſſionibus ſunt obnoxii clerici, *c. ſi qua cauſſa 11. q. 1. §. cum ergo in verbis Gratiani*, quæ jura adducit Guilhelmus de Cuneo *in d. auth. Clericus*, allegatus ab Angel. Aret. *in Inſt. t. de except.* idque ex conſuetudine obſervari ibid. dicit Cuneo: in Gallia, Johan. Faber, *in §. ſi vero reus Inſt. de ſatiſd.* Boer. *deciſ. 69. n. 7. & 20.* In Germania Mynſing. *cent. 1. ſing. obſerv. 22. n. 1.* Gail. *obſ. 30. n. 20. obſ. 32. n. 3. lib. 1. obſerv. pract. obſerv. 15. n. 5. de pignor.* Proinde nec pontifex effugere poteſt, quin ſi feudum accipere velit, cogatur præſtare ea, quæ Laicus præſtat, Bald. *in l. fin. in fi. C. ſine cenſ.* Afflict. *ad c. 1. §. Item ſi cler. de capit.* Corrad. cum & juramentum fidelitatis præſtet, Jaſon. *in pralud feud. n. 5.* & iiſdem ex cauſſis, ex quibus laicus, feudo cadat, *d. c. 1. §. Item ſi Cler.* & conſtitutionibus feudalibus non minus, quam quivis ex laicis, teneatur, ut eſt communis, Dd. ſententia. Zaſius *in procem. feud. n. 3.* Bald. *in pralud. n. 6.* Seiſſel. *in c. de defin. feud.* Weſ. *de orig. feud.* Roſenth. *c. 1. de feud. defin. concl. 9. in lit. C. & F.* Vult. *li. 1. feud. c. 1. n. 8.* Miranta *in ſpec. par. 3. n. 93.* & infiniti alii à prædictis citati. Feuda enim ſunt contractus, Zaſ. *ad l. princeps n. 5. de legibus part. 1. n. 5. de feud.* Duar. *in conſuet. feud. c. 2. n. 6.* & quæ ſunt de contractu, tacitè ſemper acta & conventa præſumuntur. *l. cum quid 3. ff. ſi cert petat.* Ex quo ſequitur, Clericos quando contractum ineunt, non ſolum conſuetudinibus generalibus, ut diſtinguit Franciſ. Curt. *in tract. feud. c. 2. q. 1. part. princip.* ſed etiam quibusvis Imperatorum vel Regum conſtitutionibus obligari, quippe quæ feudo ſemper intelligantur annexæ, ut benè docet Schrader. *tr. 1. de feud. part. 1. q. 2. n 5. & ſeqq.*

Vaſallus ſemper ſortitur forũ Laici.

An verò, qui alterius ſervitiò ſe illigat, cum ipſe ſit abſolutè in ſuo regno Dominus, jura majeſtatis propterea amittit? an verò diverſo reſpectu Rex eſſe poteſt & vaſallus, id quòd veriſimilius eſt, modò hæc duo inter ſe diſtincta conſerventur. Sic enim eundem videmus eſſe patremfamilias in ſua domo, in aliena mercenarium. Sic qui alterius civitatis civis eſt, in altera prædia poſſidet, huic quidem præſtat tributum & munera, quæ rei cohærent, *l. ſunt munera, de vac. mun.* aut intributiones *l. reſcripto l. ult. de muner. & honor.* vocantur: illi verò obedientiam patriæ debitam: *l. 4. §. 2. ff. de cenſib.* Sic Juriſconſulti dicunt, Germanos principes eſſe in ſuis provinciis Impera- 8.

Diſtinguitur inter regnum & perſonam Regis.

Imperatores. Unius tamen Imperatoris imperium comiter habere tenentur. Sed tunc diſtinguendum eſt inter *regnum & perſonam Regis*. Regnum enim Majeſtatem ſuam ex eo non perdit, quando perſonæ regis feudum aliquod adnaſcitur, ſiquidem regnum non obligetur ad præſtanda ſervitia, ſed is, qui feudum accepit. Accepit autem non qua Rex, ſed qua Vaſallus. Nec feudum ipſum coaleſcit cum partibus regni. Nam Guilielmus Conquæſtor Normanniam Galliarum Regi feudatariam, Roberto primogenito conceſſit, ſeparatam à corpore regni Anglici, quod penes Guilielmum Rufum manſit. Simon Dunelvvenſ. *Gemetic. & Guliel.* Et licet in Epitaphio Henrici Imperatoris & regis Siciliæ, Panorminella chieſa di Monreale legatur:

Imperio adjecit Siculos Henricus utroſq;
Sextus, Svevorum candida progenies.

Certum tamen eſt, Henricum regnum illud non adquiſiviſſe imperio, ſed ſtirpi ſuæ, in quo Conradus & Manfredus ſucceſſerunt ſine auctoritate imperii: Conradino quoque locus debebatur, niſi pontifices ſumma injuria id illi eripuiſſent. Imperii enim tanta eſt dignitas, ut nullius ſervitio aut imperio obligetur, ſicut nec Rex Franciæ, quanquam ratione Burgundiæ & Regni Arelatenſis imperio fidelitatem jure debeat. Delphinatus enim ea lege donatus Regi Galliarum, ut primogenitus ejus inde Delphinus vocaretur & Imperii vaſallus eſſet. Theodor. Nihem. *lib. 2. c. 25.* Perſona verò Regis, qui feudum habet adjunctum, majeſtate prædita dici non poteſt, quia accuſari, conveniri, condemnari poteſt, & ut verbo dicam, alterius ſervitio tenetur, quod directè contrarium eſt Majeſtati. *Nihil* enim ait Cic. *pro Dejot. tam inauditum, tam inuſitatum eſt, quam regem capitis reum eſſe.* Atqui Carolus Navarræ Rex & Comes Eburovix cauſam coactus fuit dicere in curia Regis Galliæ & parium, propter cædem Comitis ſtabuli, manus injectionem Jacobi Burbonii, qui comiti ſtabuli ſurrogatus erat, de more pati, & impetrata venia per interceſſionem Johannæ & Blancæ reginarum, genibus flexis, regis clementiæ gratias agere. Gnaguin. *li. 9. in pr.* Froſſard. *lib. 1. c. 154.* Nec diu poſt in vincula ab eodem rege ductus, *Id c. 156.* & cum inde dolo aufugiſſet & in Regnum Navarræ rediiſſet, *Id. c. 150.* omnibus ſuis bonis, quæ tum in Normandia, tum in Langedockio, fiduciario nomine, tenebat, multatus fuit. Froſſar. *lib. 2. c. 14.* Fuerunt enim Navarræ Reges ex Philippo Eburovice non ſolum vaſalli Regũ Franciæ, ſed & ſubditi: *Chron.* Dionyſ. *c. 33. ſub Carolo V.* ſicut & Carolus Andegavenſis, cui Urbanus IV. regnum Siciliense obtulit, & Gothofredus, quem Papa de regno Hieroſolymitano inveſtivit, & Balduinus, qui imperium Græcorum occupavit. Philippus enim Caroli, de quo diximus, pater, qui regnum Navarræ beneficio uxoris Johannæ obtinuerat, ex comitum ſubditorum Regni Galliæ ſtirpe

ſtirpe extractus, Reuſner. *in General.Capet.in Hutin:* patriam, propter majorem dignitatem non poterat magis ejurare, quam filius patriam poteſtatē ſi ad ſenatoriam dignitatem evehatur. Halyc. *lib. 2. l. 3. de adopt. l. ille à quo in fin. ad Trebell. l. 1. §. ult. ad Maced.* Hottōman. *q. illuſt. 35. verſ. Secundo ne ſummus.*

Cum autem omni modo difficile ſit, duorum dominio teneri, multò difficilius eſt, quando alteri ut ſubditi, aut ligii vaſalli ſubjecti ſumus. *Ligium* appello, quem & *homologum* Cujac. *c. un §. Duorum autem, de nov. form. fidel. c. un. in ad. im patr. fratr. in pat. feud. non noc.* Borch. *c. 4 num. 23. de feud.* ex conſtitutione Friderici de Ducatu Auſtriæ, *apud* Cuſpinianum, imitatione *l. ult. C. Th. de pat. vic.* ubi Colonus homologus nominatur. Roſenthal. *c. 2. concl. 4. n. 7.* ex Ludovici Grempii conſ. eundem intelligi putat per antiquū vocabulum Germanicum Lidia Mann, cujus in vetuſtioribus quibusdam inveſtituris fit mentio. Vocabulum ēnim ligium, teſte Alberto Crantz. *li. 4. Chron.* vocabulum Italicum eſt, & ſignificat potius confœderationem, quā totalem ſubjectionem, ut ait Crantzius. Et apud rudioris ſeculi ſcriptores tam ſtrictè non accipitur, ut in *c. un. factum patr. fratr. in feud. patr. & c. un. de feud. lig.* idque jam notavit Bodinus, *lib. 1. de Rep. c. 9.* ubi Ducis Geldrii juramentum profert, *Ego devenio Vaſallus ligius Caroli regis Francorum pro ratione quinquaginta ſcutorum auri, ante feſtum D. Rhemigii mihi ſolvendorum, an. 1401.* cum tamen conſtet, eos fœdus tantum inter ſe feciſſe, quod Trevirenſis Archiepiſcopus rectè intellexit, dum ſe ſocium ac fœderatum regis, non autem vaſallum, ut reliqui, appellarit. Froſſardus, cum narraſſet, Robertum comitem Namurcenſem ad partes Eduardi 3. tranſiſſe & ſtipendium trecentorum ſterlinorum accepiſſe, addit: *& ainſi devint il homme feal au Roi d'Angleterre, li. 1. c. 141.* Nullum tamen ab Anglo feudum habebat, ſed amicitiam cum eo contraxerat. Errat igitur, qui ex ſolis nominibus, ab auctoribus adhiberi ſolitis, rem æſtimare velit. Nam ſæpè pro confœderato vaſallum & ligium ſcribunt, ſicut Bodinus *d. c.* in fœdere inter Philippum Valeſium & Alphonſum Caſtiliæ regem, reges ſe invicem vaſallos conſtituere refert, & antiqui Anglorum hiſtorici, quando Reges Saxonum ſibi invicem, prout viciſſitudines rerum ſeſe dabant, aut his Scotos Vaſallos conſtituunt, de inæquali confœderatione potius loqui videntur, quam vera ſubjectione feudataria. De Taſſilone Duce Bojariæ, ſcribit Aimōn. *li. 4. c. 64.* quod *in manus Pipini Vaſſaticum manibus ſuis ſemetipſum commendarit, fidelitatemq; jusjurando promiſerit,* quod & Ado Viennen. & Richard. tradunt & Monach. Egoliſm. *in vit. Carol. M. Tradidit ſeipſum Carlo domino manibus in vaſſaticum & reddidit ei ducatum ſibi commiſſum à domino Pipino rege.* Annales tamen alii, *Ann. 781* ita tantum de pacto hoc loquuntur: *Taſſilo Dux Bojariæ apud Wormatiam ſacramento & obſidibus ſubjectionis ſuæ fidem fecit, hono-*

9. Ligium, homologum.

Abuſus nominis Ligii apud Hiſtoricos.

rificè remiſſus ad ſua. Aventin. *lib. 3. Ann. Bojar. In verba Pipini & filiorum ejus ipſe & proceres ejus jurarunt.* Theodulphus, cujus verba refert Paſquier. *lib. 2. des recerches de Franc. cap 11. Taſsilonem in ducatu Bojojariorum collocavit per ſuum beneficium. Pipinus autem tenuit placitum ſuum in Compendio cum Francis, ibiq; Taſsilo venit, in vaſſatico ſe commendans, ſacramenta jurans, fidelitatem regi Pipino promiſit, & filiis ejus, ſcilicet (puto ſicut decet) vaſſum recta mente & firma devotione.* Tam variè de una & eadem re loquuntur iſtius ævi ſcriptores, tamque ſine cura, ut ineptus ſit, qui ex illorum verbis argumenta firma vellet petere. Ita ſæpe apud eosdem, reperimus *legatos* à Martello, Carolo, Ludovico, aliisque regibus ad ſubditos miſſos, quos *magiſtratus* vel potius *commiſſarios* appellare debuiſſent, quia legati non meant niſi inter peregrinos. Hottom. *ſilius in pr. tr. de legat. in princ.* Ita ubique ferè Aimonius & Turonenſis, Reges Francorum *electos* à populo, pro *receptos* ejus conſenſu dixerunt, notante Fauchet: *lib 1 De magiſt. Francor.* & Archiepiſcopus Rhemenſis, antiquo ritu inaugurandi, cujus formulam exhibet Papirius Maſſon. *lib 3. hiſt. Franc.* ſibi tribuit electionem regis, ad quam tamen planum eſt ipſum nihil conferre præter conſenſum. Eduardus III. antequam conſilium de Francia invadenda cepiſſet, cum homaaium Philippo Valeſio Ambiæ generaliter præſtitiſſet, *de bouche & de parole ſeulement*, ut ait Froſſard. *li. 1. c. 25. ſans les mains mettre entre les mains du Roy de France*. Paulo poſt, ſcriptis in eam rem literis, quod generalibus verbis conceptum fuerat, ita explicat: *que le dit hommage, qu' il avoit fait en la citté d' Amiens, au Roy de France, combien, que par paroles generales fuſt, eſt & doit eſtre entendu, lige.* Præſcribit etiam formulam, quam ſucceſſores debeant impoſterum ſequi, ubi procurator Regis ita interrogat: *Vous devenez homme lige au Roy, & luy prometez foy & loyauté porter?* Vaſallus ita reſpondet. *Voire. Et lors le dit Roi de France, receura le dit Roi d' Angleterre & Duc de Guyenne au dit hommage lige, à la foy & à la bouche, ſauf ſon droict & d' autruy.* Froſſard. *d. loc.*

Nomẽ appoſitũ non dat ſpeciẽ cõtractus, ſed res veritas.

Nihil eſt in hac formula, unde æſtimari poſſit, quale Eduardus feudum acceperit, præter ſolum nomen ligii hominis. Sicut autem feudiſtarũ melior pars docet, Laudenſ. *lib. 1. de feud. t. 1. n. 47.* Tiraquell. *de retract. municip. §. 32. gl. un. n. 35. in fi.* Roſenth. *de feud. c. 2. concl. 3. n. 8.* Vulte. *de feud. lib. 1. c. 8. n. 22.* Schrad. *tr. feud. par. 2. c. 4. n. 2. & ſeqq.* Chaſſan. *conſuet. Burg rubr. 3. de fiefs. §. 3. verb. l' hommage n. 12. 16. 35.* feudum cenſeri ligium, etiamſi expreſsè in inveſtitura id non exprimatur, quod tamen, ut requiſitum neceſſarium poſtulabant Clarus *in §. feudum q. 11. n. 1.* allegans Curt. Jun. *part. q. 8. n. 22.* Molin. *in conſuet: Pariſ. gl. 5 verb. le fief. n. 6. p. 1.* quem refert & ſequitur Gail. *de arreſt. c. 6. n. 20.* Johann. Ferrar. *in tr. feud. lib 1. c. 6. diviſ. 6.* Nam Padius *l. 1. de ſtipulationib.* nihil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur,

Digitized by Google

l.certum,de reb credit. l. nomi-
datur,an vocabulis quibusdam demonſtretur : quatenus mutua vice fungantur, quæ tan-
natim 34.ff.de condit.& demonſtr. tundem præſtent.*d.l.certum l.11.de lega.III l.nominatim*& ibi Jaſon.*de liber.&*
*poſth.*Ita viciſſim putandum,ex eo ſolo,quod dicatur quis ligius,ligium non
fieri, niſi in re feudũ accipiat verè ligium , ut iisdem penè verbis tenet Bald.
*conſ.291.Ad evidentiam col.2.verſ.apparet libr.2.*ubi & addit? *ducatus comitatus*
& alias hujusmodi dignitates, quocunq; alio nomine vocentur;tales tamen manere,
quales ſunt : quia realitatem, ut ipſe ait, *potius inſpicimus , quam nuda rerum vo-*
cabula. In omni enim re mentem potius ſeu ſententiam , quam verba ſpe-
ctare debemus, *l. ſi quis filium. C.de lib. præter. l. ſi peculium §.ſi ſervus ff. de pe-*
cul legat.l.cum acutiſſ C.de fideicom. l.ſed Celſus § 1.ff.de contra.emt. l.ſi tam an-
guſti.de ſervitut Schrad. *de feud.par.2.c.1.num.18.19* Göddæ. *ad rubr.de v.ſign.*
n.19.l. quoniam 15. C. de teſtamen. nec quod quis affirmat vel negat , verum
putare, ſed quod evidentibus probationibus evincitur. *l. non Epiſtolis cum*
ſeqq. C. de probat. Propter noſtrum enim adfirmare vel negare nihil mutatur in
*re,*ut eſt ſumma *l.aſſumptio ff.ad municip.*Si tu mihi vendas inſulam,ut aliam
inſulam reficiam, Neratius reſpondit : *nullam eſſe venditionem,l.inſulam 6. ff.*
de præſcript. verbis, quia, ut ait Jaſon. *in d.l.falſa nominatio contractus , non vi-*
ciat contractum. Si reſpondeas *ex maternis eſſe bonis , quod paternum eſt , nihil*
reſpondiſti, inquiunt Impp. quia *falſa demonſtratione mutari ſubſtantia verita-*
tis minimè poteſt.l cum falſa.C. de jur. & fact. ignor. Si verbo *donationis alicui*
remiſſionem feceris ob ſterilitatem , non propterea donatio dicenda , ſed tranſactio.
l. ſi uno. in pr. ff.locat.cont. ut verba pro rei qualitate etiam contra proprie-
tatem intelligantur. *l.in lege 29. ff. eod.* Si quis quid donaverit , *nominatim-*
que addiderit, ut in Caſtrenſi peculio habeat, non tamen Caſtrenſi peculio adgre-
gatur, ſpectanda rei veritas. l. ſi forte. ff. de Caſtrenſ. pecul. Ligium igitur va-
ſallum tum demum aliquem putabimus , non quando talis vel ab hiſtori-
cis,vel ab eo,qui confert,appellatur, ſed quando contractui id includitur , 10.
quod ligium hominem facit. *Definitio*

Jam verò conſtat inter auctores,qui feudorum materiam tractant, al- *Feudi ligii*
terius ſubditum non poſſe fieri alterius vaſallum ligium,quia feudũ ligium
communiter definitur,teſte Kirchov. *in com.opin.theſaur. in verbo feudum li-*
gium,de quo fides præſtatur Domino contra omnes homines, idq; iisdem verbis aſ-
ſeritur in *c.un.de feud.lig.&c. Quoddam ſatis bene,F.iſt. fratr. fratr. in feud patr.*
non noc. quod eſt apud Cujac. *lib. 4. t. 93. & inſeritur alias in conſtitutionem*
Lotar. de probib. feud.alien. Quod enim *in hoc c.* dicitur.*nullo antepoſito ,* gl. *in*
clem. paſtoralis verb. homoq; ligius de ſent. & re jud. explicat. ex Speculat. per
hæc verba : *nullius alterius fidelitate ſalva,* id eſt, ita ut nemo mortalium ex-
ceptus intelligatur, contra quẽ non teneatur Domino opem ferre. Bald. *in*
*pral.feud.n.52.*Chaſſan. *in Conſuet.Burg.rubr.3. de fiefs §. 3. in verbo hommage.*
n. 11.

n.11.& ſeqq. idque omnes *ſcribere in d. conſt. Loth.* teſtis eſt Menoch. *Conſ. 2. n. 25. reſponſ. 1 in cauſ Finar. n. 25. 26.* & eſt communis ſententia Feudiſtarum, unde

11. *Majeſtas ſola poteſt vaſallum ligeum habere.*

& hoc porrò eliciunt: *non poſſe ligium vaſallum haberi, niſi ab eo, qui ſuperiorem non recognoſcit.* Bald. *in præl feud. diviſ. 7. n. 52.* Alvarot, *diviſ. 13.* Sonsbec. *part. 3. n. 20.* Rebuff. *in declar. feud. div. 10.* quia in aliis ſemper intelligitur ſuperioris majeſtas excepta, ut eſt text. *in c. 1. de vov. form. fidel. c. 1. §. fin. in fi. de prohib. feud. alien per Frider.* & Günther. *lib. 8.* verſibus expreſſit:

Præterea quotiens feudali jure recepto
Vaſallus Domino fidei juramina præſtat
Excipiendus erit Romanus nomine princeps. Roland. à Valle *conſ. 44. n. 2. vol. 2.* & omnes alii, quos affert Roſenth. *c. 2. concl. 3. in lit.* C. *de feud. diviſ.*

Ligius ſubjicit omnia ſua bona Domino.

Inde inferunt etiam hoc, quod *vaſallus ligius cogatur omnia ſua bona poteſtati & juriſdictioni Domini ſubjicere*, quam communem opinionem faciunt Clar. *in §. feudum q. 11* & Curt Jun. 1. *part. tr feud. q. 8. n. 26.* Sequuntur verò Specul. *in t. de feud. §. quoniam n 4. & ſeq.* Borch. *de div. feud. c. 4. n. 22. in fi.* Roſenth. *d c. 2 n. fin. & lit. 1.* Schrad. *d. c. 4. n.* [illegible]. Quod ſi jam fidelitas à ligio homine præſtita, alii fidelitati locum non relinquit, conſtat aliquem non poſſe ligium alicujus eſſe, cujus non ſit ſubditus. Nulla enim fidelitas ex pacto introducta tam ſancta eſſe poteſt, quæ pietati patriæ debitæ præponi debeat, nec ullus vaſallus tam arctè obligatur Domino, atque ſubditus Regi vel Reip. Horum enim obligatio naturalis eſt & immutabilis, § *ſed naturalia. Inſt. de jur. nat. gent. facit lex abdicatio* C. *de patr. pot.* divinoque mandato ſancita: illa non niſi ex pacto convento conſiſtit, poteſtque vaſallus multis ex cauſſis Domino renunciare, patriæ ſubditus nequaquam. *l. Curiales. C. ſi curial. relict. civit. lib* [illegible] *l. ycanlt.* C. *de reſcind. vend. l. ſi quis* C. *de munic ip.*

12. *Utrum Vaſallus obligetur Domino contra patrē.*

Nec immeritò durus textus videtur eſſe *in § fin. hic finitur lex deinde*, ubi vulgaris lectio eſt: *contra omnes vaſallus debet dominum adjuvare, & contra fratrem, filium, & patrem.* quanquam Cujac. *ad d. §.* hæc verba: *& patrem*, ab antiquo codice abfuiſſe notet, & proinde delenda ſuadeat, quam correctionem Hottoman. *ibid* dicit carere ratione. Qui verò literam textus ſequuntur, non alio clypeo ſe defendunt, niſi quod lex ſervanda ſit, quantumvis dura. *l proſpexit, qui & à quibus manum.* Iſern. Afflict. Præpoſ. *ad d. §. fin.* Clarus *in §. d. feudum q. 27.* Petr Ferrar. *in for. libell. quo agitur ad revocat. feud. in ver. contra debitum n. 3.* Borch. *d. c. 4. n. 24.* & communem dicit Zaſ. *par. 7 Epit. feud. n. 29.*

Variæ interpretationes d. text.

Alii legem ipſam omnino damnant. Felin. *in c. afferte. 2. notab ext. de præſumpt* Zaſ. *d par. 7. n. 30 & ſeqq.* Sonsbec. *par. 11. n. 35. & ſeqq.* quia legibus divinis & naturalibus adverſatur, & qui contra patrem armantur, in omni mundo infamia notantur. *c infames 6 q. 1* Schenck. *ad. d. §. fin. n. 5.* Alii variis modis diſtinguunt. Vultejus *c. 10. n. 32. li. 1.* civiliter vult accipi, ſi pater ſc. peccaverit in Dominum. Tum enim fruſtra ex jure naturali ſperare deberet.

patro-

Digitized by Google

patrocinium, qui jus naturale violavit. Sed hæc diſtinctio totam rem relinquit indeciſam: quia in omni feudi collatione, imò in omni contractu præſupponitur tantum obligatio ad juſta & honeſta. Nam ſi injuſtè Dominus patrem vaſalli offenderet, non deberemus quærere, an vaſallus contra patrem arma ſumere deberet, cum ne quidem contra hoſtem ſumere deberet, *gl. ad c. de forma, in verbo. honeſtum, 22. q. 5.* Roſenthal. *c. 8. concl. 20. de feud.* Bald. *c. 1. Quib. mod. feud. amit.* Zaſ. *part. 7. feud. Epit. n. 39.* ſed poſito: patri juſtum indictum eſſe bellum à Domino, tum quæſtio locum habet, an contra patrem ire filio liceat, pro favore Domini, & hîc reſpondet Roſenth. tum demum id licitum eſſe, quando contra patriam pater quicquam molitur, aut, ut Afflict. excipit *in c. Imperialem §. fin. n. 1. de proh. feud. alien.* per Frid. & Specul. *d. § quoniam n. 33.* Schenck. *ad d. §. fin n. 4.* contra Eccleſiam ſive religionem. *c. 8. concl. 14. n. 5.* Dei enim & patriæ cauſſa potior eſt, id quod, quoad patriam, rectè probavit Specul. *ubi ſupra*, immeritò repræhenſus à Zaſio *n. 33.* Nam ob patriam interfici poteſt pater, *l. minime, de religioſ. & ſumpt. fun. & facit l. poſtliminium § filius de capt. & poſtl. rev.* & cum alias filius teneatur alere patrem bannitum, ſi tamen bannitus ſit propter patriam, excuſatus habetur. Tiraq. *de pœn. cau. 20. n. 11.* Dominus ob eandem à vaſallo accuſari poteſt, *per gl. in c. 1 quæ fuit prima cauſſa, &c.* quam notabilem facit Laud. *c. 1. n. 7. de for. fid.* Nam alias gl. *ad c. de forma in ver. Honeſtum. in fi.* colligit: *ex d. c.* vaſallum perdere feudum, ſi accuſet patronum, ſicut patronus accuſando libertum perdit bonorum poſſeſſionem. *l. qui cum major ff. de bon. libert.* Borch. *c. 7. n. 42. in fi. de feud.* Zaſ. *par. 10. num. 40. per c. 1. §. ſimiliter, de conſuet. feud. rect. c. 1. § item ſi delator & ibi gl. quæ fuerit prim. cauſ. benef. amitt.* Cic. ait: *1. off. Chari propinqui, chari parentes, ſed omnes omnium charitates una complexa eſt patria. Hæc nobis carior nobis ipſis eſſe debet.* Cujac. *ad l. ex varia C. de delator lib. 10. arg. d. l. ubi Remp. deferens, etiamſi cauſſa cadat, delatorum tamen criminibus non tenetur, l. 2. in pr. de jur. fiſc. l. neminem C. ex quibus cauſ. infa. irrog.* & ſicut contra ſeipſum nemo debet armari, ita nec contra patriam. Quod ſi igitur maximè concedamus, vaſallo in favorem Domini licere arma capere contra patrem tamen non licet contra patriam, cujus reverentia & obligatio major eſt, quam patris, ut ſupra demonſtravimus.

Patria præfertur patri.

13. *Rationes, propter quas nemo queat obſtringi cōtra patriā*

Sed & totus ille § fin. non aliter probandus eſt, quam quatenus conſcientiam non lædit, nec jus naturæ totum invertit. Quæ enim contra naturam ſunt, nulla lege præcipi poſſunt, & habentur inter ea, quæ fieri non poſſe putantur. *l. non dubium. C. de ll.* Atqui legi tamen civili indultum eſt, ut, licet abolere jus naturæ non poſſit, *l. jura ſang. ff. de R. I.* diſtinguere tamē & limitare non prohibeatur. *D. d. communiter in c. Eccleſiarum, extr. de conſt. Dd. & gl. in l. fin. C. ſi contra jus vel util. public.* & ſic cum Schrad. *par. 6. c. 5. n. 2.* concedere debemus, licere vaſallo contra patrem arma induere in certis

Digitized by Google

caſibus, ſi ſit perduellis, *d.l.minimè*, ſi jus naturale & divinum ſusq; deque habeat,&c. Verum in patria hi caſus locum non habent, ideoq; nec ſubdito unquam contra eam pro Domino pugnare convenit. Nam & feudorum interpretes patriam in juramento vaſalli ſemper exceptam tacitè putant, Alvarot. *c.un.n.6.de nov.form.fidel.* Jacobin. *de feud. in ver.qui quidem in veſtit.n 15. in ver.& promiſerunt n.13.* Vult. *de feud.c.10 n.31.*Borch.*c.7. de feud. n.42 gl.in c. de forma.in ver. honeſtum 22. q.5.* quia obligatione generali non continebantur ea, quæ veriſimile eſt ſpecialiter quenquam obligaturũ non fuiſſe. *l.obligatione ff. de pign. & hypoth. c. licet in official. de off.vic.in 6.gl. in l. tale pactum §.ult.ff.de pact.* Tiraq. *ad l.ſi unquam C. de revoc.don.in. præf. n.171.* Nec juramento quidquam promiſſum intelligendum,quod ſit inhoneſtũ, aut contra bonos mores. *c.unusquisq; 22.q 4. c.non eſt obligatorium & ibi gl.* Dynus & Johan.And. *de Reg. I. in 6. l non dubium C.de ll. gl. in c. de forma in ver. honeſtum in pr. 22.q.5.* Quid verò inhoneſtius, quam necem intentare illi, unde vitam habes: bonis exuere eam,quæ te ditavit; & cujus beneficio tutus fuiſti, eam in omnia pericula velle conjicere? *Nullæ excuſationes ſunt*, ait Cic. *in 5. Philip meus amicus eſt, ſit patria prius, meus cognatus eſt, an poteſt cognatio propior eſſe, quam patria, in qua etiam parentes continentur?* meus Dominus eſt (addam enim & hoc,) an poteſt ulla tam ſancta fides eſſe, qua ea, quam patriæ dediſti, aboleri poſſit?

Nam,ut hinc extrahamus aliud argumentum, qui arma potius pro Domino, quam pro patre ſumenda,& illi prius,quam huic ſuccurrendum diſputant, juramenti religione maximè permoventur, ut *gl.ad.d.c. honeſtum* & Iſern. *in d. §.fin. n. 2.* rationem affert, quod filius quidem patri naturali vinculo, vaſallus autem Domino jurejurando obſtrictus ſit, quod liget fortiùs, cum juraverit per Deum. Præpoſ. *n.1.* Alvarot. *n 2.* Raven. *ad d. §. fin.* Clarus *in §. feudum. q.21. n.3.* Jam verò ſubditus non minus juramento obſtrictus eſt Reip. imò juramentum ſubditi ſanctius eſt, & arctius obligat, quam Vaſalli Iccirco magis ſervandum, quam quod domino datur, quod & iniquitatis ex eo accuſari poſſet, quia tam ſanctum jusjurandum deſtruit,& proinde nullum eſſet per ſuprà dicta. Sed excuſationem aliquam ita inveniant pro filio contra patrem ituro, at pro ſubdito contra patriam aut Remp. nulla eſt,quia hic juramentum non minus intervenit, quam inter Dominum & Vaſallum.

Præterea contra ſeipſum Vaſallus non obligatur, *gl. & Dd.* Iſer. Alvarot. Præpoſ. Afflict. Bald. *ad d.§.fin.* Jacob. de S. Georg. *in tr.feud. in ver. & promiſerunt n.13. gl. in c petito in ver. Specialibus de jurejur.* Eberhar. *in Top. loc. à lib.ad Vaſall.n.12.* quia nullus homini charior debet eſſe ſeipſo, nec rẽ alienam prius curare,quam ſuam, Alciat. *1 præſumpt. 52.* & ſi licet uti verbis Baldi: *conſ.312. viſis actu. col.1. lib. 4. caritas ordinata ſe plus amat in ungue pedis,*

quam

Digitized by Google

quam adverſarium in vertice capitis. Borch. *c.7. n.41.* Vult. *lib. 1. c. 10. num. 28.* Imò licet obligatio facta ſit contra ſeipſum, pro nulla habenda aſt, ut tenet Bald. *in c. 1. §. fin. de proh. feu. alien. per Frider.* utpote contra æquitatem & juſtitiam facta, cum officium ſuum nemini debeat eſſe damnoſum. Sebaſt. Medic. *de leg. & ſtatut. par.4. q.3 n 9.* Alioquin jura inducta ob favorem redundarent in odium. *l. quod favore ff. de ll.* Iniquum etiam eſt, & ut ait Imp. *crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum ſitientibus agris tuis ad aliorum uſum vicinorum injuria propagari. l. præſes. 6. C. de ſervit. & aq.* & qui vult Eleemoſynam ordinatè dare, incipiat à ſeipſo, *c. qui vult. diſt. 3. de pœnit. juncta gl. ibi in verb. ſeipſo & gl. in c. ſi non licet in verb. ſemetipſo 23. q.5. per l. qui ſervandarum ff. de præſcript. verb. l. ſi quis fumo ff. ad l. Aquil. Item gl. in c. petitio in verb ſpecialibus, de jurejur.* nec unquam teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere debet, *l. cum acutiſſimi. 30. in fin. C. de fideic.* Alciat. 1. *præſ. 9.* Forſter. *de ſucceſſ. lib. 4. c. 20. n. 5. in fin.* cum etiam donatio revocetur, ſi donanti nati fuerint filii, *l. ſi unquam ibi gl* & Tiraqu. *col. 1. C. de revoc. donat.* quia veriſimile eſt, ſi de filiis cogitaſſet, non facturum fuiſſe talem donationem, ne extraneos ſuæ poſteritati præpoſuiſſet *l. cum avus ff. de cond. & demonſt.* Gomez *var. reſolut tom. 2. c. 4, de donat. num. 11.* Quin & injuſtum eſt & gravius homicidio, ſibi ipſi manus inferre. *c. ſi non licet. 23. q. 5* Proinde ſicut Auguſtin. ratiocinatur *lib. 1. de civ Dei c. 17. 18. Non ideo, quia dictum eſt: Non feres falſum teſtimonium contra proximum, ſi quiſpiam adverſus ſeipſum falſum teſtimonium dixerit, ab hoc crimine ſe putaverit alienum, quoniam regulam diligendi proximum a ſemetipſo dilector accepit, quandoquidem ſcriptum eſt: diliges proximum tuum, ſicut teipſum.* Ita nos quoque inferimus, non, quia contra alios vaſallus domino auxilium promiſit, contra ſe quoque promiſiſſe intelligendus eſt, cum in generali ſermone non videatur contineri, quod quis præſumitur excipere voluiſſe, *l. obligationes ff. de pignoribus* ſicut Honor. III. bene reſpondit *in c. petitio de jurejur.* non prohiberi aliquem juramento, quin pro juribus Eccleſiæ, & ſuis ſpecialibus legitimè defendendis contra principem ſtare poſſit, unde gl. colligit *ver. Specialib.* quod *in generali ſermone loquens perſona intelligatur excepta*, ut eſt tex. *in l mercedem. 53. in §. fin. & ibid.* Accurſ. & Bartol. *ff. de act. emt. & vend.* & colligitur etiam *ex l. inquiſitio ubi Dd. C. de ſolution.* Bart. & gl. *cum* Gothofre. *ad l. Paulus 29. § fin. ff. de pignor.* Zaſ. *par. 7. feud. n. 34.* Schrad. *par. 6. c. 5. n. 13.* Borcholt. *c. 7. de feud. n. 41.* Sebaſt. Medi. *de legi. & ſtat. par. 4. p. 3. n. 7. & ſeq.* Colleg. Ticin. *in reſp. cauſ. Finar. n. 20.* Cum verò ſubditus ſit pars patriæ, qui contra patriam arma capit, contra ſeipſum capit eadem: quod cum concedi non debeat, ut demonſtravimus, nec id concedi poteſt, ex quo neceſſariò ſecutum fuit.

Porrò

Digitized by Google

Porrò textus *in d. §. fin. hic finitur lex*, quamvis vaſallum contra patrem obligari dicat, antiquiorem Dominum tamen ſemper excipit, *ut eſt ibi gl. fin. & Dd. communiter ſequuntur & in c. un. de nova for. fidelitat.* quia æquum eſt, ut, dicente Alvarot. *ad §. fin. n. 6.* ut potior ſit jure, qui prior eſt tempore, & jus acquiſitum ab alio ſine injuria auferri invito non poteſt. Roſenth. *c. 8. de feud. concl. 15. n. ult. in fi.* Nemini verò dubium eſt, quin ſubditus prius juramentum dederit patriæ, in quam ipſum non fortuitus aliquis impetus detulit, ſed natura ipſa deduxit, nec prius lucem, quam ſe inter cives cooptatum vidit. Itaque patriæ, cui prius juramentum debuit, nullo poſteriori juramento præjudicare potuit, quia juramentum non valet, quod præſtitum eſt in præjudicium alterius, *ut eſt ſumma & tex. in c. venientes de jurejur.* Denique ſi de natura ligii hommagii eſt omnia ſua bona cum perſona ſubjicere Domino, iterum planum eſt, ſubditum illud contrahere non poſſe, quia patriæ jus & jurisdictionem, quam in cives ſuos, eorumq; bona habet, auferre nullo modo poteſt.

Atque ita ſatis demonſtratum eſt, eum, qui alterius imperio mancipatus eſt, non poſſe fieri ligium vaſallum alterius, unde & non pauci ex feudorum commentatoribus in juramento fidelitatis, tam alios magiſtratus, quam Imperatorem excipi ſemper putarunt. Raynud. *in §. illud final. n. 2. de prohib. feud. alien. per Freder.* Afflic. *un. n. 7. de nov. for. fidel.* Jacobin. *in d. verb. & promiſer n. 21.* Hartm. Piſtor. *q. 47. n. 1. & 32. par. 2.* ex quo ſequitur, ut, qui cogitur alicujus perſonam excipere, non poſſit ſine exceptione contra omnes homines fidem facere, quod eſſe de ratione feudi ligii ſuprà oſtendimus.

14. Tantò autem ſunt efficaciores hæ rationes in principe, vel rege alterius Reip. quantò ille arctiori vinculo patriæ obligatus eſt. Iniit enim cum ea quoddam matrimonium, quod nullius alterius fidelitate diſturbari debet: Dedit ipſi ſolemne jusjurandum ſine exceptione contra omnem hominem, quod interveniente alio juramento deſtrui non poteſt. *c. intellecto, de jurejur.* Gabr. Rom. *lib. 6. com. opin. concl. 9. n. 3.* imò, ſi ſupervenerit, quia in præjudicium totius Reip. præſtitum eſt, pro nullo habetur, *per d. c. venientes de jurejur.* Unde non ſine ratione concludunt nonnulli: Piſtor. *d. q. 47. n. 35. & ſeq.* Molin. *in conſuet. Pariſ. t. 1 §. 2. gl. 4. n. 7.* Rolland. à vall *conſ. 44. n. 16. vol. 2.* revocari poſſe feudum, ſi Domino poſt acceptum à Vaſallo homagium ligium, conſtiterit, eum jam habere Dominum ſuperiorem, quia præſtare non poteſt, quod juramento promiſit, obſtante fidelitate, quam domino antiquiori dedit. Igitur Clemens IV. cum Carolum Andegavenſem ſibi conſtitueret hominem ligium, ut *in princip. bullæ, de inveſtit.* eum appellat, & Clemens V. Robertum, *in Clem. paſtoral. de feud. & re jud.* meritò hanc conditionem addidit, *ne imperium ambiret, vel oblatum acciperet:*

Fruſtrà conſtituitur Ligius, qui alteri ſubjectus eſt.

peret: ſed potius conſiderare debuiſſet, quod majoris momenti erat, quod idem Carolus erat non tantum vaſallus ligius, ſed & ſubditus regis Galliarum, cujus obedientiæ nullo jure ipſum Papa ſubtrahere poterat, ſicut nec Henricum Suevum propterea exemit à jurisdictione Imperii, quod eum ſibi vaſallum ligium conſtitueret. Sicut enim ſubditus, quâ talis, nullo tempore contra principem præſcribere: ita nec homo ligius, niſi renunciato feudo, Domini imperio ſe ſubtrahere poteſt, niſi tacitam Domini patientiam, pro conſenſu interpretari velis, eò quod, qui id geratur, ſciens, non contradicat, ſicut Reges Galliæ paſſi ſunt Normannos poſſidere ſimul regnum Angliæ, & retinere Normanniam, quam feudum ligium eſſe conſtat ex inveſtitura, qua eam tradidit Ludovicus Henrico filio comitis Andegavenſis, Aimon. *lib 5.c.54*. Item Philippum comitem Eburovicem non 15. prohibuerunt inire regnum Navarræ, ſalvis bonis feudataris, quæ in Gallia poſſederat, nec Carolum Andegavenſem, quò minus ſe ligium faceret Eccleſiæ. Ita enim Dd tradunt, quamvis duorum dominorum ligius nemo eſſe poſſit, *ut eſt tex. in cap. extr. ſi quis inveſtit. de feud lig. & gl. in Clem. paſtoral. in verbo homo ligius, de ſent. & re jud* Specul. *tit. de feud. §. quoniam. n 26.* Bald. *in c. cæterum n. 7. de judic.* Roſenth. *c. 2. concl. 4. n. 1.* Cujac. *c. un. de nov. for. fid. c. un. de feud. lig.* Clar. *in § feud. q. 11. in fin.* Jacobin *in tr. de homag. n. 6. communem dicens per c. grandi de ſuppl. neglig prælat. in 6.* Vultej. *lib. 1. c. 8. n. 21.* Gail. *lib. de Arreſt. c 6. n. 29.* poſſe tamen æquitatis intuitu concedi, ut ex poſtfacto, ſi vaſallum ligium contingat ſuccedere in feudo ligio alio, alterius fidelitati ſine exceptione ſe obſtringat: Jaſon. *in prælud. feud. n. 110.* Specul. Bald. *d. lo.* Molin. *in conſuet. Pariſ. t 1. §. 1. gl. 5, n. 6.* quod ſi in terminis rigoroſis intellectum velint, non effugient, quin contradictioni ſe implicent, ſiquidem feudum deſinit eſſe ligium, ut primum Vaſallus excipit alium. Vult. *d. n. 21.* Natura enim ejus deſtruitur, quæ in hoc conſiſtit, ut Domino ligio fidelitas præſtetur & ante & contra omnes homines, cujus obligationis tanta vis eſt, ut quæcunq; alia ſervitia excludat, aut prævertat. Quando verò quis alterius vaſallum ligium recipit, ex benignitate potius id indulgere videtur, ut ait Roſenthal. *d. conc. 4.* quod rigore juris denegare poſſet, idque colligitur *ex d. c. ſi quis inveſtit.* ubi ita deciſum eſt: *Rectius viſum eſt, quod per inveſtituram acquiſiverit, impedimento ei non eſſe, liceretq; ei per ſubſtitutum acceptabilem Domino priori ſervire.* Nam ſubſtitutum ita ſubornari poſſe dicit, ſi ſit Domino acceptabilis, ex cujus arbitrio dependet, an illum accipere velit, vel recuſare. Tum enim Dominus de ſuo jure intuitu æquitatis recedit, & pro Vaſallo ligio recipit non ligium. Neq; enim niſi æquivocè ligius dicendus eſt, cui definitio ligii non competit.

Abſq; ea verò Domini conceſſione fuerit, antiquioris Domini ſemper potior ratio habetur, atque ita Reges Angliæ, tanquam vaſalli ligii 16.

Digitized by Google

regum Franciæ, horum ſalutem omnibus rebus priorem æſtimare debuiſſent, quia prius erant hujus ligii homines, quam Reges Angliæ, & Frideric. II. Imp. rectè imperii partes potius ſecutus eſt, quam pontificis, quia regnum Siciliæ poſteriùs acceperat, nec nulla ratione nititur Bodinus, *1. de Rep. c. 9.* quando Carolum V. majorem fidelitatem debuiſſe regi Franciæ, quam Imperio, aut pontifici, ſcribit, eò quod antiquioris Domini prærogativa gaudebat rex Galliæ. Antiquiorem enim Dominum vocamus, non tantum, cui prius juramentum præſtitum, ſed etiam, quem priorem habuit is, qui primus feudum acquiſivit, *ut eſt tex. in c. un.* § *ſatis bene, de proh. feud. alien. per Lothar. quem* §. Cujac. Hottoman. Piſtor. *ſeparatim legunt*, & ibi Hottom. *in fin.* Belviſo, Afflict. Præpoſ. Schenk. *& communiter omnes teſte* Roſenth. *c. 8. concl. 17. n. 2. lit. C.* Zaſ. *Epit. par. 7. n. 23. & ſeq.* Schrad *par. 6. c 6. n. 7. & ſeqq.* Quanquam Belviſo excipiat, niſi poſteriori Domino prius juramentum præſtiterit, quod tamen Domini jus deterius facere non debet. Immeritò igitur Poloni accuſarunt Ludovicum Ungariæ regem, quod patrium regnum diligentius tractaret, quam aſciticium: Cromer. *hiſt. Polo.* aut Henricum Andium ducem, quem negabant habendum pro rege, niſi Reip. Poloniæ ſoli ſine exceptione ſe dare vellet: *In Epiſt. revocat.* aut Sigiſmundum III. quod Eſthoniam à Svecis ad Polonos transſcribere recuſaret Chytræ. *lib. 25. Saxon.* Nec Ungari jure ab Uladislao II petierunt, ut in Ungariæ maxima parte reſideret, Boëmiam tantum ex intervallo adiret. Bonfin. *Dec. 4. lib. 4.* Unitis tribus Arctois regnis in Margarita Danica, conventum fuit inter proceres, ut Rex primo anno in Dania, altero in Suecia, tertio in Norvvegiâ commoraretur Chytr. *2. Sax.* Non potuerunt enim ſalva fide & conſcientia aliter agere, ſicut Fridericus II Gregorio Sardiniam Eccleſiæ repetenti, Imperatoremque juramenti, de defendendo jure Eccleſiæ ſibi præſtiti, admonenti, reſpondebat, *primum ſacramentum ſe pro tuendis juribus imperii præſtitiſſe, ideoq; ad ejus obſervationem magis obligari* Sigon. *lib. 18. hiſt. Ital.* nec non Franciſcus I. cum urgeretur à Cæſare ad liberandam fidem, quam Madritii obligarat, præcedere dicebat juramentum, quod feciſſet Remis, de non alienandis rebus regni. Guicciard. *lib. 17. in pr.* Quanquam ea incommoda præmeditata eſſe oporteat, antequam alterius Reip. vel principem vel fiduciarium regem nobis conſtituamus. Perſpicuum enim eſt, non poſſe aliquem plurium dominorum ligium eſſe in ſolidum, nedum ut plurium Rerump. diſtinctarum princeps ſit, aut alterius vaſallus ligius. Neutri enim ſatisfacere, aut præſtare poteſt, quod promittit, cum pluribus in ſolidum communicare ſe non poſſit, niſi plures iſtæ Reſp. in unum corpus coaleſcant, quod accidiſſe videmus, cum Margarita tria regna ſeptentrionalia ſub unius imperium conjungeret, quanquam conjunctio illa inſtar perpetui fœderis tantum facta eſt, quemadmodum Græci olim lege

Prior Dominus anteferendus poſteriori.

Plus obligatur Rex veteri Reip.

Amphy-

Digitized by Google

Amphyctionis, aut Jones, qui ſedes tranſtulerunt ex Europa in Cariæ partes maritimas, aut Dorienſes, qui iisdem in locis urbes condiderunt, aut Latini ex conſilio & autoritate Servii Tullii: Halycar *lib 4.* aut noſtro tempore Helvetii, Rhæti & Valleſii, tam firmam inter ſe inierunt ſocietatem, ut multis unam conſtituere Remp. putentur. Sed Lituania Poloniæ verè unita fuit, cum Iagello Hedvvigin reginam Poloniæ duceret, ea lege, ut Lituani & Poloni æquo jure eſſent, & unius Reipubl. membra, iisdem legibus gubernanda: Crom. *lib. 14.* qua ratione Boruſſi poſtea in eandem Remp. cooptati ſunt, Priluſ. *lib 5. ſtat pol c. 3.* cum quieſcere nollent, priusquam in comitiis ſuos Senatores & Nuncios viderent, ipſi verò Polonis non cenſerentur inferiores, nec à corpore Reip. alieni. Eadem ratio Anglos & Scotos maximè movere deberet, ut regis edicto de uniendis duobus regnis conſentirent. Nec enim mutuæ utriusq; gentis æmulationes melius ſuffocabuntur, quam ſi earum cauſæ & gentium diſcrimina tollerentur, ſicut Romulus mixtos Romanis Sabinos, uno communi nomine, Quirites nominavit, ſublatoque irarum fomite, ex hoſtibus amicos, ex peregrinis cives, ex duobus inimicis populis, unicam concordem effecit Remp. Liv. *lib. 1.* Alberic. Gentil. *in diſcurſ. de union. Britan.* Nec Rex utrisque diligentius proſpicere poterit, quam ſi in unam Remp. coëant, Senatores ex Scotis & Anglis promiscuè legant, nec niſi una unius Inſulæ comitia conſcribi patiantur, qua via ad abolenda vetuſta odia commodiorem non inveniri putarunt majores eorum, quando Eduardo I. Margaritam unicam Alexandri III. hæredem, filio ſuo in matrimonium petenti, & Henrico IIX. Mariam Jacobi IV. unicam filiam Eduardo VI. depoſcenti tam facilè conſenſerunt, Buchan. *lib. 8. in pr. lib. 15. in pr. hiſt. Scot.* niſi fortuna eam felicitatem ad hæc tempora reſervaſſe videatur, quam cum uterque populus, tum præcipuè Rex, ambabus manibus amplecti deberet. Si enim, ut nunc ſunt, maneant diviſa regna, utrius rationem potiorem habere debet Rex, cum utriq; in ſolidum ſe dedere nequeat? An Angliæ, ut potentioris? atqui Scotia & patriam originis, & jus antiquius, & juramentum prius præſtitum opponet, quæ omnia regem Scotiæ obſtrictiorem faciunt, quam regno nuper acquiſito. Nec enim Cicero rectè ſub difficilem quæſtionem dicit: *Num veteribus amicis novi ſint anteponendi?* Cic. *in Læl.* cum antiquorum juri, novi præjudicium creare non poſſint, Alber. Gent. *lib. 1. de arm. Rom. c. 8.* ſicut Corinthiorum legati diſputant, *apud* Thucid. *lib. 1.* cum Athenienſes Corcyræos ſibi tanquam veteribus amicis præferre viderentur.

Sed ad propoſitum redimus, negamusque fieri poſſe, ut qui ope- 17.
ram ſuam uni addixit in ſolidum, eandem poſſit ſtipulari alteri, quod faciunt illi, qui cum Remp. gubernandam ſuſceperunt, externi principis ligios ſe conſtituunt. Quod, ſi conditio ligii vaſallagii talis eſt, ut bona

Digitized by Google

vaſalli Domini juriſdictioni ſubjiciantur. Colleg. Ferdin. *Imp. in conſ. cauſ. Finar. n. 29.* Menoch. *reſp. in ead. n. 27.* quomodo poteſt princeps ligium homagium alicui præſtare, cui non & regnum Rempublicamque ſuam ſubjiciat. Nam quanquam, ſi quæ ab aliis habet feuda, excipiant. Curt. *part. 1. q. 8. n. 22.* Speculat. *t. de feud. §. quoniam n. 33.* Jaſon. *in prælud. feud. n. 110.* id fit propterea, quod Domino præjudicari non poſſit, *ut ait* Jaſon. ſed quando Reſp. hæreditario jure ad principem devenit, illiusque propria eſt, & non precaria, de præjudicio ſibi facto, conquerendi cauſſam non habet. aut ſaltem, quicquid ex regno lucratus eſt, quia inter bona principis privata cenſetur, pro Domino potius, quam pro Rep. paratum habere tenebitur, quo nihil Reip. accidere poteſt iniquius vel detrimentoſius. Proinde quicquid promittant jurentve principes, fieri nunquam poteſt, ut idem ſit Rex abſolutè, & vaſallus ligius, modo ligium propriè, prout in conſuetudinibus feudalibus definitur, accipias. Nam diſtinctio Eberhardi in Topicis *in loc. de tanquam ſeu reſpect. n. 29.* recepta etiam à Sonsbec. *part. 11. num. 42. de feud.* Hottoman. *q. Illuſtr. 35.* Gail. *de arreſt imp. c. 6. n. 16. 17.* Camerar. *cent. 2. hor. ſucciſ. c. 59.* qua eum, qui plures qualitates habet, ſeu à diverſis Dominis feuda poſſidet, aliter conſiderandum monet, exempli gratia, ut ducem Brabantiæ, aliter ut Comitem F[illegible], ſicut Hermolaus in conjuratione contra Alexandrum M. deprehenſus: *non, inquit, te ut Macedonum, ſed ut Perſarum regem occidere voluimus.* Curt. *lib. 8.* & ſicut *lex tutorem 22. de his, quæ ut indign. auſer.* diſcernit jura tutoris & legatarii in eadem perſona: in vaſallo ligio locum non habet, qui non reſpectivè ut Marchio, vel Comes, ſed abſolutè ſecundum perſonam, vitam, & omnia bona ſua Domino obligatur. Roſenth. *c. [illegible] concluſ. 1[illegible]. n. 24.* Schoner *in theſ. feudal. diſp. 10 th. 35. lit. I.* Duare. *de feud. c. 4. n. [illegible] & 5.* Fontanon. *in prax.* Maſver. *t. 26. des fiefs n. ult.* Simplicem tamen vaſallum fieri Regem nihil prohibet, ſi inter regnum & perſonam regis diſtinguamus, ut ſupra declaravimus.

Reſpectus diverſi rejiciuntur.

18\. Ut enim regnum abſolutum ſit, quod ex perſona regis deterius fieri non poſſit: tamen perſona regis, qui homagium fecit alteri, Majeſtatem illibatam non retinet. Nam ſi Papa à Comite, aut Imperator ab Eccleſia feudum accipiat, inferior uterque habetur Domino, à quo inveſtitur, reſpectu feudi. Bald. *in l. ſed ſi hac lege § ſi libertus ff de in jus voc.* Zaſ. *part. 7. feud. n. 19.* Prædii enim qualitas, propter poſſeſſoris conditionem mutatam, non mutatur *§. l. 4. is vero ff. de cenſib. l. cum unus §. de reb. auct. jud. poſſ.* & agri, quibus onus adjunctum eſt, propter poſſeſſoris mutationem illud non deponunt. *leg. uſu fruct §. cum Celſus. leg. ſi pendentes 27. §. ſi quid, de uſufr. l. Paulus. 27. § ult. de leg. 111. l. 2. l. Lucius. 12. de alim. legat.* Comparatur enim vaſallus clienti, *c. un. de cont. inter dom. & vaſal.* & liberto *gl. in l. ſolo 30. C. de li. cauſ.* Bald *l. libertis col. fin. C. de libert. & eor. lib.* Afflict. *c. 1. §. ſed & qui de labor. Quæ fuit pri.*

Vaſallus inferior Domino.

cauſ.

Digitized by Google

cauſ. Alvar. *c.1.§.fin.de alien.feud.pat.* Menoch. *in tr. de recup. poſſ. reme.1. n.95. & ſeq.* Unde, ſi argumentum valet à liberto ad vaſallum, ut in plurimis valet, Eberhar. *in top. in lo. à liberto ad vaſall.* Molinæus *in conſue. Pariſ. t.1. §.1. gl. 4. n.46. & ſeq.* Mynſing. *in §. pœnales n. 40. Inſt. de act.* Roſenth. *c.1. concl. 11. num.1. de feud.* ubique tenetur vaſallus Domino ſummam exhibere reverentiam, adeò, ut ad privationem feudi ipſi imputetur, ſi literas Domini ſpernat, nec reverenter recipiat: Afflict. *c.1. §. fin. num.74. quibus mod. feud. am.* Schrad. *par. 9. c.1. n.8.* aut ſi contra dominum in judicio ſteterit, *c.1. §. Item ſi delator, quæ fuit prima cauſ. benef. amit. c.1. §. ſimiliter, de conſuet. rect. feud.* ſive ut accuſator, *d. § ſimiliter* Sonsbec. *p.12. n.46. & ſeqq.* Mozz. *ex quibus cauſ. feud. amit. n.50.* ſive ut advocatus, Sonsb. *n.48.* Mozz. *n.33.* ſive ut teſtis: *d. §. item ſi delator* Sonsb. *n.68.* Moz. *n.32.* aut ſi alia leviora in reverentiâ Domini commiſerit, quæ videre eſt apud Roſenthal. *c.10. de feud.* Zaſ. *par. 10.* Schrad. *par. 9.* Borcholt. *c.8.* Vultej. *lib.1. c.11.* Et neſcio, àn ejus reverentiæ majus ſit argumentum, quam quod ex ritu inveſtituræ deſumitur. Quid enim abjectius aut humilius, quam ſuppliciter Dominum adire, exutis armis, deligatis calcaribus, nudato capite, aliquando etiam genibus flexis, ſupplices manus in ejus, aut qui procurator pro eo conſtitutus eſt, inſerere, vexillumq; aut gladium accipere. Qua ratione Albertus Fridericus Dux Boruſſiæ una cum legatis Joachimi II. Electoris & Georgii Friderici Marchionis Brandeburgenſis vexillum accepit, à manu vicecancellarii Sigismundi Auguſti regis Poloniæ. Chytræ. *lib. 22. Saxon.* Libet aſſcribere modum inveſtiendi, regibus Neapolitanis uſitatum, prout eum deſcripſit Pontan. *lib. 2. de reb. geſt. reg. Ferdin. Alphonſi F. Sedet Rex medius, regia ſella, editiore loco conſtituta. Aſſident juxta eum ordinis optimates, ac proceres, ſtant inde purpuratorum frequentes ordines, loco quiq; ſuo. Regis ad pedes genibus innitens à dextra procumbit parte Epiſtolarum Magiſter, qui nunc Secretarius dicitur, ſiniſtra Antiſtes, Evangeliorum libros regio in ſinu ſtratos tenens. Horum medius genibus & ille procumbit immiſſus, qui in verba jurat, utraq; manu libris apertis impoſita: Magiſter Epiſtolarum verba præit, quæ juraturus in verba ſequitur. Igitur poſtquam Vrſus regios ad pedes provolutus palmam in codice utramq; expanſam ſtatuit, tum Magiſter præire verba cœpit, Vrſusq; ea eſt ſecutus. Vrſus ego Vrſinus Nolæ & Atripaldi comes, Aſculi, Lauri & Furini Dominus, &c. Peracto juramento manus è libris ſuſtulit. Tum Rex Vrſi manus utriusq; digitis pollicibus apprehenſis, ſuosq; intra pollices iis inſertis, devinxit illos ſuis, ſtatuitq; ſuper Evangelia, Hic rurſus Vrſus, Magiſtro præeunte verba: Ego me, inquit, cum liberis ſucceſſoribusq; meis Ferdinandi Regis mei, Domini mei, liberorum ac ſucceſſorum ejus ligium hominem ſtatuo, dedicoq; eumq; me hic ſiſto. His ter dictis, regios oſculatus eſt pollices.* Atque hic eſt uſitatus mos juramenti in verba Regum Neapolitanorum. Philippus Archidux Auſtriæ cum juraret fidelitatem Atrebati An. 1499. in nonnullis abjectio-

Ritus inveſtiendi apud Neapolitanos.

Digitized by Google

rem ſe fecit. Nec enim regi ipſi, ſed ejus cancellario fidem dedit, quem cum *Apud Gallos.* introëuntem humiliter ſalutaret, ipſe ne reſalutabat quidem, *Mit ſeulement la main*, ut ait autor Gallus, qui totum inveſtituræ ritum deſcripſit, *a ſon Chapeau, ſans autrement iceluy oſter. Puis s'eſtant aſſis, tout couvert de bonnet & chapeau, luy demanda, s'il avoit ceinture, dague, ou autre baſton. Lequel monſieur l'Archiduc en levant ſa robbe, qui eſtoit ſans ceinture, dit, que non. Alors monſieur le Chancelier luy miſt les deux mains entre les ſiennes & icelles ainſi tenant, mon dit ſieur l'Archiduc ſe veut incliner, monſtrant apparence, de ſe vouloir mettre à genoux, ce que mon dit S. le Chancelier, ne voulut ſouffrer, ains en le ſouslevant par le deux mains, luy dit ces mots: Il ſuffit de voſtre bon vouloir*: & cætera, quæ prædictus auctor perſequitur.

Regna autem per gladium, provincias per vexillum tradi dicit Otho Friſing *l. 2 c. 5* de quo etiam Güntherus *lib. 1. Auſtriad*:

Lege tibi vexillo, partem, quam diximus, ille,
Hic autem gladio regnum ſuſcepit ab ipſo:
Hunc etenim longo ſervatum tempore morem
Curia noſtra tenet.

Hottoman. *diſput. feud. c. 23.* Cujac. *in c. inveſtitura lib. 2. c. 2. de inveſt. feud.* Quin & per ſceptrum olim tradi ſolitos *Oſculum manus, aut gladii.* ducatus, Hottom. *d. lo.* demonſtrat *ex Sigebert.* & per enſem, ſi Baldo credimus & Alvaroto *in c. 1. n. 2. Quid ſit inveſt.* quem qui ab Imperatore adhuc accipiunt, humiliter deoſculari ſolent, Vulte. *de feud. lib. 1. c. 7. num. 20* ſicut olim ſuppliciter manus porrigebant & deoſculabantur, prout de Taſſilone
19. Bajoariorum duce ſcripſit Aimon. *lib. 4. c. 64.* quod *more Francorum in manus regis Pipini in vaſſaticum manibus ſuis ſemetipſum commendarit*, & Gregor. Turenſis *in Chronic. Factus eſt Beamundus homo Imperatoris, fidelitatis manualiter exhibito, & corporaliter præſtito juramento, qualem ſolent fideles Dominis ſuis ex-*
Y *hibere.* De ritu juramenti ſui Eduardus Anglus ipſe ita diſponit: *Le Roy d'Angleterre, Duc d'Aquitaine, tiendra ſes mains es mains du Roy en France.* Froſſard. *lib. 1. c. 15.*

Ad domū domini petitur inveſtitura. Atque ad hoc faciendum evocatus erat Eduardus, ut ibidem ſcribit Froſſard., quia ad domum domini inveſtitura petitur. Cujac. *c. un. in fin. de inveſt. vet. & nov. benef.* nec minimum eſt inter privilegia domus Auſtriacæ, daß die Ertzhertzogen nicht ſchuldig ſein vmb empfahung jhrer Lehen auſſerhalb deß Landes Oeſtreich nach zureiſen/ ſondern ſie ſollen jhn in demſelben Lande geliehen werden/ vnd ſo jhn das verſaget würde/ ſollen ſie das dreymal ſchrifftlichen erſuchen vnd erfordern/ vnd mögens demnach ohn alle furcht der Seligkeit beſitzen/ als hetten ſie es leiblich empfangen. Cuſpinian. *in Auſtr. in conſtit. Frider.* Münſter. 3. *Georg. c. de Auſtr.* Alterum verò, quod ſequitur, dignitati ejusdem domus plurimum addit: Denn derſelb Ertzhertzog zu Oeſtreich/ ſo jhm ſeine Lehen vom Reich geliehen werden/ ſoll er ſie empha-

empfahen/ bekleidet mit einem Fürſtlichen Gewandt/ vnnd er ſeinen Ertz-herzog Hütlin vmbfangen mit einem gezinnetem oder geſpitzten Krantz/ vnd ein Stab in ſeiner Handt haltend/ auff ſeinem Pferdt ſitzend / & additur: vnnd iſt mit ſolcher geſtalt der leihung für andern erhaben. Alii enim ſupplicum potius, quam principum in morem inveſtituram tenentur petere, hac ferè formula: *Illuſtriſſime Domine Princeps, ego humiliter & devotè à vobis peto, ut de hoc feudo, caſtro vel villa, quam mihi in feudum conceſſiſtis, quamq; à vobis & poſſidere, & recognoſcere debeo, inveſtiatis, atq; offero me paratum promptumq; vobis juramentum præſtans gl. & Dd. c. 1. §. nulla per quos fiat inveſt.* Jacob. de S. Georg. *ver. qui quidem inveſtit. num. 30.* Schrad. *par. 5. feud. c. 3. num. 2.*

Petitio inveſtituræ.

Quanquam verò per jus feudale vaſallus fidelitatem poteſt præſtare per procuratorem, *ut eſt tex. c. 1. §. ſed utrum ipſe, per quos fiat inv. gl. in c. tibi dom. verb. Et jurare. diſt. 62. Clem. 1. de jurejur.* Covar. *rub. de pact. part. 1. §. 1. n. 19.* & communiter teneri à feudiſtis ſcribit Weſenbec. *c. 8. n. 24.* Zaſ. *par. 7. feud. n. 20.* Borchol. *c. 7. n. 25. p. r. c. 1. §. item in inveſtitur. de nat. feudor.* Roſenth. *c. 6. concl. 27. lit. E.* Schrad *par. 5. c. 3. n. 1?.* Vult. *li. 1. c. 7. n. 32.* Vivius *in comm. opin. verb. juramentum p[...]*, tamen plerique ita limitant, niſi Dominus ſpecialiter vaſalli præſentiam requirat. *Sicut ſi Dominus*, ait Jacob. *in verb. quidem inveſtit. num. ?? per vultum videre vaſallum, quia fortè habet eum ſuſpectum, & vult eum admonere & terrere, in hoc caſu poteſt eum requirere perſonaliter.* Mozz. *de ſubſt. feud. num. 16. in fin.* Chaſſan. *conſ. Burg. §. 2. rubr. 3. in verbo: faire hommage, n. 4.* Vultej. *d. n. 22.* Quin etiam procuratorem non admittendum, niſi ex arbitrio Domini, quidam docent, ut Paul. de caſtr. *conſ. 424. incip. Laudatio, &c.* Specul. *de feud. §. quoniam* Bald. *in l. 1. ff. de adquir. rer. dom. in c. 2. de ord. cognitionum*, qui non abſurda ratione ad id inducitur, quam tangit etiam Bodin. *1. de Rep. c. 9.* quod juramentum fidelitatis habeat annexam exhibitionem reverentiæ, quam, *ut ait* Bodin. multum intereſt, an ab ipſius vaſalli perſona vel ſordido quopiã procuratore recipiat patronus. Sed cum in univerſo jure feudali maximè ſtetur conſuetudinibus cujusq; loci, in hoc caſu plerumq; obſervatur, ut vaſallus ipſe perſonaliter fidelitatẽ præſtet. Cujac. *c. un. in fin. de inveſti. vet. vel nov. benef.* Sic enim dicit Gregor. Turonenſ. *d. lo. moris fuiſſe, ut fidelitas juraretur manualiter & corporaliter.* In Gallia & præſertim conſuetudine Pariſienſi procuratorem non admitti, niſi juſta cauſſa impediat præſentiam vaſalli, aut Dominus conſentiat, teſtis eſt Molinæ: *in conſuet. Par. ſ. t. 1. §. 49. n. 1. & ſeqq.* & Philippus Archidux Auſtriæ præſens coactus fuit fidelitatẽ jurare in manus Cancellarii, *ann. 1499.* Atrebati, ratione Flandriæ, &c. *Autor Gall. in libell. continente ritum inveſtitur. totius.* Id quod conſuetudine Veromanduorum Bodin. *lib. 1. c. 9.* & in aula Electoris Saxoniæ itidem requiri indicat Piſtor. *q. 47. n. 59. lib. 2.* Primi ex Normannis

Vaſallus an fidem præſtare queat per procuratorem.

Quid conſuetudine receptum.

Digitized by Google

mannis Calabriæ & Apuliæ duces pontificibus ſemper præſentes homagium fecerunt, Robertus Nicolao II. Plat. *in Nic. II. & Greg. VII. lib. 3. Ep. decretal. Gregor.* Rogerius Urbano II. *Chron.* Gothofr. Malater. Guilielmus Paſchali II. *Id.* Idem fecit Innocentio IV. Manfredus nomine ſui pupilli, Blond. *in hiſt. Ital.* & Carolus Andegavenſis Clementi IV. Collenut. *in hiſt. Neapol. lib. 4.* Nonnunquam etiam pactis ita cavetur, ſicut Johanni Montfortio pacis articuli hac lege conſenſi ſunt, ut ipſe in Franciam veniret, fidem regi daturus. Froſſard. *lib. 1. c. 229.* Scotorum reges ſolebant etiam Anglis fidem dare præſentes, ut ſupra patuit, donec, Guilielmo per valetudinem impedito, fœderibus additum fuit, ne reges Scotorum, ſed eorum liberi jurarent in poſterum, aut ſe in fidem Angli darent, cujus tamen Anglici ſcriptores non meminerunt. Buchan. *lib. 17. in Guiliel. in fin.* Sic etiam inter Philippum Bellum & Henricum Anglum convenerat, ut Henricus fidem regi Francorum daret præſens, quod ſi morbum neceſſarium prætexeret, filium tamen primogenitum in Galliam jurisjurandi cauſſa mitteret, Bodin. 1. *Rep. c. 9.* & cum eo nomine citatus eſſet Eduardus III. à Philippo Valleſio, legatis à Parlamento reſponſum eſt: *Et dites ainſi au Roy voſtre ſeigneur, que noſtre ſeigneur le Roy d' Angleterre paſſera brievement par delà & fera tout ce, qu' il doit faire.* Froſſard *libr. 1. cap. 25.*

Abjectio Vaſalli erga Dominum.

Eum igitur, qui tam humili obſequio alterius imperio ſe ſubjicere cogitur, an principem abſolutum vel Regem liberum vocabimus? Hottom. *illuſt. q. 35. verſ. præſertim.* L. Piſo à P. Claudio Pulcro accuſatus haud procul à condemnatione aberat, cum fortuito auxilio haud dubiæ ruinæ metum vitavit. Cum enim proſtratus humi pedes judicum oſculando, os ſuum cœno repleviſſet, ſatis graves eum dediſſe pœnas, arbitrati ſunt, huc deductum neceſſitatis, ut abjiceret tam ſuppliciter ſe, aut attollere tam deformiter cogeretur. Valer. *lib. 8. c. 1.* Supplicii inſtar hanc abjectionem habuerunt, ex quo videmus, Græcos nulla ratione adduci potuiſſe, ut legi Perſarum ſe ſubjicerent, quæ, ut dicebat Artabanus, *honorare regem adorareq; eum, tanquam Dei omnia conſervantis effigiem,* jubebat, Plut. *in Themiſt. Xenoph. 8. Cyrop.* ne libertati ſuæ præjudicium crearent. Ne Lacedæmonii quidem, qui ſe Xerxi devoverant, ut violationem legatorum Perſicorum ſua morte expiarent, licet verberibus ſæpè fatigati, adduci potuerunt, ut regem adorarent, Herod. *lib. 7.* quod & Conon Athenienſis, licet claſſi Artaxerxis præfectus eſſet, ſedulò ſemper fugit. Juſtin. *lib. 6.* Thebanorum legatus cum Pelopida ad Artaxerxen admiſſus, & adorare juſſus, annulum in terram projecit, inclinansq; ſe eum ſuſtulit, itaq; ſpeciẽ adorantis præbuit. Plut. *in Artax.* Antalcidas verò Spartanorum legatus, quod contemptius à rege habitus eſſet, cum domum reverteretur, non tantum ludibrio ab inimicis habitus fuit, ſed & Ephoros metuens, ultrò ſe vita abdicavit. Plut. *in Artax.* Nec Themi-

ſtocles

Digitized by Google

ſtocles tam facile Artabani verbis perſuaſus fuiſſet, niſi fortunæ convenientem animum ſibi ſumendum putaſſet. Plut. *in Themiſt.* Calliſthenes non dubium vitæ periculum ſubire maluit, quam contra patrium morem Alexandrum colere, ut Deum, & Hermolaus in oratione, qua conjurationis in Alexandrum initæ cauſſas recenſet, *Tu*, inquit, *Macedonas voluiſti tibi genua ponere, venerariq; te, ut Deum. Miraris, ſi liberi homines ſuperbiam tuam ferre non poſſumus?* Curt. *lib 8.* Privati erant, ſubditi erant, quiq, Alexandrum, ut parentem, colere debuiſſent, ſicut in reſponſione ſubjicit Alexander. At regibus & Principibus, quam difficile fore putemus, ſi tam ſervilis obſequii jugum ſubire cogantur, quibus, dicente Tacito 2. *li. Ann. non tantum infima, ſed & mediocria inſolita videntur.* Certè Richardus I. Rex Angliæ totam rem Chriſtianam in diſcrimen ponere maluit, quam rege Galliarum poſteriorem ſe facere qui, quod alterum ſuum vaſallum eſſe diceret, primas ſibi vendicabat. Nec Eduardus III. quicquam in articulis pacis prius habuit, quam ut provincias, quas in Gallia fiduciario nomine tenuerat, proprias & cum ſumma Majeſtate poſſideret, cujus exemplum ſecutus Carolus V. quidvis potius ex pacto Madriciano remiſit, quam ut Flandria & Arteſia ad imperium regni Gallici redirent. Eò ſpectat etiam oratio Theſſaloni reguli Bojorum impatienter ferentis, quod Pipino ſe ſubjeciſſet: *decem liberos potius amiſero, aut libertatem quovis auro & gemmis chariorem, à majoribus, nobis quaſi per manus traditam, retinebimus.* Aventi. *lib. 3.* Unchamus Rex tributarium ſuum Chingi Tartarorum regem tam vilem habuit, ut cum filiam ejus in matrimonium expeteret, eam ſe potius ſacro igne conſumturum, reſponderet, quam ſervo ſuo elocaturum. Marc. Paul. Venet. *hiſt. Tartar. li 1. c. 52.* Archelaus indignius, quam regem decet, à Tiberio acceptus, rubore magis & dolore ob dignitatis ſuæ contemtum, quam morbo vitam finiit Tacit. 2. *Ann. Dion. lib. 57.* Nec immeritò Polybius Pruſiam regia majeſtate indignum cenſet, quod ſe Romanis vilius mancipio ſubjeciſſet, Liv. *lib. 55.* quem tamen ab iſta labe aliquatenus excuſatum reddit, quod ultrò nullius legibus coactus, talem ſervitutem ſubierit. Vaſalli verò quantumvis inviti reverentiam patrono exhibere coguntur. Et ſanè Johannem Balliolum, qui ſe in fidem regis Anglorum dederat, nulla res tam profundè pupugit, quam ignominia, qua ſe affectum putabat, cum à Macduffo in jus apud Anglum vocatus & citatus, cum per procuratorem reſpondere vellet, ipſe cogeretur ſurgere ex loco, in quo ſedebat Regi proximus, & ex inferiori cauſam dicere. Buchan. *lib. 8. in Ball. in pr.* Hac contumelia excitus, paulò poſt Anglorum imperio renunciavit. Si enim recogitemus, quanti fecerint Macedones, ſi cui liceret ſedenti, veſci cum rege: Curt. *lib. 8.* ſi multos mortales in non parva felicitatis ſuæ parte ponere videmus, quandò minus humiliter cum principibus, iis verſari licet, ſicut Antonium de Leva cum

P Caro-

Carolo V. nudo capite, ut mos eſt Hiſpanis, aſſiſteret, & is ipſum, quod pedibus malè haberet, deſidere juberet, reſpondiſſe accepimus: *mali ſui radicem non eſſe in pedibus, ſed in capite*, indicaturum Cæſari, ut caput ipſum tegere potius, quam deſidere permitteret: Pierre: Matth. *hiſtoir. de la paix* facilè eſt conjicere ex contrario, quantis cum ingratiis animique dolore alterius pedibus ſe aliquis advolvat. Ottocarus Rex Bohemiæ cum Rudolpho Habsburgenſi hominium præſtitiſſet pro regno Bohemiæ, uxor reverſum cubili ſuo dignari noluit, adeò ut ipſe cogeretur fidem præſtitam revocare. Münſter. *3. par. Gæog.* Augebat indignitatem ejus, quod Rudolphus antea patri Ottocari Primislao à ſervitiis fuerat, & cum juramentum flexis genibus in tentorio præſtaret, Rudolphus veteratoriè paſſus erat parietem delabi, ut ab omnibus conſpiceretur, qua fraude Rex Polonus etiam in Stephanum Walachiæ præſidem uſus eſt, quem diſciſſo tentorio omnibus ſpectandum exhibuit, unde ipſe à fide data defecit, ignominiam pro virili ultturus. Omnium verò viliſſima inaugurandi ratio eſt, qua ducem Carinthiæ principatum inire Münſterus ſcribit *lib. . Gæogr c. 450.* Illi enim agreſtibus veſtibus amicto, baculoq; bovem & equum modo paſtorio agenti, ruſticus ſuper tabulam marmoream elevatus, impacta alapa, principatum in manus tradit ea lege, ut ſe Chriſtianam fidem defenſurum, & ſalutem immunitatesq; provinciæ conſervaturum, juſticiamq; unicuiq; facturum ſpondeat. Deteſtabile verò etiam eſt juramentum, quod Jacobus Baſtardus Regis Cypri Suldano Ægyptiaco præſtitit: adjurato enim quadragies Deo, ſic ait: *Per Deum magnum & altum, miſericordem & benignum, formatorem cæli & terræ, & per ſancta Dei Evangelia, per S. baptiſma, per S. Iohannem Baptiſtam atq; omnes Sanctos, & per fidem Chriſtianam promitto & juro, quod omnia, quæ novero, aperta erunt Domino meo altiſsimo Soltano Ægypti & totius Arabiæ Imperatori Alleſſerapho Aſmali,* & poſt contenta in juramento, *Quod ſi quid horum neglexerim, ero Apoſtata & mandatorum S. Evangelii Chriſtianæq; fidei prævaricator. Dicam Evangelium falſum fuiſſe, negabo Chriſtum vivere, & matrem ejus virginem fuiſſe. Super fonte baptiſmatis Camelum interficiam, & altaris presbyteris maledicam, Divinitatem negabo & ſolam humanitatem Chriſti adorabo, ſuper altari cum Iudæo fornicabor, Sanctorum patrum maledictiones omnes in me rejiciam.* Paradin *in Chron. Sabaud. lib 3. c. 49.*

Ut dux Carinthiæ ineat principatum.

Sed reverentia patrono exhibenda, quanquam ingenuo, ne dum regio animo ſummè gravis eſt, tamen minima eſt in hoc negotio, ſi referatur ad ſervitia, quæ Vaſallus ſubire tenetur. Controverſum quidem eſt, & apud feudorum interpretes indeciſum, an ſervitia feudo ſint ita neceſſaria, ut ab eo ſeparari non poſſint, quod non parvæ auctoritatis JCtis placuit. Præpoſ. *c. 1 n. . § ſed quid ſi Dominus de feud. in quib cauſ feu. am. t* Afflict. *ibid. num. 46. cum ſeq.* Laudenſ. *cap. 13.* Borcholt. *c. 1. n. 29* Roſenth. *c. 8. concl. 4. num. 4.*

Servitia Domino à Vaſallo debita.

num. 4. & ſeqq Schrad. *par. 6. cap. 6. num. 3. & ſeq* Obertus enim manifeſtè *in c. 1. in fin. ex quibus cauſ. feud. am* finem beneficii feudalis facit, ut Vaſallus & ejus hæredes Domino fideliter ſervant, & qui contrarium tenent, ſervitia videlicet non requiri neceſſariò, And de Iſern. *cap. 1. num. 9. ex quibus cauſ. feud.* Pauſ. *conf. 23. num. 21. & ſeqq. lib 1.* Seiſſel. *de defin.* non aliter hoc intelligunt, quam eſſentiam feudi in ſervitiis non conſiſtere, cum feudum Francum conſtitui poſſe dicant, in quo ſervitia prorſus ſint excepta. Cujac. *in præl. feud. in fin.* Schrad. *par. 2. cap. 2. num 32. & ſeqq* Mozz *de accident. feud. num. 31.* Molin. *t. 1. § 2. gl. 4. num. 1.* In regulari autem natura feudorum, licet ſervitia non ſint ſtipulata, contineri tamen intelliguntur, quia in dubio juri communi contrahentes ſe conformare voluiſſe præſumuntur, Bal. *in l. ſi duo. 38. de acquir hær.* & ſecundum naturam facienda interpretatio Bald. *in l. fin. C. com. divid.* De natura autem feudi eſt, ut vaſallus Domino ſervitia exhibeat, *c. un. § ſed quia non ſuff. de form. fidel. c. un § firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. c. un. § 1. & § fin. hic finit lex.*

Fides verò vel fidelitas, *c. 1. § fin. per quos fiat inveſtit.* ex conſenſu omnium ita ſequitur naturam feudi, ut ab eo non magis, quam eſſentia à re ſeparari poſſit. Alvarot. *c. 1. § 1. num. 6. quæ fuit prim. cauſ.* Cujac. *in præl. feud.* Mozz. *de ſubſtant. feud. n 1* Zaſ. *in tr. feud p. ult. n. 34.* Schrad. *par. 2. c. 2. n. 25. & ſeqq.* Weſenbec *de feud c. 8. n. 19.* Curt *tra feud. 7. q. 1. par. prin.* Vulte. *lib. 1. feud. c. 6. n. 7.* Fidelitas verò hæc ſex continet; *Incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile: c un. de form. fidel. c. de forma. 22. q 5. & ibid. gl.* quæ tenetur Domino Vaſallus ubiq; præſtare, & niſi præſtet, de feudo periclitatur. *c. 1 § ſed non eſt alia, quæ fuit pri. cauſ.* Qui verò alterius ſervitiis tam religiosè obligatur, eum ne regem aut Monarcham dicemus? quem ſupra definivimus, cui omnes ſerviunt, cum ipſe nullius ſervitio teneatur. Cum enim ſint tria ſervitiorum genera ex doctrina Stoicorum, *apud* Diog. Laert. nullum eſt eorum, quod non ſubjectionem habeat conjunctam. Et quanquam minora feuda ex pacto conſtitui poſſint, ſine ſervitiis: tamen majora, de quibus hoc in loco nobis ſermo eſt, ea ſemper habent alligata. Rex Neapolitanus ex aurea bulla Clementis IV. præter penſionem maximam tenetur *in ſubſidium terrarum Rom. Eccleſiæ ad inquiſitionem pontificis mittere 300. equites bene armatos, ita ut unusquisq; habeat tres ſaltem equos, ſuis ſumptibus per tres menſes quolibet anno.* Item *tenetur habere mille equites ultramontanos paratos pro negotio fidei ſub irritatione infeudationis à Rom. Eccleſia, &c.* Unde Robertus Guiſcardus, qui tum temporis de Apulia inveſtitus erat, coactus fuit Dalmatiam & Macedoniam non dubiam prædam hoſtibus relinquere, ut Gregorium VII. ab Henrico III. obſeſſum liberaret. Summont. *lib. 1. hiſt. Neap. c. 15.* Robertus I. Rex Neapolitanus conſtitutus fuit defenſor Eccleſiæ contra Henrici Lücelburgenſis, qui timebatur, impetum. *Id. lib. 3. c. 3.* Alphonſus Si-

P 2

ſus Siciliæ Rex juſſus contra Florentinos arma capere ad vindicandam injuriam, qua Eccleſiam affecerant, legato ejus, ut indutus erat pontificali ornatu, in crucem acto. Bodin. 1. *de Rep. c.* 9.

Ob neglecta ſervitia datur judiciũ in Vaſallum.

Quod ſi quis ea ſervitia detrectaverit, en illi paratam curiam Parium, paratum ſupplicium. Nulla enim juſtior feudum amittendi cauſſa eſt, quam ſi quis ſervitium facere recuſaverit. *c. un. §. ſed non eſt alia & ibi Dd. quæ fuit prim. cauſ. amit. benef. c. 2. §. adhæc Hic finit. lex. cap. imperialem §. firmiter ibi Dd. de probib. feud. alien.* Afflict. *in c. §. fin. n. 18. c. n. 20. Quibus mod. feud. amittat.* Curt Jun. *par. 4. n. 61. cauſ. 28.* Borchol. *c. 8. n. 111.* Roſenth. *c. 10. concl. 15. n. 7. & ſeqq.* Schrad. *par. 9. c. 1. num. 3. cauſ. 3.* Cujac. *ad c. 1. lib. 3. in fin.* Schneidevvein *par. 3. c. 1. n. 16. allegans jus Saxonicum* Landrecht *art. 14. in gl. n. 3. in fin.* Duarer. *c. 14 n. 12* Zaſ. *in Epit. par. 10 n. 18 & ſeqq. cauſ. 3.* Hartman. *in pract. obſerv. 50. de feud. obſerv. 30.* Qui enim fidem conventionis non ſervat, ejus emolumento privatur, Bald. *in c. un § porro quæ fuit prima*; nec debet recipere, quod oportet, qui non facit, quod oportet. Bald. *in cap. un. qualiter. dom. propr feud. priv.* Borch. *c. 8. n. 111. de feud.*

Detrectãs judicium privatur feudo.

Si quis judicium recuſaverit, feudo exuitur, prout explicant magis communiter verba illa: *Si quis domino ſuo juſtitiam facere noluerit, c un. §. Illud. tamen. Quæ fuit prim. cauſ. per c. un de mil. vaſall. qui contu*: quò ipſe Obertus innuit ſe reſpicere. Cujac. *c. un. §. poſſunt & hæc de benef. quid ſit & quib. mod. amit.* Schrad *par. 10. c. 7. num. 5.* Curt. *par. 4. c. 60.* Zaſ. *par. 10. n. 61* Borch. *c. 8. n. 109.* Vulte. *lib. 1. c. 11. num. 24.* Hottoman. *in diſp. feud. 41. verſ. Decima tertia cauſa ad d. § illud tamen.* Et ſic, ſcribente Turpino *in Chron.* Johannes Rex Angliæ ob interemtum Arturum comitem Britanniæ, à Baronibus, apud Regem Franciæ, cujus vaſallus erat, accuſatus, cum comparere nollet, poſt multas citationes per judicium Parium exhæredatus eſt. Ottocaro regi Bohemiæ abjudicatus fuit Ducatus Auſtriæ & Stiriæ, quod ad concilia Pariũ vocatus venire recuſaret: Münſter. *li. 3. coſmogr. c. 514.* & Comes Montfortius per ſententiam Parium exutus fuit ducatu Britanniæ, inter cæteras etiam ex hac cauſſa, quod ſine venia judicium deſeruiſſet. Arreſtum tale datum fuit: *Combien, qu'il fuſt ainſi, que le Conte de Montfort y euſt aucun droict, ſi l'avoit il forfaict par deux raiſons: L'une, pourtant qu'il avoit relevè d'autre Seigneur, que du Roy de France. L'autre, pource qu'il avoit transgreſſè le commandement de ſon Seigneur, & briſè ſon arreſt & priſon & s'en eſtoit parti ſans congè.* Fruſſard. *lib. 1. c. 71. L'abregè de la Chaux auch. 24. La mer des hiſtoir. in Philipp. Valleſ.* Utraq; enim felonia privatione feudi punitur, ut eſt tex. de alienatione, in *c. 1. in fin de feud. ſin. culp. non amitt. c. 1. de vaſ. qui cont. conſt. Loth. c. 1 in pr. de probib. feud. alien, per Lothar. c. 1. in pr. de probib. feud. al. per Frider c. § fin. quæ fuit pri. cauſ.* Certum autem eſt, quod, qui feudum recognoſcit ab alio, quam vero Domino, illud alienare nitatur. Johan. Andr. Hoſtienſ. *c. ea te.*

Et ibi

Et ibi Abbas *n.5. extr. de jurejur.* Thom. Gram. *conſ.31.n.2.* Jacobin. *in verb. dictiq; vaſalli.* De eo verò, qui ſine licentia à judicio Parium recedit, text. eſt in *c.§. illud tamen, quæ fuit pri. cauſ.* quia deprehenditur in manifeſta contumacia, Anto. de Butr. *c.1.& ibi Dd.n.10. de judic.* Schrad. *par.9. cap.7. n.24.* & proinde juſtitiam Domino non facit. Jam verò Majeſtati nihil tam eſt contrarium, quam accuſari, aut cauſam in alieno foro dicere, ſicut retro oſtendimus: & Fridericus II. Imperator, cum Thadæus ejus legatus, ut ipſe in concilium Lugdunenſe ad cauſam dicendam veniret, ſvaderet, conſilium repudiavit, negans, *imperatoriæ dignitatis eſſe, ſeſe in jure de crimine ſiſtere.* Sigon. *li.18. hiſt. Ital.* Nec Balliolus prius, quantum ſuæ majeſtati detractum fuerit, ſenſit, quam cum in judicio ſtans facti ſui rationem reddere cogeretur. Buchan. *li.8.* Nec Princeps Walliæ hæc duo ſimul ſtare poſſe putavit, habere jus ſummum majeſtatis, & citari in jus. *Si m'a quitte, dit il, tous les reſſorts; nul ne peut former aucun appel contre moi.* Froſſard. *li.1.c. 248.* Unde neceſſariò inferimus, eum, qui feudum recognoſcit ab alio, majeſtatem non habere: multò minus verò regna abſolutè eſſe, de quibus, qui inveſtitus eſt, alteri jurat fidelitatem, ad quam rem probandam proximè adducta argumenta eò plus habent roboris, quò minus locum habet diſtinctio diverſorum reſpectuum. Rex enim hic jurat fidelitatem, non quatenus Dux vel Comes, ſed quatenus Rex nec de aliquibus terris, ſed de toto regno fidelitatem præſtat. Tale eſt regnum utriusq; Siciliæ, ut ſupra deduximus: Sardiniæ & Corſicæ, quod Arragonibus in feudum datum fuit ea lege, *ut præſtent homagium ligium vaſallagium plenum & fidelitatis juramentum; cum cenſu duorum millium marcarum argenti, bonorum & legalium ſterlingorum in feſto Beatorum Petri & Pauli quotannis ſolvendo.* Regnum item Hieroſolymorum, regnum Bohemiæ, Creiter. *c.30.* Urſperg. *in vit. Frid. I.* & quæ ſunt plura ejusdem generis, quorum non eſt melior conditio, quam principum Germaniæ; niſi quod hi, præterquam quod ſint vaſalli, etiam ſint ſubditi. Quod enim JCti tradunt: *Principem in ſuo Ducatu tantum poſſe, quantum poteſt Imperator in Imperio*: Bald. *in l. ſancimus C. de don. in l. 2. not. 1. de orig. jur.* Jaſ. *conſ.101. n.2. li.4.* Roland. à Vall. *conſ.26.& 86.n.13. li 1.* Bellan. *conſ.15.* Zaſ. *conſ.16.n.7. li.2.& in l. qua quisq; n.13. de edend.* Cuno *de pact. c.22.n.20.* Caſtr. *conſ.228. in fi.* Curt. Jun. *conſ.61.n.9.* Soc. Jun. *conſ.89.n.1. li.3.* Weſ. *conſ.27.n.28.* Kirch. *com. op. verſ. Principes Duces March.* Paciæ. *conſ.149.n.72.* Becc. *conſ.59. num.6.* Biſut. *conſ.15. inter conſ.* Zaſii *n.44. li.2.* Dauth. *de teſtam. n.36.86* Gail. *2. obſ.57. de pac. 1. c.6.n.10.* Borch. *c.5. de feud. n.37.* Paurm. *de jurid. Rom. li.2.c.4.n.42. plures allegans.* Id ſemper intelligendum eſt, *ſalva majeſtate imperii*, quæ clauſula conſervat imperio ſummam juriſdictionem, ut conſuluit colleg. Senator. Ferdin. Imp. *in cauſ. Finar. n. 22.* Caſtald. *in tract. de Imperatore in q.110. in 430. caſu reſervato.* Colleg. Papienſ. *in Reſp. cauſ. Fin. num.9.* Roſenth. *de feud. cap.5. concl.13.*

20. *Majeſtas nequit accuſari.*

Princeps Imperator eſt in ſuo territorio.

Digitized by Google

*concl.13.lit.*B. Warem. ab Ehrenberg.*de reg ſubſ.& on.ſubd c.15.n.15.* Rauchb. *par.2.qq.Iur.civ.& Saxon.q.1. n.28 & .0.* Nam nec leges condere, nec arma movere poteſt contra leges vel juſſa Imperii, nec quicquam habet regalium, quod non aliunde dependeat, ubi & conveniri, accuſari, & ſi quid commiſerit, condemnari poteſt.

21. *Diſtinctio inter regna cenſualia & feudataria.* Diſtinguere tamen hoc loco diligenter oportet, inter regna, quæ ſunt alteri vectigalia, cenſualia vel tributaria, & inter ea, quæ ſunt feudataria. Hujus enim diſtinctionis ignorantia, vel, quod potius crediderim, diſſimulatio, facit, ut pontifices ferè omnia regna ſibi fecerint feudataria, cenſum aliquem aut penſionem Eccleſiæ ſtipulatam, pro ſigno ſubjectionis, aut pro Canone feudali, quē vocant feudiſtæ, Cujac.*ad l.omnes C de ann.& trib. li.10.* intetpretantes. Solent enim principes, ſi quid in ſui favorem nacti fuerint, verbis in majus interpretari, ſicut Ariſt.*3.polit.c.8 qui in uno quodā pares ſunt, in omnib.æqualitatem affectare ſolere* notat & *5.pol.c.1.Populus,* inquit, *cum conſtet ex iis, qui ſecundum quid pares ſunt, putant ſe ſimpliciter pares eſſe. Optimates, cum præſtent aliqua re, ſe in cunctis præſtare arbitrantur, & ut aliqua in prærogativam conceſſa habeant, plura habere cupiunt.* Sic Eduardus IV. Anglus 50000. coronatos, quos annuatim à Ludovico XII. Gallo accipiebat, pro tributo reputabat, idq; nominis iſti penſioni tribuit Thomas Morus *in hiſt.Eduar.* quā ex contrario Cominæus ita extenuat, ut nec penſionem nec tributum vocare velit. Promiſerat Otho I Johanni pontifici operam ſuam & patrociniū contra Berengarium, idq; juramento confirmarat: Sigon.*lib.6.hiſt.Ital. in fi.* continuò pontifices id pro juramento fidelitatis haberi volunt. Clem. Romani.*de jurej.gl. in c.tibi Domino in verb.tibi Domino diſt.63.gl.in c.un de form. fidelit.* Ina Rex Saxonum in Britannia certam penſionem ſtipulatus erat Eccleſiæ, ad templi & ſcholæ Anglicanæ ſuſtentationem: continuò Steuchus *in lib.de donat Conſtant.* regnum Angliæ clamat feudatariū factum pontifici, quod inde etiam inferunt Rub.*lib.3.hiſt.Lugdun.c.25.* & Bodin.*lib. 1. de Rep. c.9.* decepti ſimilitudine rerum. Nec enim, qui agrum ſuum cenſualem facit Eccleſiæ, eum ſtatim ab eadem recognoſcit, ut feudum, nec argumento ſatis firmo utitur Bodinus, quando Tarraconenſe regnum feudum Eccleſiæ facit. Jutamenti enim verba cenſum tantum annuum promittunt, cum fidelitate generali, qualem omnes reges & principes Eccleſiæ debent. Inde verò ſpecialis fidelitas, qualē vaſallus debet Patrono, evinci nullo modo poteſt, ſicut Brzetislaus Rex Bohemiæ, cum ab Henrico Imperatore ab expeditione Polonica revocaretur, benè reſpondit: *ſequidem Imperatori ad præſtandum tributum annuum centum viginti boum, & quindecim marcarum argenti puri obligatū eſſe in cæteris Imperio ejus non teneri.* Münſter.*2 Geogr.c.492.* Carolus V. regnum Tunetanum ſibi vectigale & non beneficiarium fecit, Sleid.*lib.9.* Zenocar.*de vit,Car.lib.1.in fi.& lib.3* Jov.*lib 34.* cum jam diu reges Tunetani

tributum

tributum præſtare ſolerent regibus Siciliæ, Rogerio I. Guilielmo I. & Carolus I. regi Tunetano regnum reliquerit, his conditionibus, *ut Chriſtianis omnibus libertatem daret, Eccleſias ædificari, conciones a fratribus prædicatoribus haberi, & qui vellet, baptiſmo initiari permitteret, ſumptus bellicos refunderet, & quotannis ſolveret venti mila doble d'oro, tributo ſolito da i Re di Tuniſi a quel di Sicilia.* Johan. Villan *in hiſt. ſui tempo.* Summon *lib. 2 hiſt. Neapol c. 1.* Polonorum duces imperio fuiſſe ſtipendiarios & obnoxios, donec Johannes II. illis coronam viciſſim concederet, ſcribit Aventi, *lib. 7. Annal Boi.* Atqui ſubjectos fuiſſe, ut Frid. Mind. *vult de mand. jud. lib. 2. cap. 67. n. 15.* aut feudatarios, nemo inde aſſerere poteſt. Verè autem feudatarium ſe conſtituit Rodericus Rex Conactæ in Hibernia, cum Henricus II. Anglus his verbis cum ipſo paciſceretur: *Rex Angliæ concedit Roderico homine ligio ſuo regnum Conactiæ, quam diu ei fideliter ſerviet, ut ſit Rex ſub eo, paratus ad ſervitium ſuum, ſicut homo ſuus, & ut teneat terram ſuam ita bene, & in pace, ſicut tenuit, antequam Dominus Rex Angliæ intraret Hiberniam, reddendo tributum & totam aliam terram, & habitatores ſub ſe habeat, & juſticiet, ut tributum regi Angliæ integrum perſolvant, & per manum ſua ejus jura ſibi conſervent. Tributum, quod in ſignum ſubjectionis rex Conatiæ promiſit, eſt de ſingulis decem animalibus unum corium placabile, id eſt, quod placet, venatoribus, tam de tota terra ſua, quam de aliena.* Hoved, ex tabulis ipſis Helinshod. *in Henric. II.* Item Petrus Rex Daniæ, de quo Fridericus Imperator: apud Othon. Friſing. *Hominio & fidelitate nobis facta, coronam regni de manu noſtra Petrus Rex Danorum ſuſcepit,* & Tritheim. *c. 17.* *Rex Danorum Magnus ſe in poteſtatem Imperatori tradidit, obſides dedit, juramentum fecit, ſe ſucceſſoresq; ſuos non niſi Imperatoris, & ſucceſſorum ejus permiſſu regnum adepturos.* Item Mahometh Rex Granatenſis, qui ad pedes Regis Caſtiliæ proſtratus homagium ipſi fecit, de regno, in quod ejus beneficio reſtitutus erat. Matthæ. Villan. *lib. 10. c. 9.* Atque de his fiduciariis regibus loquimur, quando eos ſubjectione Majeſtatem perdere dicimus. *Princeps eſt*, ait Fridericus II. cum in concilio Lugdunenſi abdicaretur, *cui par non eſt.* Sigon. *lib. 18. hiſt. Ital.* Prædicti verò reges, licet convaſallis pares ſint: Domino tamen ubique habentur inferiores, nec ex regio nomine ullam ſortiuntur præter dignitatem prærogativam. Nec enim Fridericus Dux Auſtriæ, cum Rex creatus eſſet à Friderico II. minus manebat in fide imperii, quam antea fuerat, citatusque aliquoties ad comitia, cum non compareret, anno ſequenti dignitate Regia ſpoliatus, nec multò poſt univerſo ducatu exutus eſt. Munſter. 3. *lib. Geogr.*

CAP.

CAPUT VI.

CONSIDERATUR, UTRUM JURAMENTA, QUIBUS REGES ET PRINCIPES SUBDITIS obligantur, abſolutæ poteſtati, ſeu Majeſtati eorum detrahant.

SUMMARIA.

1. *Opinio eorum, qui juramenta principum ſubditis præſtita, interpretantur pro juramentis fidelitatis.*
2. *Princeps abſoluta poteſtatis, non eſt obnoxius ſubditorum imperiis.*
3. *Iuramentum ad defendendam Eccleſiam majeſtatem non imminuit, nec eam Eccleſia ſubjicit.*
4. *Iuramentum ad faciendum officium & adminiſtrandam juſtitiam non extinguit poteſtatem ſummam.*
5. *Pacta in præjudicium liberæ poteſtatis, majeſtati præjudicium creant.*
6. *Quæ princeps ex officio præſtare tenetur, ad ea fruſtra adigitur Iuramento.*
7. *A Majeſtate jusjurandum vi legitimè exigi non poteſt.*
8. *Majeſtas non dominatur ſubditis per mutuum inter utroſq; initum contractum, ſed per obligationem quandam inæqualem.*
9. *Principis nuda verba vim habent juramenti.*
10. *Malè ſentit de principe, qui illi, niſi jurato, negat credere.*
11. *Quænam juramenta Majeſtatem diminuant.*
12. *Qui regnum iniit ex pacto, pacto non completo, à regno jure abigi poteſt.*

POrrò ex iis, quæ huc usq; diſputavimus, nova naſcitur difficultas, prioribus non minus ardua, ac neſcio, an non æquè utilis, & neceſſaria: Si enim Majeſtas denegatur iis, qui fidem dederunt alteri, nullus erit inter Chriſtianos vel Rex vel princeps, cui Majeſtatem verè tribuere poſſimus, quia omnes juramentum præſtant ſubditis, quando Reip. gubernacula ſuſcipiunt, iisq; ita ſe obſtringunt, ut nullius vaſalli tanta eſſe poſſit erga
1. Dominum obligatio. Unde Roſſæ. *in li. de juſt. Reip. in princ. auctor.* Brut. *in vindic. Tyran. q. 1.* Magdæburg *in libell. de off. Magiſtrat.* ſubditis in Reges non minus juris competere diſputant, ſi fortè à juramentis diſcedant, quam regibus in ſubditos, quia, inquiunt, mutuis juramentis inter ſe contractum ineunt. Contractus autem violatur, quando eſſentialis ejus conditio non impletur. Quod ſi principes contractum, malè ſubditos tractando, reſcindant, nec ſubditi ad eum ſervandum ulterius obligantur, quia qui fidem non ſervat, nec eam ſperare debet. Bald. *in c. un. §. ult. in fin. de for. fidel.* ſiquidem in juramento ſubintelligitur conditio, ſi fides ſervetur. *gl. in c. Quemadmodum in ver. conditio. de jurej.* Cuno *de pact. c. 22. num 96.* quod in omni contractu generale eſt, *l. quaro* 54. §. *inter loc.* & ibi Gothof. *loc. cond. l. Iulianus. §. offerri de act. emt. l. 96. l. 132. de v. oblig.* & contractum non tenemur ſervare, ubi de

Princeps & ſubditi obligantur ex cõtractu.

ubi de contrahentis fraude conſtat, ut dicit Alexan. & Caſtrenſ. *ad l. ſi filia familias 25. §. ult.* limitans textum *ibid.* qui uxorem dicit ſervaturam locationem fundi poſt divortium, quem maritus ſtante matrimonio, locaverit, niſi ſcilicet fraus intervenerit. *arg. l. ſi iis 59. Solut. matrim. quemadm. per l. in venditione. § 1. de bon. aut. jud. poſ.* Nec debet percipere commoda ex pacto, qui adverſus illud ſibi veniendum putavit, *l. ſi quis major. 41.* & ibi Bart. *n. 41.* Bal. Jaſ. *& Dd. C. de transact.* Curt. ſen. *ibid. n. 38.* Imò Magdæburgenſes expreſsè ſcribunt: *Imperatores & reges eſſe primarios vaſallos imperii & regni, & proinde, ſi feloniam contra Imperium aut Regnum committant, feudo privari, perinde ut alios vaſallos*, quò videtur etiam inclinare Hottoman. *in Francog. c. 8. in fin.* quando Philippum Valleſium contra Eduardum Anglum rectiùs potuiſſe diſputare ſcribit ex natura feudorum, in quorum ordine ſunt regna. Paulò ſubtilius eandem rem diſputat Junius Brutus *q. 1. vindic. in Tyr.* quando Reges quidem vaſallos efficit, ſed Dei, eosq; dicit committere regnum ipſo jure, ſi jusjurandum non ſervent, Deum negligant, ad illius hoſtes ſe recipiant, ſicut ex iis aut ſimilibus cauſſis vaſallus ipſo jure feudum amittit.

Hinc prodiit, quod nemini non rebellium ſubditorum in ore eſt: Treu Herr, Treu Knecht, & ut Brut. ait: *quæ. 1. Bene imperanti, bene obtemperandum*, aut, ut Gregor. VII. in oratione, qua Romanos abduxit ab obedientia Henrici: *Quemadmodum militem ignavum Imperator exautorare poteſt: ita militi injuſtum ducem deſerere licet:* Avent. *lib. 5. Ann. Boj.* quaſi inter regem & ſubditos non ſit alia ratio, quam inter Dominum & Vaſallum, de quibus dicit gl. *in c. de form. 22. q 5. in ver. vicem,* quod Dominus teneatur eadem fide ſubdito, qua ſubditus teneatur Domino, per ſubditum intelligens vaſallũ, quodque Dominus vicem in omnibus ſuo fideli reddere debeat, quia ſunt correlata duo, ut dicit Hippol. *in l. ſi quis viduam col. 5. verſ. & dixit, de quæſtio.* & ambo ex iisdem cauſſis perdunt, alter feudi uſum, alter proprietatem. *c. un. §. domino ſi de feud. defunct. cont. ſit c. un. Qualit. Dom. propr. feud. priv.*

Cum verò hac doctrina nihil ſit falſius, vel principibus funeſtius & Reipublic. detrimentoſius, operæ precium fuerit eam ad limam revocare. 2.
Neque enim toleranda ſunt quæ publicam coërcitionem prohibent, & ad delinquendum invitant, *l. illud convenire de pact. dotal. l. ſi unus §. illud tamen de pact.* aut quæ nutriunt peccatum: Conſult. conſt. Saxon. *par. 5. c. 15. n. 3.* Rochus Curtius *in c. cum tanto verſ. cum tanto n. 26. de conſuetu.* ut rectè Rex Britanniæ *in fin. præf. Apolog. pro jur. fid.* nec quæ principem & ex conſequenti Remp. in manifeſtum periculum præcipitant: quorum utrumq; neceſſariò ſequitur, ſi populo jus coërcendi principem indulgeatur. Liceat enim nobis argumentari iisdem verbis, quibus Cic. *pro Dom. ſua* inſectatur Clodium: *Date plebi licentiam & intuemini pauliſper animus juventutem, & eos*

Nō eſt danda populo poteſtas in principem

Q *maximè,*

maximè, qui imminere jam cupiditate videntur in poteſtatem regiam, collegia medius fidius plebis tota reperientur, hoc jure firmato, quæ coeant de regum vita & bonis, præda præſertim populari, & ſpe impunitatis oblata. Quotus ergò quisq; princeps tam perfectus, aut, quod potius dixerim, tã felix reperitur, qui non aliquâ offendat, non aliquid agat, quod contra officium & fidelitatem torqueri poſſit: Exorietur ſtatim aut ambitioſus aliquis δημιουργὸς, ex regis jactura ſuam captans exaltationem, aut publicæ quietis oſor, amans turbarum, aut ipſa plebs inſita quadam propenſione mobilis, *indociliſq;, ut ait* Angelus Polit. *in Ruſtico: potenti, plebs ſervare fidem:*

aut, *quæ humili gaudet læſiſſe veneno.*

Summa, nec impoſitos unquam cervice volenti

Ferre Duces, Stat. *in Thebaid.* exurget, feloniam à rege commiſſam clamitabit, violatum juramentum, alteri illatam injuriam, alterius neglectum patrocinium: deniq; non poterit deeſſe cauſſa illi, qui tam amplum aliquem quærendi campum ſibi apertum habet. Ptolomæum ejecerunt Ægyptii, quod nimis ſtudioſè Regis & amici Romanorum nomen affectaret. Dion. *lib. 9.* Archidamum multarunt Ephori, quod parvam uxorem duxiſſet. Plut. *in Ageſ. in pr* Priſcis Burgundionibus ſatis cauſæ ad pellendum regem erat, ſi ſub eo fortuna belli titubaſſet. Marcell. *lib. 27.* Gothi in Hiſpania ne aliam quidem cauſſam reddebant, niſi quod Rex ſibi diſpliceret. Aimon. *lib. 2. c. 20. lib. 4. c. 35.* Ac neſcio qui alii, Regis leviſſima peccata, totius diei inedia, multare ſolebant. Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. c. 11.* Quid Childerico Galliarum Regi vitio datum fuit, niſi hoc, quod eſſet inutilis? *c. alius. 15. q. 6.* Quid Henrico VI. Anglorum Regi, niſi quod tantæ molis eſſet incapax? W'etham. *in Henr. VI.* Friderici II. excommunicationis cauſſam etiam hanc ſcripſit Innocentius, quod amicitiam contraxiſſet cum Saracenis. Sigon. 18. *hiſt. Ital.* Nullus ferè eſt ex 33. articulis, ob quos Magiſter Hal. ſcribit abdicatum Richardum II. in quem non quivis principum impingat, nec quisquam non eſt obnoxius aliquibus eorum vitiorum, quibus Bucherius Henricum III. abdicationem meritum ſcribit, cui & hoc pro capitali crimine intentat, quod cum aliis regibus mos eſſet dicere: *noſter clerus, noſter populus,* ipſe: *meus clerus, meus populus,* dixerit. Ne interim de hæreſi dicam, quæ & huic & Friderico II. Imperatori & Ludovico Bavaro ex tam nihili principio impacta fuit, cum nullum crimen ſit, quod facilius alicui affingi poſſit, quodq; ad percellendos vulgi animos plus habeat efficaciæ. Atq; hæc & multò minutiora ad regi manus inferendum ſufficerent illis, qui jam diu nihil aliud cogitant, modò, quo facinora ſua excuſare poſſint, habeant, ad quam rem nullum melius excogitari poteſt argumentum, quam ſi princeps populo ſubjiciatur, imperiique vaſallus dicatur. Statim enim ut quisq; odium concepit erga illum, jus ſuum expedire volet. Ut

autem

Digitized by Google

autem inter bonos & malos nativum ſemper eſt odium: ita quo melior princeps erit, eo in majori verſabitur periculo, quippe pluribus expoſitus hoſtibus, ut ſemper mali ſuperent bonos, *teſtante* Luthero *in lib. de poteſt. Magiſtr. part. 1. §.* demſelben *Tom. 2. Ien.* iisq; ad malefaciendum eò audacioribus, quò minus habent ſani judicii, minusque à bonitate naturæ impediuntur.

Ut igitur tam pernitioſum dogma, ſpecioſo tamen libertatis & æqualitatis fuco delibutum, nudis oculis inſpiciamus, tria genera juramentorum, quibus videmus Majeſtatem ſubditis obſtringi, prius diſtinguemus. Primum enim non tam ſubditis univerſis, quam Eccleſiis præſtare ſolere advertimus, cujus ſcopus duplex eſt, obligatio ad veram & Catholicam fidem & ad defenſionem Eccleſiæ. Ne Græci quidem Imperatores admittebantur ad coronam in Eccleſia accipiendam, niſi præſtita, de ſynceritate fidei, cautione, imprimis, ſi qui de fide ſuſpecti eſſent, ſicut Anaſtaſius Dicorus, Eutychianæ hæreſeos inſimulatus, Egnat. *in Anaſt. Dic. lib. 2.* ab Euphemio coronam prius impetrare non potuit, quam chirographo confirmaſſet, ſe fidem catholicam inviolatam ſervaturum & Chalcedonenſis concilii decreta rata habiturum: Zonar. *tom. 3. in Anaſt.* nec Michaëlem Rangabin Nicephorus admittere voluit, priusquam chirographo ſe obſtrinxiſſet, nec violaturum ſtatuta Eccleſiæ, nec Chriſtianos ad ſupplicia rapturum. Zona. *in Rang.* Juramentum, quod Carolus M. Leoni præſtitiſſe dicitur, refertur in antiquo commentario, qui *Ordo Romanus* inſcribitur: *In nomine Chriſti ſpondeo atq; polliceor ego Carolus. &c. Imperator coram Deo & beato Petro Apoſtolo, me protectorem ac defenſorem fore hujus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout ſciero poteroque.* Ejusdem argumenti eſt, quod Clemens V. ex pontificali ſe producere dicit, & pro juramento fidelitatis allegat. *Clem. Romani. de jur. Ego N. promitto, ſpondeo & polliceor, atq; juro coram Deo & beato Petro, me de cætero protectorem, procuratorem, defenſorem fore ſummi pontificis, & hujus S. Rom. Eccleſiæ, in omnibus neceſſitatibus & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſervando poſſeſſiones, honores, & jura ejus, quantum divino ſuffultus fuero adjutorio, ſecundum ſcire & poſſe meum, recta & pura fide, ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.* Inſcitus eſt Clemens V. qui hoc juramentum vult eſſe fidelitatis, cujus errorem demonſtrabimus alibi. Juramentum enim ſequitur naturam principalem contractus, ſuper quo imponitur, ad cujus probationem Bald. *in c. quæ in Eccleſ. col. 5. verſ. dices tu nonne, de conſt.* ſingularem dicit eſſe textum *in l. ult.* ubi Bartol. & idem Bald. Caſtrenſ. Salic. & alii *C. de non num. pec. cui adde l. non dubium in fin. C. de ll. l. ſed ſi poſſeſſori. §. 2. ff. de jurej. c. quemadmodum* & ibi Panormit. *in 7. not. de jurej.* & concordantes apud Tiraq. *de jur. conſt. poſſeſſ. par. 3. lim. 7. n. 35. & ſeqq.* Sed contractus hic nullus eſt feudalis, quia

3. *Primus juramentorum principū ordo.*

Digitized by Google

nullum feudum Imperator accipit à Papa, quippe, quem non coronatio Papæ conſtituit, ſed electio principum. *gl. in c. legimus in ver. Imperatorem, diſt. 93. in c. quanto diſt. 63.* Quidni enim eodem argumento, Regem Galliarum poſſemus conſtituere vaſallum Archiepiſcopi Remenſis, cui antiquitus, priusquam ad coronationem admitteretur, tale præſtabat juramentum, prout ex Archivo vetuſto retulit Papir. Maſſon. *lib. 3. Chron. Gall.* *Ego N. Dei gratia, mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ coram Deo & ſanctis ejus polliceor, quod ſervabo privilegia canonica, juſtitiamq; & jus unicuiq; prælato debitum, vosq; defendam, Deo juvante, quantum potero, quemadmodum Rex ex officio in ſuo regno defendere debet, unumquemq; Epiſcopum & Eccleſiam, & adminiſtrabo populo juſtitiam & leges, uti jus poſtulat.* Nec multum ab hac diſcrepat, hodierna forma, quæ proponitur in libro inſcripto: *Le ſacrè du Roy.* Hiſpanorum Rex ulterius etiam ad extirpandos Sarracenos obligatur ex Canone concilii Toletani *6. cap. 2.* ubi ſtatuitur, *ut, quisquis deinceps regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat regiam ſedem, quam inter reliquas conditiones ſacramento pollicitus fuerit, quod non ſinet in regno ſuo degere eum, qui non ſit catholicus.* An igitur Roſſæ. *c. 2. n. 6. lib. ſui* hinc conficiet, Reges fidelitatem jurare Epiſcopis & coronam ex pacto tantum ſuſcipere, ſi ſcilicet à juramento non abſcedant. Atqui huic clericorum conatui, jam publico ſenatus conſulto obviam itum teſtatur Bodin. *1. Rep c. 8. in fin.* *Ne videlicet quis regiam poteſtatem ab arbitrio pontificum pendere exiſtimaret.* Aliud nimirum eſt protectionem, aliud fidelitatem jurare: aliud juramento aliquid confirmare, aliud novum pactum per juramentum contrahere, ſicut paulò poſt oſtendetur.

4. *Secundum genus juramentorum regiorum.* Alterum genus juramentorum præſtare ſolent ii, qui verè reges ſunt & abſolutam in ſuos habent poteſtatem. In illis enim poteſtas limitata non eſt, nec certis legibus circumſcripta, ſed ad quod ex officio tenebantur reges, illud interpoſito jurejurando, ut populus de eorum voluntate minus dubitet, plenius confirmant. Quale eſt antiquum regum Burgundiorum juramentum: *Omnibus legem, juſtitiam, manburgium, id eſt, tutelam conſervabo. Annal. Burg.* Item Gallorum, quod Bodinus 1. *de Rep. c. 8.* proponit: *Iuro ego, per Deum omnipotentem, ac promitto, me juſte regnaturum, judicium, æquitatem ac miſericordiam facturum*: quæ omnia ſunt officii regii, & paulò latius explicantur in juramento, quod Carolus Calvus apud Cariſiacum palatium præſtitit, ex relatione Pithœi: *Ego quantum ſciero, & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemq; veſtrum ſecundum ſuum ordinem & perſonam honorabo, & ſalvabo, & honoratum ac ſalvatum absq; dolo malo ac damnatione vel deceptione conſervabo, unicuiq; competentem legem & juſtitiam conſervabo, & qui illam neceſſe habuerit, & rationabiliter petierit, rationabilem miſericordiam exhibebo, ſicut fidelis Rex ſuos fideles per rectum honorare & ſalva-*

& ſalvare & unicuiq; competentem legem & juſtitiam in unoquoq; ordine conſervare, & indigentibus ac rationabiliter petentibus rationabilem miſericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc, quantum dimittit humana fragilitas, per ſtudium aut malevolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum Deus intellectum & poßibilitatem donaverit. Et ſi per fragilitatem contra hoc mihi ſuſceptum fuerit, cum hoc recognovero, voluntariè illud emendare curabo. Formula communis in libro, qui inſcribitur, *Sacrè du Roy*, non multum ab hac diſcrepat, ſicut nec altera, quam Papirius Maſſon. *lib. 3. Chron.* ex antiquo archivo producit, niſi quod defenſio Eccleſiæ adjicitur. In juramento, quod Henricus V. cum Carolus IV. mentis impotens, ipſi regnum cederet, præſtitit, cautum eſt etiam de libertate ac Majeſtate ſenatus Francorum, quod vel à victore nimis duras leges, vel à peregrino homine patriæ libertatis oppreſſionem metuerent, qua de cauſa & Poloni Ludovico Ungariæ regi, & Henrico Andegavenſi, Germani Carolo V. Ungari Uladiſlao II. Dani Friderico, Pontifex Romanus Carolo Andegavenſi, duriores jurejurandi articulos propoſuerunt. Wilhelmus, qui primus Normannis Angliam ſubjecit, quamvis abſolute & ex arbitrio dominaretur, tamen in hæc verba juravit Archiepiſcopo Eboracenſi: *ſe defenſurum Eccleſias, earumq; præſides, gubernaturos populum in juſtitia, ſicut decet, ordinaturum rectas leges, easq; ut obſerventur, curaturum*: Simon. Dunelmenſ. Wilhel. Malmesburgenſ. *in hiſt. Angl.* cui prorſus ſimile eſt jusjurandum Richard. I. *ſe ſervaturum pacem, honorem & reverentiam habiturum Deo, Eccleſiæ, ejusq; miniſtris, populum gubernaturum in juſtitia, pravas leges & conſuetudines aboliturum, bonas retenturum.* Roger. Hoved. *in Rich. I.* Hujus verò anteceſſores, Wilhelmus Rufus, Henricus I. & Stephanus comes Bononiæ, cum injuſtis titulis regnum inirent, nec ullum, niſi in voluntate populi præſidium haberent, ad illam demerendam nihil non populo & proceribus ſive libertates, ſive immunitates, ſive legum & tributorum abrogationes ſpectare velis, promiſerunt. Dunelmenſ. & Huntington. *in Chron.* Poſterior etiam Eccleſiaſticos ab obedientia liberavit, ut ſibi aſſiſterent contra Mathildem Imperatricem, legitimam regni hæredem: Helinshod. *in Steph.* ſicut & Rudolphus Svevus, ut coronam à legato Gregorii VII. impetraret contra Henricum, comitia pontificalia abjuravit, clientelas Epiſcoporum addicavit, neve velut hæreditario jure filios ſuos declararet ſucceſſores, conceſſit. Aventin. *lib. 5. Ann. Boj.* Niſi enim tam liberaliter promiſiſſent, licuiſſet illis regia exulare, ad quam nullo juſto titulo aſcenderunt, imprimis, cum ipſa Mathildis Londinenſium gratia excideret, quod Henrici patris leges antiquare, & Eduardi Confeſſoris reducere negaret, nefas eſſe rata, regiam poteſtatem, in præjudicium filii, injuſto contractu deterere, cum ſine ullo pacto illam poſſet obtinere integram & illibatam. Princeps enim qui ſapit, ſibique

Leges pactionata majeſtati detrimentoſa.

debitam auctoritatem ſartam tectamq; reſervare cupit, nunquam eò ſe adduci patietur, ut leges ad voluntatem populi vel ferat vel abroget, quas, ſi ex pacto latæ ſunt, pactionatas vocant, Petrus Belluga *in ſpec. r. 1.* vel juratas, Crav. *de antiq. temp. par. 1 c. 1. n. 39.* ſicut Auguſtus legem de maritandis ordinibus præ tumultu recuſantium perferre non potuit, niſi vacatione trienniidata, auctisq; præmiis. Sueton. *in Auguſt. c. 34.* Matthias Rex Ungariæ in comitiis Badenſibus 1478. accepto de ſingulis portis Jobagionum floreno uno, obligavit ſe *ad gratioſe conſervandos ſubditos in omnibus conſuetudinibus antiquis, ut ſonant verba decreti 3. Art. 1. in fin.* Henricus III. Anglorum Rex, ut proceres à Ludovici Galli partibus retraheret, *Chartam*, quam vocant Angli, *Magnam & Chartam de Forreſta*, in quibus ſubditorum, & imprimis Baronum immunitates continentur, coactus fuit in uſum revocare, Matth. Pariſ. *in Henr. III.* cumq; eaſdem abrogaſſet, ut tributum, quod petebat, elaboraret, iterum anno regni 21. reduxit, & cum nec ſic quidem acquieſcerent populus, nec in exactiones regis conſentire vellent, quatuor fiſci & actionum ſuarum inſpectores cum cancellario, Sigilli cuſtode, & ſummo in judiciis præſide, ſibi obtrudi ſivit, irritumq; eſſe juſſit, quicquid inſcio cancellario ſignatum fuerit. Idem & Helinſhod. *in Henr. III.* Nimium enim quantum majeſtati id genus pactis detrahitur, quam aut injuſta petere, quæ niſi precibus aut precio obtinere nequeat, aut ſi juſta petat, potentiæ ſuæ inſciam eſſe oportet, quod ad ea, quæ juſta ſunt & Reipubl. ſalutaria, ſubditos ex officio cogere non poſſit. Bene Carolus V. ad pontificem: *Non eſt ex dignitate Auguſti, longè maximi principis, leges accipere minusq; terreri, ab his maximè, qui imperio ſuo ſubjecti ſunt, &c.* Jovius, *in vit. Leon. X.* Unica enim mutandarum legum norma principi juſticia eſſe debet, aut evidens utilitas: *l. 2. ff. de conſt. princ.* & tum nec rogationem populi expectare, nec juris jurandi conſervandi gratia eas abrogare debet, ſed quia officium regis ita facere jubet. Unde nec Wilhelmus Rufus aut Henricus I. aut Stephanus ea præſtiterunt, quæ timore inducti promiſerant, cum ea majeſtati contraria, & non modò nullam illatura evidentem utilitatem, ſed etiam regis ſtatum priorem immutatura viderent: Polydor. Virg. Huntington. *ubi ſupr.* & Henricus III. Magnæ chartæ uſum altero anno pòſt, tanquam vi ſibi expreſſum, interdixit, nec novos iſtos actionum ſuarum moderatores magis recepit, quam ratum habuit, quod in Oxonienſi Parlamento, quod *Inſanum* vocant, 1258. Parlamenti decretis ſe, unâ cum filio Eduardo I. alligarat juramento, à quo Alexander & Urbanus III. ſuis bullis eum liberum pronunciarunt. Fabian. Weſtmonaſter. *in Henr. III.* Juramentum enim, quod dignitatem regiam lædit, pro nullo habetur. *c. intellecto, de jurejur. leg. non dubium. C. de legibus.* Diſtinguenda igitur ex his eſt poteſtas, quæ principi competit ex natura majeſtatis, & quæ competit ex certa quadam conventione.

Poteſtas alia ex jure, alia ex pacto.

ventione. Nam ſuperiora regum Galliæ & Angliæ juramenta nihil continent, ex quo regia poteſtas immutata dici poſſit, cum etiamſi non jurent, tamen teneantur Eccleſiæ patrocinari, legibusq; non minus juſtis quam æquis populum gubernare. *Iuſtitiæ enim fruendæ cauſſa*, ait Cicero *lib. 2. off. apud majores noſtros & in Aſia, & in Europa, benè morati reges olim ſunt conſtituti.* Et de Eccleſiæ defenſione loquitur Iſidorus: *lib. 3. ſent. cap. 53.* ***Cognoſcant** Principes ſeculi, Deo debere ſe rationem reddere propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſive augeatur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam credidit. c. principes. 23. q. 5. c. boni diſt. 69.* Lancel. *li. 1. c. 1. § de oblig. Imper. verſ. primo itaq;.* Quod ſi princeps ad ea tenetur ratione officii, ad quid opus eſt juramento? Quod enim Theologi dicunt: *Deum non facere diſcrimen inter jusjurandum & ſermonem nudum, c. juramenti 22. q. 5. gl. ad c. pervenit in verb. remiſſionem fidei & juram. de fidejuſſor. & c. penult. de jurejur.* illud quoq; in jure locum habere tradit Cujac. *lib. 22. obſer. 7.* Gail. *2. obſerv. 59. n. ult.* Nam & jus jurandum pro pacto cedit, *l. tutor. §. prodigus. ff. de jurejur.* & ſi quid ſua natura illicitum eſt, aut in alterius incommodum redundat, juramento appoſito, confirmari non poteſt. *c. quamvis in fin. & ibi gl. in verb. diſpendium. de pact. in 6.* Non enim auget obligationem juramentum, *l. fin. C. de non num. pec.* Bened. de Capra, *reg. 57 n. 231. theſau. c. m. opin* ſed addit tantum religionis vinculum, ut dicit Bald. *in l. ſi procurator col. 3. ff. de condict. indeb.* Tiraq. *in l. ſi unquam in præfat. n. 165. C. de revoc. donat.* Sicut igitur ille argumentabatur apud Gallium: *lib. 2. c. 7. ſi juſta ſunt, etiam ſine mandato facienda ſunt, ſi injuſta, ne tunc quidem facienda, quando jubentur*: Sic nobis liceat inferre: Si juſtum eſt, quod princeps juramento promittit, tenetur illud præſtare, etiamſi non juret & ita jusjurandum ſupervacaneum eſt, nec major vis eſt jurisjurandi, quam pacti: *l. Stichum 95. §. Naturalis, de ſolut. & liber. l. non ſolum § injuriarum. in fin. ff. de injur. & fam. lib. l. juris gent. §. & genera. de pact.* Si injuſtum, quantumvis juraverit ſive deceptus, ſive metu coactus ad ejus præſtationem non tenetur, quia juramentum non firmat actum jure prohibitum, ut ait Bald. *l. ſi quis inquilinos 112. §. Divi Sev. de leg. 1. l. juris gentium §. & generaliter ff. de pact. l. non dubium C. de ll.* Ad quid igitur exigetur à principibus juramentũ, cum ex pacto jurejurando confirmato non naſcatur actio contra eum, qui jusjurandum fallit. *l. ſi quis major. 41. C. de transact.* quod quanquam non ſatis piè dici putat Weſembecius *in parat. de jurejur.* quò inclinat etiam Covar. *in c. quamvis de pact. in 6. in prima part. relect. §. 2.* pro veriſſimo tamen habent Jaſon. & Cagnol. *in l. ſi quis major. C. de transact.* Borcholt. *de jurejur. c. 8, n. 31.* Coraſ. *in l. admonendi, de jurejur. n. 12. qui & communem dicit n. 17. cum* Jaſ. *in l. jusjur. 17. ff. eod.* ſequitur enim tantum pœna perjurii, per ea, quæ tradit Curt. Sen. *ad. d. l. ſi quis major. n. 1. 15. 58.* Cujac. *d. obſ. 7.*

Iuramentum quid addat cōtractui.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi ſibi jurejurando præiudicatum videat, ne perjurus quidem ſit, ut expreſsè decidit Honorius III. *in c. intellecto, de jurejur.* nec ullo juramento poteſtatem de jure ſibi competentem auferre poteſt ut advertit Caſtrenſ. *ad l. humanum n. 4. C. de legib.* Cuno *de pact. c. 24.* Nemo enim ſibiipſi legem
7. ponere poteſt, à qua recedere non liceat. *l. ſi quis in princ. 22. in pr. de leg. III. c. ſignificaſti de elect.* Colleg. Papienſ. *reſpon. cauſ. Finar. n. 19. per d. c. ſignificaſti & c. fin. de reſcript. in 6.* Bartol. *in l. cum precario de precar.* Alexand. *in conſ. 224. n. 6. lib. 6.* Sebaſti. Medic. *de leg. & ſtat. par. 4. q. 3. num. 10.* Nemo autem eſt in Rep. ſuperior principe, à quo ad legem ſibi latam ſervandam cogi poſſit, ſicut Buchananus, Roſſæus & Hottomannus, malè ſentiunt, contra quos copioſè ſupra diſputavimus. Quicquid enim hujus faciunt principes, quando ad officium ſuum ſeſe obligant juramento, non id faciunt coacti, ſed ſicut Trajanus, licet poſitus ſupra omnem potentiam, tamen *ſtetit ante conſulem ſedentem, Ipſe Imperator, Cæſar, Auguſtus, Pontifex maximus, juravitq; & expreſſit verba, quibus domum ſuam, & caput ſuum, ſi ſcienter feſelliſſet, Deorum iræ conſecraret*, quam rem novam & ante hac nunquam auditam proponens Plin. *in Panegyr. jurat*, inquit, *is, per quem juramus.* Non aliter principes, ut conſuetudini & populi deſiderio, cui tam vilem ſuam auctoritatem eſſe vident, ut niſi juratis fidem habere recuſent, ſatisfaciant, ad quod cogi non poſſent, ad illud ultrò ſe demittunt, ſicut Caſſiod. de Theodorico Romanis fidem dante, adſcribit: *Ecce Trajani noſtri clarum reparamus exemplum, jurat vobis, per quem juratis.* Annon principis verbum multorum inſtar teſtiũ eſt? *c. cum à nobis, de teſt. gl. in c. 1. in verb. ſtatuit. de renunc. lib. 6. Clem. un. & ibi gl. de probat.* Mynſing. *cent. 5. obſ. 34. n. 1.* & ipſe procedit ſola veritate inſpecta, *l. omnium C. de teſtam.* & ibi Angel. Zaſ. *in l. quæ quiſq; n. 11. de eden.* Farin. *prax. crim. q. 63. c. 3. per tot.* Boſſ. *in pract. crim. t. de princ. & privil. ejus n. 80. & ſeq.* Speculat. *in t. de inquiſit. §. nunc tractemus verſ. hoc autem notandum.* Menoch. *arbitr. q. 76. n. 2.* Vivi. *comm. opin. in verb. princeps.* ſecundum conſcientiam: *l. normam 6. de off. præfat. prætor.* Bart. *in l. 1. C. ut quæ deſunt advoc.* Corr. *lib. 4. Miſcell. c. 20.* Colleg. Ferd. *conſ. in cauſ. Finar. n. 11. per l. 1. C. quæ deſunt advoc. part.* Qua ex cauſſa in diplomatis regum Angliæ ſæpè legimus: *Teſte meipſo*, quod Æneas Sylv. *in comm. 2. lib. 3.* immeritò ridet, recteq; defendit Alberic. Gentil. *in diſp. de prin. pot. abſ. in ſol. 7. arg.* adducto illo Auguſtini; *ex 20. de civ. Dei. cap. 26. Teſtem ſe dicit futurum*, (de Deo loquitur) *quia in judicio ſuo non indiget teſtibus: c. aliorum 9. q. 3.* tamen Auguſtus teſtem ſe in judiciis & interrogari & refelli æquiſſimo animo patiebatur: Sueton. *Aug. c. 56.* & Henricus II. Rex Gall. ſivit impunitum abire, qui ſe ſolo teſte in maleficio deprehenſus erat, humanitatis magis, quam juſtitiæ rationem ſecutus, perinde ut Q. Scævolà tum demum credi ſuo volebat teſtimonio, ſi alii invenirentur qui idem aſſeruiſſent, Valer. *lib. 4. c. 1.* & Africanus, accuſatoris,

Principes jurãt ſponte & non coacti.

teſtis

teſtis & judicis partes in eundem reum ſibi ſumere inhumanum putavit. Quod igitur principes ex indulgentia faciunt, in argumentũ trahi nequit, quaſi ad jurandum cogantur, aliàs ad regni ſceptra non admittendi. Non enim propterea ſceptra capeſſunt, quia jurarunt, ſed quia ſceptra capeſſunt, idcircò jurant, ſicut Cic dicit, *non propterea coire apes, ut favos faciant, ſed poſtquam coierunt, tum favos facere.* Sic nos contra Ferrarienſem: *in tr. de feud. lib. 8. c. 7.* non propterea accipit princeps regalia, ut tueatur Remp. ſed quia tuetur Remp. idcircò ea accipit. Et optimè apologia cathol. *pro Navar. pag. 111. & ſeq. Non ideo eſt Rex, quia coronatur, ſed propterea coronatur, quia eſt Rex.* Ubi enim regnum defertur ex ſucceſſione, ſcitum eſt, *regem perpetuò vivere*, & in Gallia decretum eſt, à natura deſtinatum hæredem, in jus & honorem regium ſuccedere, etiam ante ſolemnem inaugurationem, juramentiq; præſtationem. Pap. *lib. 4. Arreſt. t. 2. Arr. 1.* Barcla. *lib. 3. cont. Monarch. c. 2.* quod ex conſtitutione Ludovici Bavari in Germania etiam obtinet, ut ſtatim poſt electionem Imperator ſua jura ſortiatur etiam ante præſtitum juramentum. *gl. in Extrav. Quom. in crim. læſ. Maieſt. proced. in verb. Regis. arg. Nov. 47. c. 1. l. ſed & reprobr § Eſt autem, de excuſ. tut.*

Non quia jurat Rex eſt, ſed quia Rex eſt, jurat.

Quod igitur aliis competit ex jure ſucceſſionis, aliis jure electionis, quomodo ſupra dicti auctores totum illud ad contractum jurisjurandi conferunt, ita ut Magdæburgenſes ex eo inferant, quod ſicut in poteſtate populi fuit creare regem, ita in ejuſdẽ poteſtate ſit eum abdicare, quia contractus ſolvuntur, ut ſunt conflati, in quo argumento non unum ineſt vitium. Nam pro contractu ſumunt, quod nihil minus eſt, quam contractus. Si enim ſubditi non ſunt ſubjecti principi, niſi ex conventione, eodem modo erunt cives patriæ, liberi parentibus, quia ſicut his natus eſt pater, quem repudiare non poſſunt, ita illis princeps naſcitur, quando principatus transfertur per ſucceſſionem. Præterea, ſicut matrimonium non poteſt eadem via diſſolvi, qua contractum fuit, propterea quod ordinatio divina intercedat, quæ divortium ex mutuo conſenſu prohibet, & quia agitur de præjudicio ex conjugio natorum: Ita etiam in conjugio principis & ſubditorum intervenit voluntas divina, quæ jubet etiam *ſeveris & improbis obedire Dominis propter laudem, ut ait Apoſt. ad Rom. 13. 1. Pet. 2.* & ne Reſp. perturbetur, unde majora timenda eſſent mala, & ne ſucceſſoribus jus debitum auferatur. Deniq; à contractu non receditur aliter, quam conſenſu utrorumque, qui inter ſe obligati ſunt, *l. ab emtione 58 in pr. de pact. l. 3. de reſcind. vend. l. 80. de ſolut.* Quomodo igitur inferunt illi, in eorum tantum poteſtate eſſe contractui renunciare, qui principem crearunt, cum hi potius puniendi eſſent, *ex l. ſi quis maior. C. de tranſ.* quod invita altera parte, contra contractum venirent. Quanquam nec illud verum ſit, quod idem deponere poſſit, qui promovit, *c. ult. 8. q. 2.* ut ſupra oſtendimus. Quod verò regem vaſallum

Refutantur, qui potentiam principis deducunt ex contractu.

regni faciunt, tàm abſurda n eſt, ut refutatione non egeat. Qui feuda regni accipiunt, capitanei regni dicuntur *c. un. in pr. qui feud. dar. poſſ. c. un. quis dic. Dux.* Imperator verò non eſt capitaneus, ſed caput & princeps imperii Six *de regal. c. 1 n. 72.* Cujus enim juramentum, ſubditine, an regis propiùs ad juramentum fidelitatis accedere dicent? Equidem ſubditorum juramentum tam huic affine eſt, ut Cujac *in c. un d. nov. form. fidel.* utrumq; à pluribus inter ſe confundi obſervarit. Rex verò quid debeat ſubditis, non aliunde rectius, quam ex concilio Toletan. 4. *c. 74.* diſcimus, ubi congregatio ſubditorum non poſtulat à rege, quaſi ex debito contractus, ſed ut ſubditos decet, humilem concipit orationem: *Te præſentem regem ac futuros ætatum ſequentiam, qua debemus, humilitate rogamus, ut moderati ac mites erga ſubjectos exiſtentes cum juſtitia & pietate populos vobis creditos regatis.* Et addit cauſam, non quia ita inter nos convenit, ſed, *ut ſi juſtè & moderatè regatis, & reges in populis, & populi in regibus, & DEUS in utrisq; lætetur.* Nec minitatur feudi vel regni privationem, ut prædicti Regicidæ volunt, ſed *excluſionem ab Eccleſia, & æternam damnationem*, quæ pœnæ Tyrannis ab omnium Domino certè exſpectandæ ſunt. Deo enim ſubjectus eſt omnis princeps, ſed non ad inſtar Vaſalli. Neq; enim illa ſubjectio ad jus ſtatutarium exigi & examinari debet Poteſt enim & Dominus feloniam committere, & proprietatem feudi amittere. *c. un. § Domino ſi de feud. defunct. cont.* An etiam Deus? Dominus nequit vaſallo feudum auferre, ſine cauſa expreſſa & diducta, *c. un. § . . . quo temp. mil. inveſtit.* An nec Deus quidem? Vaſallus poteſt feudum præſcribere invito Domino, ſicut non ignobiles JCti tenent: An etiā princeps, invito Deo? Et licet comparationem totam concedamus, tamen nihil juris inde acquirent ſubditi ſupra reges, quia coërcitio vaſalli ad Dominum, Regis ad Deum pertinet, quod ſupra etiam docuimus, & Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis teſtatur his verbis: *Mundi principes, ſi quæ ad everſionem juſti inique & contra legem & mores Tyrannice exercent, in hujus judicio Dei reſervantur, Deo nempe ſoli peccantes: de his, quæ Regibus à Deo ſunt commiſſa, Deo rationem reddunt.* Nec quicquam ad abſurdi hujus evitationem facit, quod Brutus addit: Vaſallum feloniam committendo feudum perdere *ipſo jure*, id eſt, *ſine ſententia*, vel *ipſo facto.* quæ in effectu idem ſunt, Bartol. *in l. 1. n. 4. de his, qui not. in fam.* quia id regulariter falſum eſt. *c. 1. in pr.* & ibi Iſern. Bald. Alvarott. Præpoſ. Afflict. *de feud. ſine cauſ. non amitt. c. 1. in pr. & §. fin. ibi Dd. quo tempore miles gl. in c. . . § callidis verſ. Revert. de proh. feud. alien. per Frid.* Regulariter enim pœna ſententiam judicis requirit. *l. 1. §. calumniari. juncto §. ſed non utiq; a l SC. Turpil. l. quod ad ſtatum de pœn. c. cum ſecundum de hæret. in 6.* Bald. *in l. quisquis id l. Jul. Majeſt.* Forſter. *de ſucceſſion. lib. 4. c. 22. n. 9.* niſi legibus aliter expreſſum ſit. In quibus verò caſibus feudum ipſo jure committitur, in iis requiritur adhuc ſententia declaratoria, & recitatio, de quibus diſputent.

Digitized by Google

diſputent feudiſtæ. Gail. 2. *de pac. publ. c. 3. n. 10. 2. obſ. 21. per tot.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 77.*

Nos ad Reges principesq; noſtros revertemur, quos videntur ſubditi juramenti religione à peccando abſterrere voluiſſe. *Plurimum* enim, ait Symmachus *lib. 10. Epiſt. 5. valet ad metum delinquendi etiam præſentia religionis. Illa ara concordiam tenet omnium: illa ara fidem convenit ſingulorum, neq; aliud magis autoritatem facit ſententiis noſtris, quam quod omnia quaſi juratus ordo decernit.* Et Cic. *lib. 2. de ll. Plurima firmantur jurejurando, majoriq; ſaluti ſunt fœdera religionis, ſanctiorq; ſocietas hominum, inter ipſos Diis immortalibus interpoſitis tum judicibus, tum teſtibus, & quos nulla alia res divini ſupplicii metus à ſcelere revocavit.* Item *lib. 3. offic. Nullum vinculum ad aſtringendam fidem jureiurando maiores arctius eſſe voluerunt. Appoſito juramento*, ait Sophocles, *apud* Stobæ. *ſerm. 25. cautior & diligentior fit animus. A duobus enim ſibi tum cavet, & ne lædat amicos & ne peccet in Deos.* Nec enim *jurisjurandi contemta religio, Deo ultore unquam caret, l. 2. C. de reb. cred.* ex quo Jovem poetæ dixerunt ὅρκιον & Tiberius: *apud* Tacit. *Deorum injurias Diis*, ait, *curæ eſſe.* 9. *Vis juramenti.*

Verum multò graviores pœnæ manent Tyrannos & injuſtos Rerumpubl. adminiſtratores, *Sapient. 6. Deut. 16. 3. Reg. 1. 2. 10. 18. 2. Paral. 6. & 7.* quibus ſi non deterrentur principes, timendum ne contemnant etiam pœnas perjurii. Sed eſto: ſit hic modus unus continendi intra limites officii licentiam regiam, anne etiam dignitas eorum patitur, ut ſacramentum ab iis exigatur? quaſi fidem illorum accuſemus, & verba in dubiam vocemus. Tum enim, ait Symmachus, *lib. 4. Ep. 65.* convenit vinciri ſacramento fidem, ſi quando amicitia in ſuſpicionem venit gratiæ. Atqui ſacrilegii inſtar eſt, verba principis in ſuſpicionem vocare, *l. diſputare. C. de crim. ſacr.* cujus ſolius aſſertioni ſtare oporteret, *c. cum à nobis* & ibi Abb. & Felin. *de teſtib. Clem. un. & ibi Dd. de probat.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. ſect. 2. n. 1. & 27. ſect. 3. per tot.* Zaſ. *ad l. 2. de orig. iur.* Lancel. *lib. 1. c. 1. de Imperat. §. 4. verſ. Nono ſubjungere n. 1.* Anton. Gabr. *Rom. comm. opin. lib. 1. c. 1. de probat. concluſ. n. 19. 20.* cum etiam nobilium verba pro factis haberi, Andr. de Iſer. *in c. 1. verſ. hoc intelligendum qui ſucced. ten.* eliciat ex tex. *in l. nemo ff. de integr. reſtit.* Tiraq. *de nobilit. 20. n. 23.* & Sichardus notet *in l. fin. n. 13. verſ. Quartus caſus eſt C. de edict. Hadr. tollen.* obligationem bey Edelmans glauben / *foy du gentil homme*, paratam habere executionem, ac ſi juramentum appoſitum fuiſſet, ex quo in Camera promiſſa principum bey Fürſtlichen Ehren æquiparari juramentis obſervavit Mynſing. 1. *obſ. 17.* Teſſaur. *deciſ. 47. n. 11.* Schurff. *conſ. 37. num. 11. Cent. 2. conſ. 62. n. 14. 15. Cent. 3.* Beuſt. *in l. 3. §. jurari. n. 16. de jurej.* Rauch. *q. 2. n. 59. lib. 2. qq. civil. & Sax.* & Philippus Archidux Auſtriæ non juravit Cancellario Regis Galliæ, cum per eum inveſtiretur de Comitatu Flandriæ, Arteſiæ & Carolino 1499. Tantum reſpondit: *Par ma foy: ainſi le promets & ainſi*

Principib. fides habenda etiã iniuratis.

ainſi le ferai. Camer. *Cent.2.hor.ſuccis.c.59.* Cum Xenocrates, teſtimonium dicere coactus, ad aram acceſſiſſet, ut more civitatis juraret, omnia ſe verè retuliſſe, univerſi judices conſurrexerunt, proclamaruntq; ne jusjurandum diceret. Quod ſibimetipſis poſtea, dicendæ ſententiæ loco, remiſſuri non erant, ſinceritati ejus concedendum exiſtimarunt. Dioge. *in Xenocr.* Cicer. *Lib.1.ad Att.Ep.12.* Valer.*lib.2.c.10.* Viv. *in Auguſt.de civit. Dei lib.8.c.12.* Nec enim volebant ſpectati viri, religione videri potius, quam veritate, fidem eſſe conſtrictam, ut ait Cicero, *pro Balb.* cum id, diſſimulato tamen nomine recitaſſet. A. Atilinm Calatinum Soranorum oppidi proditione reum, imminentis damnationis periculo Q. Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt, quibus affirmarit, ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, diremturum ſe fuiſſe affinitatem. Continuò enim populus penè jam exploratam ſententiam ſuam unius judicio conceſſit, indignum ratus, ejus teſtimonio non credere, cui difficilimis Reipubl. temporibus, benè ſe exercitus credidiſſe meminerat. Valer. *lib.8.cap.1.* Q. verò Metellus, cum cauſam repetundarum diceret, tabulæq; ejus ab accuſatore expoſtulatæ, ad nomen inſpiciendum circa judicium ferrentur, totum concilium ab earum contemplatione oculos avertit, ne de re aliqua, quæ in iis relata erat, videretur dubitaſſe. Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincerè adminiſtratæ provinciæ legenda ſibi judices crediderunt, indignum rati, integritatem tanti viri exigua cera & paucis literis perpendi. Valerius *lib.2.cap.10.* Et nos principes noſtros viliori loco habebimus, quam Athenienſes philoſophum, vel Romani Conſulem aut Senatorem? nec loquentibus credemus, quibus agentibus ſalutem, vitam, corpus & omnia noſtra credidimus? aut quomodo factis eorum ſtabimus, quorum verbis fidem detrahimus? quomodo eorum verba pro lege, facta pro exemplis agnoſcemus, quibus Deos, Deasq; ſuperas, inferas, Medioxumas jurantibus vix credimus? ſicut Sueci verbis Cleri & Nobilitatis Danicæ, pro Chriſtierno II. fidem interponentis illud tribuerunt, quod juramento Regis ipſius denegarant. *Script. Ordinum Dan.de juſta Chriſt: abdic.* Jam mendacii condemnatum putabant Eſſeni, cui ſine Deo non crederetur. Joſeph.2. *bell.Iud.cap.7.* *Tantum*, ait Alphonſus, *valere debet ad fidem principum verbum, quantum privatorum hominum jusiurandum.* Anton. Panorm. *lib. 1. de dict. & fact. Alphonſ. Apopht. 58.* Duaren. *ad l.conventionem de pact* ex Iſocr. *ad Nicocl.* Gail.2. *obſ.59. n.3.& ſeq.* & Iſocrates laudat Evagoram, quod ſervet ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογίας, ὥσπερ τὰς ἐν τοῖς ὅρκοις. Auguſtus, cum promiſſam à ſe liberalitatem populus exigeret, non alia cautione ſibi opus eſſe putavit, quam ut ſe bonæ fidei eſſe diceret, Sveton. *in Auguſt.* quod & de Agamemnone Hom. *lib. 8. Iliad.* intelligi voluit, quando ſtatim atq; dictum, idem factum fuiſſe dicit:

αὐτίκ᾽

αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος, ἦν τετέλεστο δὲ ἔργον.

In quo Deos immortales imitatus eſt, quorum promiſſionem pro facto eſſe docet Servius *in 12. Æneid.* qui propterea Virgilium præſenti tempore uſum fuiſſe putat, in his verbis: *Do, quod vis*: quò facit, quod Philoſophi docent: *In divinis eſſe & velle non differre*, de quo *in Phyſicis & Metaphyſicis* diximus. Et ſanè licet omnes magiſtratus juramentum deponere teneantur, prout ſtatuit Plato *lib. 9. & 12. de ll.* obſervatumq; apud Romanos tradit Livius, *ut niſi jurato plus quinq; dies magiſtratum gerere non liceret*: tamen Juriſconſulti concedunt, juramento opus non eſſe, quando fides alicujus ſpectata eſt, ſatisq; probata, Tiraq. *in tr. des preſcriptions §. 1. ſera creu. verſ. Illud tamen, per Bart. in l. Lucius in fin. de fideiuſſ. & in l. Theopompus ff. de dot. præl.* & perſonæ qualitas facit, ut conſultori, qui ex lege ſe rectè conſulturum jurare deberet, ſine juramento fides adhibeatur, ut dicit Speculat. *tit. de requir. cond. § 1. verſ. Item fac eos jur.* Hippol. Marſil. *in l. 1. § ad quæſtionem col. ult. ff. de quæſt.* ex quo fit, ut Dominus feudi, inter Vaſallos judicaturus, inſtar aliorum judicum, *l. rem non novam C. de jud. §. Quia verò multa Auth. de judicib. §. ſic igitur Auth. ut jud. ſine quoq; ſuff. non juret.* (Quod enim pares non jurent, ut receptum eſt communius, Mozz. *de natur. feud. n. 113.* Hartman. Hartm. *de feud. obſ. 22.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 89.* quanquam non deſint, qui diſſentiant, Weſenb. *de feud. c. 17. n. 5. verſ. pares autem* in cauſa eſt, quod jam jurati ſint, ut benè colligit Vulte. *lib. 2. feud. c. 2. num. 29. ex c. 1. in fin. de cont. feud. apud par. term.*) quia fides ejus, probitas, & integritas ab omnibus Vaſallis videtur eſſe probata, ut dicit Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 3. n. 72.* id quod licet in quovis Domino procedat, maximè tamen in eo, qui regalem habet dignitatem, quia pro eo maxima eſt præſumtio: Bald. *in l. tutores ff. de conf. tut. tex. in l. illud requir. in fin.* & ibi Bald. & Salicet. *C. quando decr. op. non eſt: l. omnium 19. & ibi Dd. C. de teſtam.* nec unquam juramentum calumniæ præſtat. Natta *conſ. 487. n. 47.* nec, licet Vaſallus Domino jurare teneatur, Dominus viciſſim obligatus eſt ad jurandum Vaſallo, Jacobin. *in verb. qui quidem inveſt. n. 16.* Zaſ. *par. 7. n. 57.* ſicut nec patronus liberto jurat: *l. qui bona §. pen. de damn. inf.* Bald. *in l. liberti ad fin. C. de op. libert.* imò nec fidelitatē promittit, Schenck. *Baro in c. un. §. Dominus de for. fid.* niſi ex urbanitate, ut ait Abbas, *in c. brevi de jureiur.* cujus veram rationem ſubjicit Vult. *lib. 1. feudo. c. 10. n. 37. in fin.* quia id tribuitur honori Domini, tanquam ſuperioris, de cujus fide erga Vaſallum dubitari minimè conſonum videatur.

Ob perſonæ qualitatē remittitur juramentum.

Quantò igitur Rex magis præſumitur eſſe integræ fidei, quam vel magiſtratus vel quivis feudi Dominus, quantoq; ipſi à ſubditis plus reverentiæ & honoris, quam Domino à Vaſallo debetur, tantò minus ad juramento fidem roborandum, aſtringi debebat, quod is tamen ex urbanitate, *ut dicebat Abbas*, non refugit facere, quia ſuo jure in eo nihil præjudicatum iri no-

A Domino feudi ad Regem.

iri novit. Nam ſicut Dominus Vaſallo: ita Rex ſubditis ad eadem obligatus manet, licet juramento obligatio non ſit confirmata. Nunquam enim poterunt vel Buchananus, vel Brutus, vel Bucherius, vel aliquis alius iſtius farinę, ullum exemplum ex ſacris literis producere, quod Reges vel jurarint populo, vel jurare teneantur: David quidem fœdus feriit cum tribubus Iſraelis: *1. Paralip. 12. 2. Reg. 5.* ſed de juramento nullum verbum. Nec video, unde illi didicerint, ſententiam fœderis fuiſſe, ut bene imperanti bene obtemperetur, cum David Saulii malè imperanti, non tamen malè obtemperarit. Aſa quoq; fœdus fecit cum populo, ſed quod populum magis, quam Regem obligaret. 2. *Paral. c. 15.* Verum de juramento non magis ſit mentio, quam illic, ubi Elias jubetur ungere Hazaëlem Regem Syriæ, aut Jehu Regem Iſraelis, *3. Reg. 19.* aut Samuel Saulem cui tamen, leges regni accuratè proponit, *1. Reg. 8. & 10.* aut ipſum etiam Davidem. 1. *Reg. 6.* Nec cum Jojada fœdus faceret inter regem & populum, ulla ſit mentio juramenti regii, quanquam populum juraſſe apertè ſcribitur. *4. Reg. 11.*

II. *Tertia claſſis juramentorum regiorum.* Reſtat tertium genus juramentorum, quibus Principes obligantur non tantùm ad ea, quæ pertinent ad eorum officium, ſed legibus quoq; ſe ſubjiciunt, poteſtati ſuæ certos limites ponunt, & ſolium non, niſi ex pacto, conſcendunt, quomodo Lacædemoniorum Reges ſingulis menſibus coactos fuiſſe jurare in leges Xenoph. teſtatur, *de Rep. Lac. in fin.* & antiqui Boij principibus adminiſtrandi leges, ſecundum veterem, ut dicebant conſuetudinem, præſcribebant, inter quas & hæc capita Theſſalono ſeu Thaſſiloni proponuntur: *Leges Boiorum ubiq; obſervato, ne qua fraus ipſis fiat, caveto, pauperum & inopum querimonias ipſe audito & cognoſcito*: & quæ ſunt ſimilia apud Aventin. *lib. 3. Ann.* Tale eſt juramentum, quod præſtitit Stephanus Bator, futurus Rex Polon. *Ego N. ſpondeo, &c. quod omnia jura, libertates, ſecuritates, privilegia publica & privata, juri communi utriuſq; gentis & libertatibus non contraria, Eccleſiaſticis & ſecularibus, Eccleſiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, civibus, incolis & quibuslibet perſonis, cuiuscunq; ſtatus & conditionis exiſtentibus, per Divos prædeceſſores meos & quoscunq; Principes Dominos Regni Poloniæ & magni ducatus Lituaniæ à Caſimiro M. ad Henricum, juſtè & legitimè datas & conceſſas, emanatas & donatas leges ab omnibus ordinibus tempore inter regni ſtatutas atq; ſancitas, aut oblatas & pacta ac conventa Oratorum meorum nomine meo cum ordinibus tenebo, obſervabo, cuſtodiam, tuebor & adimplebo in omnibus conditionibus, articulis & punctis, in eisdem expreſſis, pacemq; & tranquillitatem inter diſsidentes de Religione tuebor, manu tenebo, nec ullo modo vel jurisdictione noſtra, vel officiorum noſtrorum ſtatuumq; quorumvis autoritate quoscunq; affici, opprimiq; cauſa religionis permittam, nec ipſe afficiam, nec opprimam, &c. Iuſtitiam omnibus incolis regni noſtri, jura publica in omnibus dominiis conſtituta, abſq; omnibus dilationibus & prorogationibus adminiſtrabo, nullo quorumvis reſpectu*

Digitized by Google

reſpectu habito. Etſi, quod abſit, juramentum in aliquibus violavero, nullam mihi incolæ regni omniumq; Dominorum uniuscuiusq; gentis obedientiam præſtare debebunt: imo ipſo facto eos ab omni fide & obedientia regi debita liberos facio, abſolutionem nullam ab hoc juramento meo à quoquam petam, neq; ultro oblatam ſuſcipiam: Sic me Deus adiuvet. Chytræ. *lib 23. Saxon.* In eundem ſenſum juravit etiam Henricus Andegavenſis. Sed formula, quæ extat *lib. 1. ſtat. cap. 2. art. 2.* paulo mitior eſt Nec mirum, ſi Caſimiro III. difficulter perſuaderi potuerit, ut juramentum præſtaret, Cromer. *lib. 22.* quo totam majeſtatem regiam ſupprimi & ad comitia trahi advertebat. Quid enim aliud eſt in leges & immunitates jurare, quam iis imperium concedere? ubi verò leges dominantur, negat Ariſtoteles verum & abſolutum Regem eſſe. *3. polit. cap. 11. & 12.* Illud verò, quod in fine additur, *ab obedientia ſolutos fore ſubditos, ſi Rex in aliquibus ſaltem fidem violet*, manifeſtiſſimum argumentum præbet, regi nullam competere poteſtatem, niſi ex pacto, quod in Electione Sigiſmundi III. apertè apparuit, cum regni Cancellarius Zamoſcius ita eum alloqueretur: *Quandoquidem viderent ordines, Maieſtatem Regiam pactis conventis ſtare nolle, non debere ipſius Maieſtatem in malam partem interpretari, ſi ordines obedientiam ipſius Maieſtati renuncient.* Chytræ. *lib. 28. Saxon.* Et certè Carolus Calvus non exolvebat fide ſubditos, ſi contra juramentum faceret, ſed, *ubi id reſcivero, voluntariè,* inquit, *emendare conabor.* Non enim in mutua conventione conſiſtebat ejus obligatio, ſed poteſtas fundabatur in jure majeſtatis, per ſucceſſionem ſibi oblato: Sigismundus autem regium titulum obtinebat tantum ex conceſſione & pacto ſubditorum.

Sic etiam Uladislaus II ab Ungaris ad regnum vocatus, his conditionib., diplomate primum, & poſt in die coronationis juramento confirmaris, illud acoepit, *ut privilegia omnia ſervet, nihil novi in cuiusvis perſonæ detrimentum, uti Matthias rex facere plerunq; conſueverat, decernat, unius nummi aurei vectigal, quod is viritim exigebat, abroget, omnia eius decreta & donationes, quæ præter morem & regni jura iniuſtè tulit ſanxitve, reſcindat: tributa præter morem ne imponat, coronam duobus regni optimatibus pontifici & Regulo cuſtodiendam tradat: pecuniam ex redemtione trium provinciarum, Moraviæ, Sileſiæ, & Luſatiæ in regni ærarium referat, nec ſine procerum conſenſu tractare poſſit, amicitiam & fœdus cum Cæſarea Maieſt citra ſenatus autoritatem non ineat, in Vngaria reſideat. Quicquid antiſtites reguli & optimates, pro regni libertate & commodo ante coronandi tempus ex antiquorum more ſancire voluerint, ratum habeat, nihilq; ex divorum regum legibus abroget, immutetve.* Bonfin. *Dec. 4. lib. 9 in fin. & lib. 10. in pr.* Matthias quoq; in legum obſervantiam jurarat. *Idem. dec. 3. lib. 9* & in decretis ſuis, quæ extant, plurima regiæ poteſtati detrahentia indulget, utpote *in decr. 2. §. præterea, decr. 5. art. 54. Sine prælatorum conſilio & regni*

regni Baronum, nota ſive crimine infidelitatis damnare aliquem ex regnicolis non valemus. Ibid.§.& apud nos. Nos *etiam factum noſtrum regium ordine juris proſequemur: Ibid. §.item quia nolim. coronam proceribus cuſtodiendam trademus, &c.* Suevi durioribus adhuc vinculis innectunt Reges iſtos, quibus nec edicta proponere, nec tributum indicere, nec quem in carcerem conjicere licet, niſi juſſu & autoritate ſenatus, nec privilegia tribuere, nec bellum indicere, nec præfecturas aliis, quàm ſenatoribus concedere, deniq; nihil omnino ex propria autoritate decernere, quæ omnia & multò ſeveriora, Regiæque Maieſtati contraria, Johanni III. juranda propoſuerunt. Chytræ. *lib.2. Saxon.* Caroli V. legati prius, quam imperium iis traderetur, in has conditiones coacti fuerunt conſentire: *jura, privilegia, dignitatem principum & ordinum imperii minime convellat, aut imminuat: Electoribus liceat, cum erit opus, inter ſe convenire, deq; Rep. deliberare, nullum autem ipſe, quò minus id faciant, impedimentum iis inferat, de rebus imperii nullum fœdus aut pactum faciat, cum externis, niſi de ſeptem virorum aſſenſu, facultates imperii neque diſtrahat neq; oppignoret, cum vicinis aliisq; regibus pacem & amicitiam colat, neq; pro rebus imperii, niſi de ordinum omnium, præcipue ſeptem virorum voluntate bellum ſuſcipiat ullum, extra vel intra fines imperii: peregrinum quoq; militem nullum in Germaniam inducat, niſi conſentientibus illis: conventum nullum indicat, neq; vectigal aut tributum imperet, niſi de conſenſu electorum, conventus etiam non agat extra fines imperii; nec extra eos ullum ordinem in jus vocet.* Breviter nullum ferè jus maieſtatis ſolius Caroli arbitrio relictum eſt, ſed ubiq; requiritur conſenſus Electorum, cum quibus imperium accipit, quaſi diviſum. Illud verò inter cætera non minimum eſt poteſtatis circumſcriptæ argumentum, *quod ſi quam habeat actionem in aliquem ordinem, legibus experiri jubeatur, vim autem nullam adhibere poſſit iis, qui ſe cognitioni legitimæ ſiſtunt, neminem indicta cauſa proſcribere poſſit, ſed juris ordinem in eo ſequi cogatur.* Sleidan. *lib.1.in fin.* Omnium verò abiectiſſimum, quod in juramento Chriſtierni II. Dani poſuerunt. *Si qua nobis controverſia ſit cum Archiepiſcopis, Epiſcopis aut prælatis S. Eccleſiæ, eorumve miniſtris, in locis convenientibus, nimirum coram ſenatu regni cognoſci & tranſigi oportebit. Si qua nobis ipſis, aut præfectis noſtris controverſia, cum aliquo ex nobilitate, ſive is Senator regni ſit, ſive non, incidet: Eum coram univerſo regni ſenatu, hoc nomine compellare debemus, ſive ea controverſia ſit de feudis ſive de aliis quibuscunq; bonis aut negotiis, Et ſicut tenemur unumquemq; juvare, ut jus ſuum conſequatur, ita nos ipſi quoque obnoxii eſſe debemus, unicuique coram ſenatu regni nos accuſanti comparere & ad ipſius poſtulata uſitato judiciorum more reſpondere, & quicquid à ſenatu regni ſuper ea re decretum & pronuntiatum fuerit, idipſum exequi, neq; huiusmodi legitimas accuſationes aut poſtulationes iniquo animo ferre. Nullum etiam bellum incipere, aut externum militem in regnum introducere debemus, communi ſenatu regni non præſciente & conſentiente. Literis quoque &*

diplomatis

Digitized by Google

diplomatis vel noſtro, vel etiam patris noſtri Regis Iohannis ſigno confirmatis, plenam & inviolatamq́ fidem & autoritatem relinquere, ejusque æs alienum, quod liquidum eſt, diſſolvere debemus. Deniq, adiectum fuit, ut in juramento Poloni, *ſi vero, quod Deus avertat, contra iſtos articulos agendo delinqueremus, & ſenatorum regni admonitionibus nullo modo locum dare inſtitueremus, tum omnes regni incolæ ratione honoris & juramenti ſui, coniunctis viribus, fideliter in hoc occumbere debent, ut hoc avertant. Id faciendo contra ſua juramenta, obligationes, homagia, quo aſtricti nobis ſunt nequaquam feciſſe cenſeri debebunt.* Libell ordinum Dan. *de juſticia Chriſtierni II. abdicat.* Simili clauſula leges ſuas concluſit Andfeas Rex Ungariæ: *Si nos vel ſucceſſorum noſtrum aliquis huic diſpoſitioni noſtræ contraire voluerit, liberam habeant harum autoritate, ſine nota alicuius infidelitatis, tam Epiſcopi, quam alii Iobagiones ac nobiles regni noſtri univerſi ac ſinguli, præſentes, & futuri poſteriq́, reſiſtendi & contradicendi nobis & noſtris ſucceſſoribus facultatem.* In Decret. Andr. Reg *in fin. verſ ſtatuimus etiam.* In juramentis Regum Sueciæ ad id obligantur, univerſus Regni ſenatus, Epiſcopi, Prælati, Equites, nobiles, cives & vulgus, ut, *ſi Rex quicquam contra articulos pacti committere, vel per alios deſignare auſus fuerit, ſub ipſorum honore & juramento teneantur ipſi adverſari.* Ita enim pacti ſunt cum Margarita, Chriſtophoro Palatino, Johanne & aliis, quos lege confœderationis ex Dania reges aſſciverant. Chytr. *lib. 2.* Eadem & multò plura continentur, in Articulis Friderico ejus ſucceſſori propoſitis, quibus continetur mutuus contractus inter Regem & ſubditos, à quo ſi alterutra pars receſſerit, nec altera obligatur. *l. ſi quis major* &
ibi Curt. ſen. *num. 1. C. de transact.* Unde & nobilitas Danica, *in prædicto li-* 12.
bello Regi demonſtrare nititur, quod veniendo contra juramentum contractum violarit, & *proinde*, ajunt, *compulſi ſumus, ut noſtra juramenta, homagia & auxilia militaria per literas ipſi renunciaremus.*

Rex pactionatus ubi pactū non ſervat, deponi poteſt

Sicut & Moguntinus Pontifex, Saxoniæ & Brandenburgicus Elector cum legatis regis Bohemiæ Adolphum Imperatorem homicidii, ſtupri in virginem, ſocordiæ, negligentiæ perjurii accuſatum Senatusconſulto, ut ait Aventin. *lib. 7.* de faſtigio deturbarunt, ſimiliq; autoritate paulò poſt contra Wenceslaum uſi autores Archimyſtæ. *Id ibid.* Sueci Ericum Pomeranum, Albertum Megapolitanum, Carolum Canuti, Chriſtianum Danum abdicarunt. Chyt. *lib. 2.* Tum enim admittimus reſponſum Alciati *in reſp. 167. verſ. circa tertium dubium n. 10 fidem Domino non ſervanti, impunè non ſervari.* In his enim locum habere poteſt, quod Zacharias Papa ſcribit ad Francos, an Childericum juſtè deponere poſſint cogitantes: *Regem plebes conſtituit, eundem & deſtituere poteſt.* Aventin. *lib. 3. Annal. Bojor.* & quod gloſſa dicit: *in c. cum ex iniuncto in ver. Tam inſtitutio de hæret. ad quem pertinet inſtitutio, ad eundem deſtitutio*: per *c. 1. & 2. de capell. monac. & c plantare § in Eccleſiis de privileg.* & pronunciavit Epiſcopus Moguntinus, juſſu Pontificis Rom. contra Henricum Imper. *Quem*

meritum inveſtivimus, quare immeritum non deveſtiamus? Nunquid ergo Principum decreto impendere licet, eorundem auctoritate tollere non liceat? Helmold. *in Chron. Schlavo.*

CAPUT VII.

UTRUM MAJESTATIS POTESTAS TAM SIT ABSOLUTA, UT NEC SUCCESSOR ANTECESSORIS decretis & promiſſis obligari queat.

SUMMARIA.

1. *Videri ſucceſſorem teneri legibus anteceſſoris.*
2. *Diſtinguitur inter obligationem ex pacto & ex jure regni.*
3. *Leges anteceſſoris non obligant ſucceſſorem, ubi in hæreditaria poteſtate abſoluta ſuccedıtur.*
4. *Exempla legum à ſucceſſoribus revocatarum.*
5. *Quis ſint ſenſus clauſulæ, de æternum valitura lege.*
6. *Etiamſi ſucceſſor non teneatur ex lege ſervare leges anteceſſoris, aliæ tamẽ ſunt cauſæ, cur ſervare debeat.*
7. *Utrum ſucceſſor, acta geſtaq; anteceſſoris rata habere & promiſſa complere teneatur.*
8. *Fides & conſcientia, quam ſint neceſſaria principi.*
9. *Contractum, quia deſcendit de jure naturæ, princeps nequit reſcindere.*
10. *Alia bona Imperatorum referebantur ad fiſcum, alia ad ærarium publicum.*
11. *Contractu de rebus fiſci non obligatur ſucceſſor in regno, ſed hæres fiſci.*
12. *In regnis hæreditariis filius obligatur ad ſolvenda patris debita.*
13. *Quæ nomine dignitatis & pro commodis Reipubl. contracta ſunt, obligant etiam ſucceſſorem.*

1. TAntum reſtat adhuc conſiderandum, an majeſtas patiatur, ut qui eam poſſidet, anteceſſoris ſui legibus aut promiſſis teneatur. Anteceſſoris dico in eadem Reip. forma, quia ſi mutatus fuerit ſtatus Reip. alia dubitatio eſt, an pactis & fœderibus, quæ ſub abolita forma, contracta ſint, ſtandum ſit, quam tangit Ariſt. *3. polit. c. 1. 2.* & Cicero ubiq; diſputat: *in Epiſt. ad Attic Utrum civibus à Cæſare donatæ immunitates ratæ ſint habendæ.* Noſtra verò quæſtio loquitur de ſucceſſore in eadem Reip. forma. Nam ſi majeſtas nullis omnino legibus obligatur & par in parem non habet imperium, *l. ille à quo §. tempeſtivum ad Trebell.* videtur ſucceſſor, modo majeſtatem integram retineat, prædeceſſoris ſui factis nullo modo obligari, cujus tamen contrarium ubique obſervari videmus. *Apud Perſas*, dicente Artabano ad Themiſtoclem, *religio erat, leges non ſervare, ut ſemel latæ fuerant*: Plutarch. *in Themiſt.* ex qua lege diſputabant illi, qui à Rege exigebant, ut ſecundum tenorem decreti ſui Danielem Leonibus objiceret:

Scito,

Digitized by Google

Scito, inquiunt, *quia lex Medorum atq; Perſarum eſt, ut omne decretum, quod conſtituerit Rex, non liceat immutari.* Quo ſermone coactus Rex Danielem ad ſupplicium conceſſit, quem ut liberaret, usq, ad occaſum ſolis laboraverat. *Daniel. cap. 6.* Eadem lege Artaxerxes Mnemon, cum Aſpaſia Darium filium maritum elegiſſet, eam illi in matrimonium conceſſit invitus, *i. ge*, ut ait Plutar. *in Arto. ita cogente*, & Seoſis Rex Perſarum hominem amiciſſimum, & cui vitam cum regno debebat, coactus fuit in exilium ablegare. Procop. *li. 1. bell. Perſ.* Quod ſi Regi ipſi non licet à ſua abſ. ſe lata lege, multò minus licebit ſucceſſori, qui Reip. non minus obligatus eſt, quàm anteceſſor, idq; multò magis dubium evadit, ſi nominatim appoſita fuerit clauſula, *ut in lib. 1. capitul. Caroli & Ludov. c. 83. Nec noſtris, nec priorum, & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus mutetur*: aut *in conſtit. Frideric. de incend. & pac. violat. Volumus, ut hæc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & perpetuo jure ſervetur*: aut *in alia conſtit. ejusdem, de pace comp. & retin. inter ſubd. & Henrici VII. Quomod. crim. læſ. majeſt. & Caroli IV. in aur. bull. Hac edictali & perpetuùm valitura lege ſancimus.* Sic etiam Andreas Rex Ungar. tantòpere deſideratas ſuas leges ita concluſit: *Et ut hæc noſtra tam conceſſio, quam ordinatio, ſit noſtris noſtrorumq; ſucceſſorum temporibus in perpetuum valitura, &c.* In decret. And. Reg. *verſ. Item præter hos An. 1222.* Ludovicus *in articulis adjectis in fin. Volumus, ut præſentis noſtræ confirmationis, innovationis, conſtitutionis, & libertatum largitionis ſeries robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec ullo unquam tempore per nos vel noſtros ſucceſſores in aliqua ſui parte, quomodo libet, valeat in irritum revocari.* Sigismundus *in conſtitutionibus anni 1435. in præfat.* dicit, ſe eas laturum *in perpetuum duraturas & inviolabiliter obſervandas.* Et ſanè, quia leges Andreæ Ungaris videbantur admodum populares, quam Andreas *in fine ſuarum legum* iis conceſſerat, poteſtate contradicendi regibus, ſi eas immutare aut minus obſervare voluerint, liberè uſi ſunt. Nam à Ludovico I. earum confirmationem exegerunt, ut ipſe teſtatur, *in decreto, quod incipit. Nos igitur petitioni An. 1351.* Item à Matthia Corvino, *cujus extat decretum, incipiens: Matthias, &c. Cum laudabilis, felixq; ſit Reſp. An. 1464.* Albertus item quando in ſtatutis ſuis *An. 1439. verſ. Primo qu. d antiq.* antiquas leges & conſuetudines regni, & libertates regnicolarum reducere promittit, & Uladislaus II. quando recepit in genere omnes immunitates, privilegia & leges antiquas cõſervare, Bonfin. *lib. 29. hiſt. Vngar.* Andreæ regis quoq; ſtatuta procul dubio incluſa unà intelligunt. Sic & Carolus V. Imp. primo ſtatim capite ſe interdixit libertate mutandi leges, aut auferendi privilegia, Sleidan. *lib. 1.* quod itidem Reges Daniæ & Poloniæ jurant, ut ex eorum juramentis ſuprà allatis conſtitit. Idem Angli à ſuis Regibus exigere ſolent, imprimis, ut *chartam magnam, & chartam de Forreſta* in uſum reducant, quibus tamen Reges non aliter audientes ſunt,

Digitized by Google

quam pro ut Reip. conditio patitur & publica utilitas ſuadet, ſicut Imperatores olim principatum ingredientes, immunitates quibus, vellent, confirmabant, aliis derogabant, pro ut ipſis viſum erat. Sueton. *in Tit.* Plin. *in Epiſt. l. ſed & repr bari §. eſt autem ff. de excuſat.*
2. Nec Ludovicus I. Ungariæ Rex, ullo jure obligatum ſe putavit ad leges Andreæ confirmandas, ſed *id ſe largiri dicit fidelibus ſervitiis ſubditorum, quæ in vindicanda nece Andreæ, expeditione Siciliensi ſibi præſliterant.* Matthias quoq; *ſupplicatione unanimi ſuorum* ſe permotum dicit, ut easdem ratas eſſe ſineret, *In decret. Matth. ſuprà citato.* Nam & Ludovicus nonnulla in iis correxit, ut de non alienandis bonis Nobilium in Eccleſias, &c. nonnulla addidit, *ut proſtant ejusdem conſtitutiones* & Matthias plurima contra leges innovavit, quæ coactus fuit Uladislaus II. irrita pronunciare, ſiquidem ab eo tempore Ungari cœperunt aliunde accitos Reges durioribus legibus circumſcribere, & ad ſceptra non niſi certis conditionibus admittere, ſicut Johannes Veradienſis Epiſcopus Uladislaum alloquitur: *Si conditiones acceperis, regem te ſalutamus*, nec prius coronam accepit, quam Stephano Bathori, nomine Reip. ut acceptas conditiones publico juramento firmaret, exigenti, ſatisfeciſſet. Bonfin. *lib. 39. & 40.*

3. *Leges antecessoru non obligant ſucceſſorem.*

In talibus verò regnis, quæ ex pacto adeuntur, leges anteceſſorum ſervantur, non quod poteſtas anteceſſoris liget ſucceſſorem, ſed quod ſubditi ita cum futuro rege paciſcantur. Superiorem enim oportet eſſe, qui alteri legem vult dicere. *l. nam magiſtratus. ff. de recept. qui arbitr. l. judicium 58. de judiciis. l. ille à quo §. tempeſtivum, ad Trebell.* Atqui anteceſſor non plus habuit poteſtatis, quam ſucceſſori relinquit. Tum etiam iniquum eſſet, ſi anteceſſori liceret ſucceſſoris conditionem deteriorem facere, debitamq; ipſi libertatem auferre, Dec. *in c. 1. in 1 lectura n. 15. de conſtit.* Sebaſt. Med. *de legibus & ſtat. par. 4. q. 3 in fin.* quam rationem aſſignant Dd. communiter, quando Prælatum negant teneri ad conferendum feudum, quod, cum nondum apertum eſſet, ab anteceſſore promiſſum erat Vult. *lib. 1. c. 10. num. 16.* Borch. *c. 7. num. 19.* Roſenth. *c. 6 concl. 16. num. 13.* Qui enim non poteſt alicui tollere actum, nec poteſt ei auferre potentiam agendi, ut ait Bald. *c. 1. n. 7. Qui ſucc. dar. ten. per l. Divus §. 1. ff de uſu & habit.* Juris Canonici interpretes dicunt: *Quod Papa ſucceſſori manus ligare non poſſit, gl. ultim. c. ult. de reſcript. in 6. gl. in c. non liceat in verb. Papa 12. quæſt. 2.* quia nullus mortalium poteſt Papam judicare: *c. innotuit de Elect. c. ſi Papa diſt. 40.* ex quo Bonifacius *d. c. ult. de reſc. in 6. in fin.* ſucceſſori exemplum ſuum proponens, non utitur verbo jubendi, ſed, *Quod nobis*, ait, *licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus*, Imperatores credo imitatus, qui iisdem verbis utuntur, *in leg. digna vox in fin. C. de ll.* & Carolus Magnus, ſucceſſores ad non alienandas vel dividendas opes Eccleſiaſticas, ut à Carolo Martello fieri conſuetum erat,

obligatu-

Digitized by Google

obligaturus, cautè adjicit hanc limitationem: *Qui noſtram, vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum mutari voluerint. libr. 1. capit. cap. 83. c. quia juxta 16. quæſt. 1.* Quia enim legem præſcribere non poterat, exemplum ſaltem relinquere voluit. Nam quod *in cap. Non liceat. 12. quæſt. 2.* dicitur: *Non liceat Papæ prædium Eccleſiæ alienare*, non à Symmacho tantum in ſucceſſorem, ſed à tota Synodo latum eſt, quam tum temporis Papâ fuiſſe ſuperiorem alibi oſtendimus. *c. contra ſtatuta. vigeſima quinta quæſt. 1.*

Alias enim Pontificis ſucceſſor gratias expectativas prædeceſſoris ſui revocare poteſt, *ut in Regulis Cancellariæ Innocentii IIX. reg. 10. & Pauli III. reg. 11.* & Bonifacius IIX. Nicolai IV. & Cœleſtini V. expectationes conceſſas omnino *caſſas, irritas, & vacuas* pronunciat, *c. quoniam ult. de conceſſ. præbend. in 6.* & in *c. ſi gratioſè ant. fin. de reſcript. in 6.* gratias ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ conceſſas tam diu durare dicit, donec à ſucceſſore revocentur, in quem ſenſum Baldus id, quod Fridericus, *in conſt. de pace Conſtant. verſ. Amplius eam.* Mediolanenſibus concedit privilegia *ſine contradictione ſua & ſucceſſorum*, ita explicat, *in ver. ſucceſſorem*, quaſi ſenſus ſit: ea valitura, quamdiu ſucceſſor non contradixerit, quia, ne contradiceret, prohibere non poterat. *l. 2. C. de vet. jur. enucl.* Neque enim magis ſucceſſori, quam ſibi ipſi quis poteſt ponere leges, cum utriusque æqualis ſit poteſtas. Et quanquam ſæpe Principes ſibi ipſis ſemel latas conſtitutiones corrigendi poteſtatem auferant, adjecta clauſula, *ut nec à nobis ipſis derogari poßit*, id tamen non tenet, quia nemo potuit ſibi ipſi legem dicere, *gl. penult. in c. ult. de reſcript. in 6. per l. ſi quis. in pr. de leg. III. l. ſi fratres §. idem reſpondet. pro ſocio* Barto. *in l. cum precario de precar.* Coll. Papien. *in reſp. cauſ. Finar. n. 19.* & pernicioſum eſſet navi, ſi vector ingruente tempeſtate, gubernacula convertere non poſſet, ut Sex. Cæcilius dicebat. Certè Ageſilaus, cum contra leges, indicta cauſa, aliquem condemnare non auderet, rogationem tulit, ut interim, dum ille ea perpetraret, leges ſilerent, & Lacones, cum Pericles leges Athenienſium antiquari poſſe negaret, Laconico dicterio rogarunt, *ut igitur, ſi tolli non poſſent, ſaltem converterentur.* Cum Sp. Melius largitionibus populum corrupiſſet, & jam coitiones plebis in privata domo fierent, Titius Quintius conſulibus abrogandum imperium ſuadebat, *quod conſtrictis legibus, de provocatione ad diſſolvendum imperium latis, nequaquam tantum virium in magiſtratu, ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent, Opus eſſe non forti ſolùm viro, ſed & libero, exolutoq; legum vinculis, qui leges ipſius pro qualitate facinoris, intendere, remittere, vel etiam negligere poſſet.* Liv. *lib. 4.*

Pontifex revocat gratias expectativas.

3. *Lacedæmonii revocarunt leges Lycurgi, in quas jurarunt.*

Juratant Lacedæmonii in leges Lycurgi, fidemq; diſcedenti dederant nihil in iis, ante ſuum Delphis reditum immutatum iri: qua fide, ut eos in æternum obligatos retineret Lycurgus, inediâ mortem ſibi conſcivit. Plut. *in Lycurg.* Quam plurimæ tamen earum abrogatæ ſunt, cumque Lycurgus omne auri & argenti genus à Rep. ſemoviſſet, Lyſander contra, interceſſione amicorum, obtinuit, ut, quamvis non privatim, at publicè pecunia reciperetur, Plutarch. *in Lyſ.* quaſi Lycurgus nummi genus, non cupiditatem poſſidendi metuerit, & quaſi privatim contemni potuiſſet, quod publicè magnifieret, aut in domeſticis rebus inutile putari, quod publicè tanto honore ac ſtudio coleretur. Inſtituerat Lycurgus, ut agros in commune dividerent & in ſtirpes ſuccederent: Illud Epitades Ephorus abrogavit, controverſia ei cum filio coorta, legemquè tulit: *Licere unicuiq; facultates ſuas, cuicunque vellet, vel donare, dum viveret, vel teſtamento legare*, quam ab eo, iræ ſuæ exaturandæ cauſa, latam reliqui, avaritia ducti, juſſerunt. Plutar. *in Agid.* Legem Lycurgi de non admittendis peregrinis Cleomenes ſuſtulit, *ne*, inquit, *ut hactenus, Laconicam, penuria defenſorum, prædationibus Ætolorum & Illyriorum expoſitam videre cogamur* Plut. *in Clem.*

Athenienſes Solonis. Juraratetiam univerſus ſenatus Athenien: in leges Solonis, Herod. *lib. 1.* & ſeorſim quilibet Theſmothetarum in foro apud lapidem proteſtatus erat, ſe, ſi quid contra leges admiſiſſet, auream ſtatuam æqualem ſibi Delphis dedicaturum. Plurimas tamen ipſo adhuc vivente & vidente populus, alias Piſiſtratus occupata Tyrannide antiquavit, Plut *in Solon.* & vix usquam populus ad placita ſua revocanda facilior inventus fuit. Decretum quoq; Romæ fuit, ne lex ſacrata pro ſanctitate tribunorum lata, vel ab ipſa plebe abrogari poſſet, *ut omnes cives Romani jurarent per ſacra, ſe ſuosq; poſteros, in perpetuum hac lege uſuros, additaq; eſt ad jusjurandum precatio, ut iis, qui hanc legẽ confirmaſſent & immobile ſervaſſent, & Dii ſuperi, & Dii inferi propitii eſſent: iis vero, qui eam violaſſent, omnia cõtraria ab diis utriſq;, ut maximo piaculo obnoxiis, contingerent* Halycarn *lib 6.* quem morem licet ad ſua usq; tempora, imò diutius duraſſe Halycarn ſcribat, tamen tandem ab Imperatoribus ſublatum conſtat.

Romani à ſe acceptas

Perſarum Reges. Nec, quod de Perſis ſupra propoſuimus, quisquam ita accipiat, quaſi non potuerint legibus ſuis obrogare cum apud eos aliam legem inventam dicerent, illi quos Cambyſes conſulebat. *Regi licere, quicquid liberet.* Herod. *lib 3* & Artoxerxes Mnemon Atoſſam filiam contra leges in matrimonium duceret, Aſpaſiamque, Dario filio in matrimonium conceſſam, viciſſim adimeret, ut ſacerdotem Dianæ conſtitueret, de quo Tirabazus apud Darium conqueritur, *quod Græcæ muliercula cauſa ſanctiſſimæ Perſarum legi fraudem fecerit* Plut. *in Artox.* Pacurius quoq; antiquam ejus gentis legem potius, quam conſtantiam promiſſi diſſolvere voluit, ut notat Procop. *lib. 1. bell.*

Digitized by Google

bell. Perſ. & Daniele liberato, cum conſultores Rex in Leonum foveam projici juberet, manifeſtè indicavit, ab iis ſe deceptum fuiſſe, nec tam pertinaciter iniquæ legi ſtandum fuiſſe, quam etiam abrogavit, ſtatuto è contrario, ut Deus Danielis ubiq; coleretur & adoraretur. *Dan. 6. c. Imperatores diſt. 9.*

5. *Diſtinctio legis perpetuæ à temporaria.*

Eum igitur ſenſum habet clauſula, quæ æternam legem vult eſſe, ut eam diſtinguat à temporariis, quæ ad tempus latæ, vel certum vel indefinitum, cum termino ipſo expirant, vel mutata voluntate Principis mutantur, quale eſt decretum religionis à Carolo V. promulgatum, 1548. dum expectaretur concilii univerſalis definitio, Sleidan. *lib. 20.* Item pacificationes religionis, *an. 1541. 1542. 1544. 1548.* usque ad plenam pacificationem an. 1555. in qua vis adimitur aller declaration, oder etwas anders ſo denſelbigen verhindern/ oder verendern möcht. §. vnd ſoll alles & conſtituitur ein beſtändiger/ beharꝛlicher/ vnbedingter für vnd für Ewigwerender vortrag. §. vnd nach dem einvergleichen *in fin.* Tale eſt edictum Ludovici XII. regis Galliar. de modo promulgandi mandata Apoſtolica 1510. cujus initium eſt. *Nous en enſuyvant l' intention du concile de Basle, & Pragmatiq; Sanction, par Proviſion, & jusques à ce, que par concile ou congregation de l' Egliſe Gallicane, autrement en ſoit ordonnè, voulons & ordonnons, &c. li. 1. du corps du droict Francois t. 6. l. 2. in pr.* cum perpetuæ leges ita ſoleant incipi: *Nous voulons, quæ doreſenavant, &c.* Claudius quoq; Imperator, cum Ilienſibus, quaſi Romanæ gentis autoribus, tributa remiſiſſet, in perpetuum obſervari voluit. Sueton. *in Claud. c. 25.* & Clodius, qui de exilio Ciceronis rogationem pertulerat, adjecerat, ut *vix aut omnino non poſſet, nec per ſenatum, nec per populum infirmari ſua lex:* Cicero tamen negat, reliquos tribunos ea clauſula teneri, tum quia collegæ imperio nemo tenetur, tum quia ſi id eſſet, nulla ferè lex abrogari poſſet. *Neq; enim ulla eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis.* Ideoq; reliqui octo tribuni ita poſuerunt: *Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges, plebisve ſcita, hoc eſt, quod per legem Clodiam, promulgare, abrogare, derogare S. F. ſua non liceat, non licuerit: quod ei, qui promulgavit, abrogavit, derogavit, ob eam rem pœnæ, multæve ſit. E. H. L. R.* id eſt, *ejus hac lege nihilum rogatur.* Cicer. *3. lib. Epiſt. ad Att. Epiſt. 23.* & ibi Faernus, Manutius &c. Atq; ita clauſulæ priori per aliam derogatum fuit, quia ſemper id jus eſt, quod poſtremum populus juſſit, & Pontifex conſtitutionem condendo poſteriorem, priorem, quamvis de ipſa mentionem non faciat, revocare noſcitur. *c. licet de conſtit in 6. c. Vaſa de conſecr. diſt. 1. l. non novum ff. de ll.* Johan. Andr. *& gl. in d. c. licet in Ver. revocare. gl penult. in c. ult. de reſcr. in 6.* Nulla igitur clauſula ſucceſſori jus ſuum auferre poteſt, modo plenam majeſtatem ex lege regni habeat, nec anteceſſoris mandatum facit, ut leges ab ipſo latas retineat, nec Tiberius beneficia principum vim retinere voluit, niſi à

ſucceſſo-

Digitized by Google

ſucceſſore confirmata: Sueto. in Tiber. nec David, licet juraſſet Simei: *Non morieris. lib. 2. Reg. c. 19.* putavit ſucceſſorem eo juramento teneri cum moriturus id ipſi ſingulariter præciperet: *Tu noli pati, eum eſſe innoxium. Vir autem ſapiens es, ut ſcias, quæ facies ei, deducesq́, canos ejus, cum ſanguine ad inferos: 3. Reg. c. 2.* nec Henricus VII. Rex Angliæ voluit filium teneri ad ſervandam gratiam, quam Duci Suffolcio rogatu Philippi Hiſpani promiſerat, quoniam teſtamento ejus vindictam filio mandavit. Mich. des Montaign. *Liv. 1. de Eſſais ch. 7.*

Sunt tamen alia, quæ vetant Principem ad mutationes proclivem facilemq; eſſe. Si enim utilis eſt lex Reip. tantum abeſt. ut eam abrogare debeat Princeps, ut potius ſi nulla lata eſſet, eam ferre teneatur, ad id obligante eum tam divino, quam humano jure, ipſoque ejus officio, ex quo omnia ea facere tenetur, quæ Reip. pro futura prævidit. Tum etiam Reip. intereſt, ne crebris legum mutationibus jus incertum reddatur, quod qui ambulatorios magiſtratus improbant, objicere ſolent, *Novum Regem novam legem eſſe,* & Liv. ait *li. 5. Omnia repente mutaverat, Imperator mutatus.* Apud Romanos à principio Prætoris edictum nihil erat, niſi lex annua. Cic. *in 3. Verr.* ſed cum tam diverſis edictis, ſeſe mutuo deſtruentibus, Reſp. gravaretur, nec de jure quiſquam certus eſſe poſſet, prætoribus illud pro libitu mutantibus, Cornelius Tribunus pl. rogationem tulit, ut prætores ex edictis perpetuis jus dicerent, Dion. *li. 36. quæ lex,* ait, Aſcon. Pædian. *in argum. Cornel. multum autoritatis & gratiæ ambitioſis Prætoribus ſuſtulit,* qui jus varié dicere, aliquando etiam contra morem majorum, aliquando contra propria ſua edicta, ſolebant, id quod Cic. *in 3. Verr.* Verri etiam objicit. Eberlin. *ad l. 2. c. 10. n. 8. de orig. jur.* Idem autem in Rep. evenire oportet, quando leges mutantur cum Principibus, Duar. *ad t. de conſtit. princ. cap. 1.* ſicut Pompejus, datus Lucullo ſucceſſor, omnia ejus acta, non tam publicæ utilitatis cauſa, quam ex odio & invidia anteceſſoris irrita fecit: Plut. *in Lucul.* & cum leges ſint ſponſio, *ut dixit* Demoſthenes, ſeu vinculum Reip. ejus quoq; compagem diſſolvi neceſſe eſt, quando leges diſſolvuntur, ſicut Claudius reſcidit omnia acta Caij. Suet. *in Claud. c. 11.* Zeno redux ſuſtulit omnes ſententias Baſiliſci. Euagr. *lib. 3. c. 8.* In Anglia Eduardus IV. revocavit omnia ſtatuta Henrici VI. quæ primo anno imperii ſui ab illo facta erant, & cum Henricus poſteà ex carcere liberatus, ſceptrum recuperaſſet, eodem ſtylo perfodit, quicquid ab Eduardo geſtum erat. Helinshod. *in hor. vit.* Jam antea & Henricus IV. decreta Richardi II. anno 21. & 22. regni ſui promulgata antiquarat, retentis iis tantum, quæ anno regni II. proceres magis, quam ipſe, tulerant. Helinshod. *in hor. vit.* Robertus Bruſſius Scotorum Rex, cum regnum Anglis viciſſim eripuiſſet, Balliolfacta irrita habuit: Helinshod. *in Ed. 3.* quod ſi cum delectu fiat, & ea tantum, quæ ſummè mala ſunt, repudien-

Crebris legum mutationibus turbatur Reſp.

Digitized by Google

repudientur, rectè fit, & ut oportet. Sed quia plerumq; cum malis bona extirpantur, & ex mutatione ſæpè majus malum naſcitur, rectè Auguſtus voluit etiam quædam, licet deteriora conſervari, Dion. *lib.52.* & Cic. *in 1. Philipp.* Cæſaris leges, non tantum, quas vivus tulerat, ſed etiam, quæ poſt mortem ejus promulgatæ & fixæ erant, retinendas ſuadet, concordiæ cauſa, ex quo fundamento & ſimul, ne multi magiſtratus, multa benè conſtituta, autoritatem perderent, obſtitit Cato Ciceroni, omnia acta Clodii abolere nitenti, obtinuitq; ut rata manerent, quæ injuſto tribunatu geſſerat. Plut. *in Caton Mino.* Aratus Sicyonius ejecto Nicocle Tyranno, ſi antiquas repetere leges, & poſſeſſiones à multis iniquè uſurpatas, primis poſſeſſoribus reddere voluiſſet, turbatiorem feciſſet Remp. quam ſub Tyrannis fuiſſet, Cic. 2. *off. ad fin.* quod quidem in Rom. Rep. fecit M. Lepidus, cum cupidus novarum rerum, per inſolentiam, acta Syllæ reſcindere pararet: nec *immeritò*, ait Florus *lib.3.c.23. ſi tamen poſſet ſine magna clade Reip. Nam cum jure belli Sylla dictator proſcripſiſſet inimicos, qui ſupererant, revocante Lepido, quid aliud, quam ad bellum vocabantur? cumq; damnatorum civium bona, addicente Sylla, quamvis malè capta, jure tamen, repetitio eorum procul dubio labefactabat compoſitam civitatem. Expediebat ergo quaſi ægræ ſauciæq; Reip. requieſcere, quomodocunq;, ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur.* Ideoq; dicit Agrippa: *licet pleræq; Syllæ leges per illud tempus abrogatæ fuerint, major tamen earum pars, eaq; melior adhuc viget.* Dion. *lib 52.* Eadem de cauſa Leo *Novell.* 52. improbat edicta prædeceſſorum, quibus ante ſe cuſis nummis valorem abrogabant, *non intelligentes,* inquit ille, *quantum hinc in communibus negotiis novitatu, quantum detrimenti inferrent.* Atq; ita multæ leges peſſimorum Imperatorum in Rep. manſerunt, ut Domitiani, *in l. Domitianus ff. ad SC. Turpil.* Commodi, *l. pen ff. de in lit. jur. l. Procula ff. de probat. l. Divus Commodus ff. de jur. aur. annulo. l. Divus Commodus ff. de jure fiſci & alibi ſæpius.* Æliogabali, *l. qui accuſare C. de edend.* ubi pro Antonin. Alciatus & Tiraquell. *de jur. primig. q.17. op.4. nu 31. intelligunt Heliogabalum arg. l. ult. C. eod.* Nec ejectis Regibus, eorum leges ſimul ejectæ ſunt, quin potius Sex. Feſtus *de verb. ſign.* dum multas regias leges citat, ex primis quatuor tabulis Decem virorum, exiſtimandi copiam quibuſdam præbuit, leges Regias in quatuor primas tabulas conjectas fuiſſe, & Halycarn. *lib.5.* expreſsè teſtatur νόμους συναλλακτικοὺς Servii Tullii à Tarquinio Superbo obliteratos, in uſum revocatos fuiſſe & Idem: *lib.4. Servii leges de paganalibus Romani adhuc ſervant.* Item: *ad noſtra uſq; tempora conſtanter ſervatus eſt mos recipiendi in civitatem libertinos, quem Servius introduxit. Sæpè* enim, ut ait Plin. *in Paneg. etiam mali laudabilia faciunt,* & fieri poteſt, ut unius forſitan & deterioris ſententia multos & majores in eadem re ſuperet, *l.1.§. ſed neq; C. de vet. jur. enucl.* nec admodum probare poſſum ſententiam Opilii Macrini, qui omnia veterum Principum reſcripta

Malæ leges retinentur ad vitandum majus malū.

T ſcripta

ſcripta tollere cogitabat, nefas eſſe dicens: *leges videri Commodi, & Caracallæ, hominum imperitorum voluntates.* Capitol. *in Macri* Non igitur promiſcuè, ſineq; diſcrimine, quævis leges tollendæ ſunt, ſed illæ tantum, quibus publica ſalus manum adhibere cogit. *Si enim,* ait Gregorius, *deſtruerem, quæ antecesſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed everſor eſſe juſtè comprobarer, teſtante veritatis voce, quæ ait: Omne regnum diviſum in ſe ipſo non ſtabit, & omnis ſcientia & lex adverſum ſe diviſa deſtruetur. c. ſi ea 25. q. 2. ſunt quidam 25. q. 1. c.* & alibi: *Abſit à me, ut ſtatuta majorum conſacerdotibus meis in qualibet Eccleſia infringam, quia mihi injuriam facio, ſi fratrum meorum jura perturbo. c. quod verò 25. q. 2.* Injuriam dicit, non, *ut ibi gl. in ver. infringam,* quia, qui debet aliquem tueri contra alios, multò magis eundem tueri debet contra ſe ipſũ, ſed quia tantum ſibi ſuisq; legibus detrahit, quantum anteceſſori. Tanti enim æſtimabuntur ſua decreta, quanti ille æſtimaverit aliorum, cum utraque paris ſint autoritatis, ex eodam principio deducta, idque eò religioſius obſervandum, quantò anteceſſor magis extitit vir bonus, ſucceſſoriq; ſanguine conjunctior. Probroſum enim fuerit, eum vel ignorantiæ vel malitiæ accuſare, ejusq; voces, tanquam improbas, damnare. Scribit Tacitus 1. *Ann.* cum ageretur an hiſtriones virgis cædi poſſent, *valuiſſe autoritatem Auguſti, qui id negarat: neq; fas Tiberio dicta patris infringere.* Nec enim Innocentio III. parvam autoritatis, juſtitiæ & prudentiæ opinionem conciliavit, quod cum 19. annis præfuerit, nihil tamen geſtorum ejus poſt mortem mutatum ſit. Naucl. *gen. 39.* E contrario Ambroſ. *Epiſt. 1. cont. Symm. in fin.* Valentiniani fratrem & patrem, ſi ſtatuta eorum abrogaturus eſſet, injurias ita conqueſturos producit: *Quid mihi plus potuit meus hoſtis auferre? Abrogaſti decreta mea, quod adhuc ille, qui contra me levavit arma, non fecit. Nunc gravius telum corpore recipio, quod à fratre mea ſtatuta damnantur: meliore parte mei apud te periclitor. Illa enim mors corporis, iſta virtutis eſt. Nunc mihi abrogatur imperium, & quod eſt gravius, abrogatur à tuis, abrogatur à meis, & id abrogatur, quod in me etiam mei adverſarii prædicarunt. Si volens acquieviſti, damnaſti fidem meam: ſi invitus ceſſiſti, prodidiſti tuam, &c.* Ideoq; Abbas *in c. literas n. 3. de reſcript.* rectè dicit, *Papam, ſaltem ex urbanitate debere ſequi factum per prædeceſſorem inchoatum,* ſicut Leo *in c. In Synodo diſt. 63.* exemplum Adriani ſe ſequi dilucidè profitetur & Gregorius confirmat Mariano Archiepiſcopo Ravennati, quæ ejus prædeceſſor conceſſerat. *c. quia 12. q. 5.* Atq; quo ad leges & reliqua jura imperii res ad hunc modum expedita eſt. Quod attinet cætera facta principum, illud conſtat ab initio, quæ anteceſſor ipſe revocare potuiſſet, eadem multo magis à ſucceſſore retractari poſſe, cum juramentum & contractus à defuncto factus, ſæpè non obliget hæredem. Poteſt autem revocare, quæ ex propria liberalitate nullius cauſæ intuitu donavit, conceſſit, promiſit, *ut eſt argumentum in l. Lucius & ibi Ang. ff. de Evicti.* Curt. Jun.

Digitized by Google

Jun. *conſ.138. n.4. conſ.157. n.18.* Cravet. *tr. de antiq. temp. 2. par. 1. partis princip. n 38.* Menoch. *arbitr. q.48 num.11. q.55. n.4.5. conſ.1. n.181. lib.1* Belluga *in Specul. Princ. rubr.26. de privatione officior §. Princeps n.2.* Kirchov. *in com. opin. verſ. Princeps non poteſt gl. & textus in c. ſi gratioſè de reſcript. in 6.* Item, quæ vergunt in detrimentum Reipubl. Nam quanquam fama & autoritas anteceſſoris, ſucceſſori cara eſſe debet, carior tamen debet eſſe ſalus Reipubl. Ideoq; immodicas donationes à ſucceſſore retractari poſſe JCti docent, *per c. fraternitatem de donat. c. intellecto* ibi Bald. & Panormit. *de jurej. c. poſt ralis de donat. c. abbate ſanè de re judic. Novell. 7. § ut autem* Bartol. *in l. prohiber. § planè, quod vi aut clam.* Cuno *de pact. c. 24. n. 51.* Ludov. Molin. *tr. 2. diſp. 25. de Iuſt & jur.* ſicut Galba liberalitates Neronis, non plus decimis conceſſis per 50. Equites Rom. ea conditione revocandas curavit exigendasque, ut & ſi quid Scenici aut Xyſtici donatū olim vendidiſſent, auferrentur emtoribus: quando illi abſumto precio ſolvere nequirent Sueto. *in Galb. c.15.* Notat Boter. *li. 1 polit. illuſtr. c. 20.* Carolus IIX Ludovici patris donationes ſuperfluas & regio patrimonio damnoſas reſcidit & applicavit fiſco, multis refundere coactis etiam illud, quod jam inſumſerant, idq; in comitiis Turonenſibus 1481. concluſum erat. Belleſ. *li. 5. c. 150. 151.* Caroli VI. largitionibus immodicis ſoliti ſunt præfecti ærarii ſubſcribere. *Immodicè datum, & repetatur.* Æmil. *lib. 9.* Matthias rex Ungariæ coactus fuit, rogatione populi, donationes Ladislai & nonnullas etiam ex ſuis irritas facere. *In decret. II. verſ. Et quod nos omnes.* Bonfin *dec. 4. lib. 7.* Imperator Zimiſces Baſilio cubiculario ademit, quicquid Nicephorus ipſi largitus fuerat, *indignum eſſe* dicens, *publicis poſſeſſionibus, multorum præſtantium virorum ſudoribus & ſanguine partis, unum ſpadonem perfrui* Zonar. *in Zimiſc.* Fridericus I. cum Italiæ leges reformaret, eos tantùm in poſſeſſione reliquit, qui legitimam regum donationem probare poſſent. Gunther. *lib. 7.* Sigon. 12. *hiſt. Ital.*

Donationes Reip. detrimentoſa revocari poſſunt.

In parva tamen donatione, quando Reip. nullum creatur periculum, ſatius eſt principis famam ſervari, ut donatio valeat. *c. fraternitatem & ibi gl. in verb. graves, argumentans à contrario ſenſu, c. cæterum ibi gl.* Abb. Imolen. *de don. l. benè à Zen. C. de quadr. præſcript. l. data. l. ſancimus, C. de donat.* Socin. conſ. 7. *ſuper quæſt. mihi prop. lib. 7* Petrus Ferrar. *in prax. pap. t. 15. gl. 18. n. 3.* Tiraq *tr. de jud. in reb. exig. fer. verſ. ſeptuageſimò quartò.* Menoch. *arbitr. q. 15. n. 6.* Pruckman. *in rubr. c. un de Regal. c. 4.* Poſſ. *t. de regal. num 32.* Kirchov. *in com. opin. in verb. princeps.* (Quæ autem parva ſit donatio, vide Menoch. *arb. jud. caſ. 83. n. 51. caſ. 559. à n. 3. ad fin.*) Nihil enim cum in omni genere vitæ, tum maximè in principe magis neceſſarium eſt, quam fides, *l. inter claras C. de ſum. trin.* Hieron. Giarchar. *conſ. 2. n. 40.* Zaſ. *conſ. 15. n. 143. lib. 2.* ex Bald. *in c. 1. § fin. qui feud. dar. poſſ.* quam vita ſibi cariorem innuebat Eumenes, Rex, quando *ſe vitam potius poſiturum, quam fidem* dicebat. Plutar. *in Eumen.* 8.

Quantopere fides commendetur in principe.

in Eumen. & Philippi Haſſiæ Landgravii Heroica vox eſt: Man ſoll einen Fürſten kennen/ bey reiner Straſſen/ guter Müntz vnnd haltung beſchener zuſage. Warem. ab Ehrenberg. *de reg. ſubſid. c.5. n.37.* Nota eſt ſententia Eccleſiaſtici: *c.42 pudeat maritos ſcortationis, principes mendacii* Cum fide enim, ut ait App. Claudius, omnis humana ſocietas tollitur, Liv *lib.6. in ſi.* Quanquam enim *Romani omnibus quidem virtutum generibus exercendis, ſed omnium maximè atq; præcipuè fidem colendo, tam publicè, quam privatim, ad tantam amplitudinem pervenerunt.* Gell. *lib. 20. c. 1.* Fides autem in ſervandis promiſſis magnam partem conſiſtit, ſiquidem *nihil tam convenit humanæ fidei, quam ſervare pacta. l.1. ff. de pact. §. venditâ Inſt. de rer. diviſ.* Zaſ. *ad l. princeps n.7. ff. de ll. & conſ. 10. n 5. lib. 2.* Unde Baldus, quem omnes citant, ait: *in conſ. 327. n 4. vol. 1. Principibus maximè convenit verbum illud: ſemel locutus eſt Deus, & Quod ſcripſi, ſcripſi. Et ideo princeps unum debet habere calamum & unam linguam, & non plures, quia ſcriptum eſt: Quæ proceſſerunt de facie mea, non faciam irrita, unde debet immobilis eſſe, ſicut lapis angularis & polus in cœlo:* Curt. Jun. *conſ. 143.* Tiraq. *de nobil. c. 20. n. 23.* Gail *lib. 2. obſ. 55. n. 4.* Rauch. *lib. 2. q. 11. n. 60* Et Jaſon. dicit: *in l. 1. de pact. Nihil eſt in principe divinius, quam promiſſorum, conventorumq; conſtantia*: Duar. *ad l. conventionum verſ. Quæ fit per principem in fin. de pact.* quam Julianus etiam in ſententia condemnatoria ſe obſervare dicebat, apud Amm. Marc. *Scis*, inquit, *quam ſim lentus ad condemnandum: quantò lentior, poſtquam condemnavi, ad ignoſcendum.* Nec immeritò Livius Salinator, ob inconſtantiam, univerſum populum Rom inter ærarios reliquit, excepta Metia tribu tantum, quod ſe damnaſſent, & mox Conſulem & cenſorem creaſſent: neque enim inficiari poſſent, aut judicio ſemel aut bis comitiis abs ſe peccatum eſſe. Valer. *lib. 2. c. 9* Liv. *lib. 29. in fin* Quid hic facturus fuiſſet de Cœleſtino Papa, quem Baldus dicit *in c. 1. de nat. feud. de mane ſolitum fuiſſe concedere gratiam & de ſero revocare, eumq; propterea reputatum fuiſſe animal irrationabile*, addit *in c. 1. de renunc. in 6.* Imò adeo præſumitur de conſtantia principis, ut ſi donatione ritè facta, eandem rem alteri donet, poſterior donatio irrita cenſeatur, *argum l. ſi quid 7 ff. de reſcind. vend* Ludov. Rom. *conſ. 298. circa promiſſa per c. cum olim de re judic.* Jaſon. *in l. quoties. n. 7. C. de rei vend.* Gail. *lib. 2 obſ. 55. n. 1.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 61.* quia præſumitur prioris donationis oblitus, aut ab impetrante deceptus, cum alias contra conſtantiam, principi naturalem, non videatur ſtatuere voluiſſe, *per l. prædia de loc. præd. civil. lib. 11.* Dec. *conſ. 286. n. 6.* Vivius *in com opin verb. princeps n. 4.* quæ præſumtio juris eſt, ita ut contrarium probari non poſſit. Dec. *conſ. 588. n. 19* Bald. *conſ. 279. pridie enim conſului col. 10. lib. 3.* Et quanquam princeps, beneficium alicui conceſſum intuitu meritorum, vel ſervitiorum, ex plenitudine poteſtatis revocare poſſit, ſi vera ſunt, quæ notat Bartol. *in d. l. prædia,* Jaſon. *in l. reſcripta n, 2. C. de precib. Imp. offer. in l. fin. num. 3. C. ſi contr. jus vel utilit.*

Digitized by Google

util. Pinell. *in l.1.par.3. num.60.62. ill.at.C.de bon. mat.* contra quæ diſputant. Menoch. *in 1. reſp. cauſ.Finar.n.136.139.* Carol. Tapin. *in l.fin. par. 2.c.9.n.6. de conſt.princ* Rauchb. *q.11. lib.2.* quia quibus princeps ſua voluntate cauſa fuit acquiſitionis, iisdem acquiſita auferre poteſt: Alber. Brun. *in conſ. 1. n.50.51. inter conſ. feud.* Burſat. *in conſ.54. n.8.* nec contradici poſſit principi ex certa ſcientia agenti: *l.ſacrilegium C.de crim.ſacril.* Gail.*d.obſ.55.n.8.* tamen ut id faciat, minus ex re ejus eſt, *gl. in c.decet, in verb manſurum de reg.Iur.in 6.* Rauchb. *lib.2.qq.Iur civ. & Sax. q.11 n.35.& ſeqq.* Reuſner. *conſ.1.n 177. lib.1.* tum quia ſegniores efficiet reliquos ad ſerviendum, tum quia fidem actis ſuis detrahet reliquis. *Qui enim,* ait Tiribazus ad Darium, *ſemel legi fraudem fecit, nequaquam ei fides habenda, quod de maximis rebus pacta rata ſit ſervaturus.* Plutar. *in Artox.* Quo facit quod Baldus dicit: *ad l.princeps ff. dec. ll. principis intereſſe, quod pacta ſerventur: quia alias nemo ei confideret, & ſic eſſet ab omnibus exul, qui eſt omnium præſul.* Quod enim te in factis anteceſſoris facere vident, idem timebunt in tuis, ſiquidem, quod tibi jus eſſe cernunt, idem putabunt futurum ſucceſſori. Matth. Stephan. *2. de jurisd.c.1.membr.1.num.78. Facit l. ratas C. de reſcind vendit. Et quid alias contingere poterit,* ait Carolus Calvus *in Epiſt. Apol. ad Adrian.II. ſi ſucceſſor deceſſoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando, quæ geſta ſunt, faciat rata, quæ geſſerit. §.24.* Haiminsfeld. *tom. 1. Conſt.Imper.*

Quando verò contractus intervenit, niſi vergat in ſummum detrimentum Reipubl. Petrus Belluga *in Spec.princ.rubr.26.de privat. off. §. princeps n.3.* rectè putat etiam ſucceſſorem obligari, quam opinionem communem facit. Jaſ. *in conſ.10.Vol.3.* Villalob. *com.opin.lit.P. n.291.* Butr. Imol. Panorm. Felin. Dec. *in c.1.per illum text de probat.* Gabriel.Rom. *tr.reg.lib.3.t.de jur.quaſ. non toll.concl 5. n.2.* Cuno *de pact.c.24.n.42.* apud quos vide plures, & apud Carol. Tapiam *in l fin.par 2.c.9. n.11. & ſeqq de conſt. princ.* Menoch. *conſ.1.n.228.* Rauchbar. *lib.2.qq Iur.civ. & Sax q.11.n.5.* quia non eſt major poteſtas in hoc, quam in anteceſſore. *l. ſi pater ff. ad municip.l. Lucius §. per ff. quod vi aut clam.* At princeps nullus contra contractum ſine cauſa venire debet, cum in hoc caſu ſe habeat inſtar privati. Caſtr. *in l.digna vox C. de ll. Roman. conſ 426.n.17 & ſeq.* Cyn. *& communiter Dd. ad d.l digna vox* Zaſ *ad l.princeps n.4.in fin. ff. de ll.* Vivius *in comm.opin.verbo Princeps.n.3.* Gail. *lib.2. obſ.55.n.2.* Cuno *de pact.c.24.num.1.2.3 & ſeqq.* Hier. Giachar. *conſ.2.de mon. Marchiſana n.27.& ſeqq.* Rauch. *q.11.n.96.lib.2. Vox autem juris ac legum eſt, bonæ fidei contractum non poſſe reſcindi.* Symmach. *lib 2. Epiſt.87. in pr.* Unde nec Princeps, quamvis plenitudine poteſtatis uſurus, ea, quæ naturâ conſtant, perrumpere debet, ut ſuprà oſtendimus. Zaſ. *conſ.10.n.6.* Dec. *conſ.151. col.5.* Eberhard. *in top.loc.a plenitud.poteſt. n.30.*

In contractib. princeps ſubit locum privati.

T 3 Ut au-

10. *Diſtinguitur inter res fiſci & ærarii.*

Ut autem res hæc diſtinctius & planius intelligatur, diſtinguendum eſt primum, inter res fiſcales, quæ, ut ait Ulpianus, quaſi propriæ & privatæ Principis ſunt, *l. prætor. 2. §. Hoc interdictum. 4. ne quid in loc. publ. l. ult. C. de quad. præſcr.* inq; ejus patrimonio cenſentur, *l. cum ſervus 39. §. ſi vero §. ſed & ea prædia ff. de legat. 1. l. 3. C. de quadr. præſcr. l. ult. C. de agr. & man. dom. lib. 11. & tot. t. de fund. patrimon.* & ibi Cujac. C. Vocanturq; res dominicæ: *l. ſuper creandis C. de jur. fiſ. l. pen. & ult. C. de fund. patr.* Sixtin. *de Regal. c. 1. n. 24.* Covarr. *in relect. c. poſſeſ. mal. §. 2. n. 14. 16.* & inter eas, quæ totius ſunt Reipub. Olim iſtæ ad fiſcum, hæ ad ærarium referebantur, ſicut Plin. *in Paneg* docet, dum ait: *At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium cohibes? imo tantò majore, quantò plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* Item: *Damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni cura in ærario publico recepta*. Suetonius quoq; ærarium & fiſcum diſtinguit, *in Veſpaſ. c. 16.* & Spartian. *fiſcum* privatum ab *ærario* publico, *in Adrian.* Dion. *lib. 53.* pecunias *ſuas* ab *ærario. Etſi,* inquit, *Auguſtus, ſuas ab ærario ſeparatim haberet, tamen his quoq; ſuo arbitrio utebatur.* Pulcrè Seneca *7. de ben. c. 4. Cæſar omnia habet: fiſcus ejus privata tantum ac ſua, & Univerſa in Imperio ejus ſunt, in patrimonio propria.* Hodiè tamen nulla eſt inter utrumq; differentia. Duar. *c. 1. quid ſit fiſcus de jur. fiſc.* Cujac. *lib. 7. obſ. 3.* Galli diſtinguunt inter Domanium, quod Paſquier. *lib. 2. c. 6.* Theſaurum antiquitus vocari ſolitum teſtatur, ejusq; collectores Theſaurarios, & inter res *Patrimoniales* regis. Chop. *in lib. de doman.* Hottom. 4. *Reg. Franc.* Domanium idem eſſe, quod fiſcum patrimonialem dicit Duar. *c. 1. de jur. fiſc.*

11. *Pro fiſco obligatur hæres.*

Quæ igitur ad fiſcum principis privatum pertinent, ad ea ex quaſi contractu obligatur is tantum, qui fiſci hæres futurus eſt. *l. 4. §. hæres ff. de oblig. & action. §. Hæres quoq. Inſt. de oblig at. quæ ex quaſi contr. naſcun. l. apud Iulianum ff. ex quib. cauſ. in poſſ.* Forſter. *lib. 1. de ſucceſſ. c. 42. n. 9.* cum defunctus & hæres una perſona ſint, poſſintq; convenire & conveniri *l. cum a matre C. de rei vendic l. ſi ſorori C. de jur. de lib.* Mudæus *ad §. omnium autem num. 22. & ſeqq. de action. & in l. verum §. patri. n. 3. in fin ff. pro ſoc. per auth. de jurejur. à morien. præſt. in pr.* Paul. Montan. *in tr. de jur tut & cur. c. 30. num. 110. gl. in c. un. in verb. prægravatur de injur. in 6.* Diverſa autem ſunt, hæreditatem adire, & ſuccedere regno, ſicut ex jure civili Rom. de ſucceſſione in jus patronatus filius admittitur tanquam unus ex liberis, non tanquam hæres. Duaren. *in conſuet. feud. c. 11. n. 9.* Forſter. 4. *ſucceſſ. c. 22. n. 6.* Sic aliud eſt ſuccedere in feudo, aliud in hæreditate, & poteſt, qui hæreditati paternæ juramento renunciavit, quod fieri poſſe tradit, Forſter. *lib. 7. de ſucceſſ. c. 12. n. 9. per c. quamvis de pactis in 6.* tamen ſuccedere in feudo. *arg. l. ſi patronus §. fin. ff. de bon. libert. l. filii. de jure patron. c. 1. § in generali ſi de feud. defunct. cont.* Zaſ. *de feud. par. 8. n. 9.* Bald. Alvarot. Præpoſ. *& Dd. ad c. 1. An agnat, vel fil.* Sic Bodin. 1. *de Rep. c. 8. in*

c. 8. in fin. reges Galliæ dicit ſuccedere, non electione, nec jure quodam hæreditario, ſed lege regia, id quod in omnibus principatibus, in quibus ſucceditur, parem vim obtinet. Nihil autem eſt lex Regia, quam quod de lege Salica quidam dixit, inveterata quædam conſuetudo, vel tacita lex decurſu temporis hominum mentibus inſcripta, ſecundum quam Reges ſceptra capeſſere, & Reip. præeſſe tenentur, niſi, quæ jam diu certa fuerunt, non ſine Reip. perturbatione, evertere velit. Extat teſtamentum Caroli Magni, *quod incipit: Imperator Cæſar Carolus, &c.* & Ludovici Pii, *quod incipit. In nomine Domini Dei,* quibus de ſucceſſoribus & diviſione regni diſponunt, tanquam de rebus propriis, & Tiberius quoq; cæterique Principes non pauci adibant hæreditatem ex teſtamento, ſicut Ludovicus Rex Ungariæ Sigismundum Brandeburgenſem cum filia Maria hæredem inſtituerat. Bonfin. *dec. 3. lib. 1.* & Henricus VIII. Angliæ Rex Eduardum filium primò, deinde Mariam, deniq; Eliſabetham ſuos hæredes fecerat. Stovv. & Helinshod. *in Henr. VIII. & Ed. VI.* Verum non aliter ea omnia valent, quam ſi cum lege regni conveniant, ut tradunt in ſimili Curt. *tr. feud. par. 4. n. 129.* Jac. de S. Georg. *verb. Et cum pacto cl. 3. n. 1.* Afflict. *deciſ. 119. n. 3. & 5. arg. c. 1. in pr. de alien. feud. pat. c. 1. § ſed & res, per quos fiat.* Vide Guiliel. Bened. *in c. Rainu. ver. in eodem teſtam. cl. 1. n. 148. & ſeqq. de teſtam.* Dauth. *de teſtam. tit. qui teſtam. facere poſſunt.* Nam quanquam Pyrrhus filium natu minorem, ut pote magis patriſſantem, maiori in teſtamento prætuliſſet, Epirotæ tamen jus gentium ſecuti, ſuique regni proprium, teſtamentum reſciderunt & majorem in ſolio locarunt. Pauſan. *lib. 1.* Tiberius, quanquam *per uxorum ambitum & ſenili adoptione irrepſerat, dabat tamen famæ, ut vocatus electusq; potius videretur.* Tacit. 1. *An.* Ungari quoq; licet Ladislaus I. Almum ſibi ſucceſſorem deſtinaſſet, Calomanno tamen regnum obtulerunt, quod eſſet natu major. Micha. Ricc. *li. 2. compend. hiſt. Vngar.* Praſutagi Regis Irenorum regnum Centuriones, demum ſervi diripuerunt, quod Cæſarem cum duabus filiabus regni hæredem inſtituiſſet. Tacit. 14. *ann.* Henricus IV. Angliæ Rex conſenſu procerum, populiq; regnum iniit, dejecto Richardo II. licet hic ab Eduardo III. adhuc vivente Rex declaratus eſſet, ut filius Eduardi primogeniti. Sed quanquam is prætextu utebatur, pro vera cauſa, quo contra ejusdem hæredes deinde uſus eſt Eduardus IV. tamen inde apparet diſpoſitionem Eduardi III. non obſtitiſſe, quò minus leges regni, Angli obſervandas putarent. Rectè enim inter leges regni Gallici poſuit Hottom, *lib. 2. de reg. Gall. Ea, quæ iure regio primogenito competunt, ne teſtamento quidem patris adimi poſſe,* quod tamen alicubi non obſervatum, ſed non ſine injuria videmus. Gillius Bellefor. *in hiſt. reg. Gall.* Qua ratione enim negant feudorum interpretes, licere Vaſallo de feudo teſtari, ordinare, hæredem inſtituere, legare,

Teſtamenta Regum de rebus regni an valeant.

Digitized by Google

legare, fidei committere, qui ſcilicet hæc ſpeciem quandam alienationis continent, *l. dotalem de teſtam. milit. l. 1 §. 1. ſi quid in fraud. patro. l. filiusfamil. §. pari ff. de donat.* Duaren. *de feud. c. 12. n. 16.* & quia feudum tribuitur legis providentia, *c. 1. §. cum vero* & ibi Bald. *de his qui feud. dar. poſſ.* Hottom. *in c. 1. ver. ordinatione defuncti, de ſucceſſ. feud.* quæ patrono perpetuam beneficii autoritatem relictam cupit. Roſenth. *c. 7 de feud. concl. 2. n. 2. lit. B.* Mozz *de natur. feud. n. 78 & ſeqq.* Schneidvv. *par. 6. de ſucc. feud c. 1. n. 2. & 4.* Weſenbec. *c. 6. n. 6.* Schrad *par. 7. c. 2. n. 2. 3. 4. & ſeqq.* Micha: Graſſius *lib. recept ſent. in ver. legatum q. 14 n. 18. 19. text. in c. 1. in pr. & ibi Dd. de ſucc feud. c. 1. § donare & ibi Dd. qual. olim. pot feud. alien c. 1. de probib feud. alien per Frid.* Eadem ratione negamus id licere regibus, qui nec ipſi quicquam regni alienare poſſunt, & coronam induunt jure regio magis, quam ſucceſſionis, quanquam hoc per illud vires acquirit & determinatur Hottom. *lib. 2. de ll. & reg. Franc.* Quando igitur diſtinctæ ſunt perſonæ, quæ hæreditatem privatam cernunt, & quæ regno præponuntur, ut ferè accidit, quando ſucceſſor libera electione creatur, non tam generaliter dicendum eſt, cum Cuno: *de pactis. c. 24 num. 47.* Rauchbar. *q. 11. n 70. lib. 2. qq. iur. civ. & Saxo.* ſucceſſorem teneri ad ea, quæ ab anteceſſore ſimpliciter & ne quidem nomine dignitatis contracta ſunt. Nam qui cauſam non habet ab anteceſſore, nec ejus nomine gravari poteſt, *l. ab eo C. de fideicom. l. ſi quis domum in pr. & §. 1. ff. locat. cond. l. lex vectigali 31. de pignor. & hyp. Filius,* ait Caſſiodorus, *obligationibus paternis, ſi non ſit hæres, exuitur. lib. 4. var. Ep. 10.* nec, qui prælato ſuccedit, ejus debita ſolvere tenetur, niſi conſtet, ea verſa in utilitatem Eccleſiæ. *c. 2. & ibi gl.* & Butrius *n. 9. verſ. ſi autem recipitur de fidejuſſ.* Menoch. *arbitr. jud li. 2. caſ. 432. n. 19. & ſeqq.*

12. *Hæreditas non aditur, niſi tota.* Quando verò regnum devolvitur per ſucceſſionem, lege regni ſeu conſuetudine longa confirmatam, aliter dicendum eſt. Nam abſurdum ſit, *dicente Iuſtiniano l. un. §. in his itaq; C de cad. toll.* hæreditatis partem reſpuere, partem agnoſcere velle, ſed aut omnia accipere oportet, aut omnia repudiare, *l. quidam elogio §. fin. C. de jur. delib. l. 1. l. 2. l. 80. in pr. ff. de acquir. hæred.* Quod ſi jam regna ad hæreditatem pertinent, conſtat, ea adiri non poſſe, repudiat à hæreditate privata, quod oneroſa videatur, imprimis, ſi ſucceſſor ſit filius, qui jure antiqno Romano patri neceſſarius hæres erat, Duàr. *de feu. c. 11. n. 9.* ex ea ratione, quæ tangitnr, *§. licet in fin. Inſt. Quibus ex cauſ. manum. non licet,* ne ſcilicet injuria defunctus afficiatur, quod contra pietatem & naturale filii debitum eſſet, permittere. Imò de hac re ita proſpectum eſt in *An hæres in feudo teneatur pro anteceſſore.* jure feudali, cui ſucceſſio regnorum admodum ſimilis eſt, ut dubitationi locus ulterius nullus ſit relictus *c. 1. An agnat. vel fil.* Negatur enim ibi filio jus eſſe ſuccedere in feudo, ſi non ſimul agnoſcat univerſam hæreditatem paternam, ubi licet autores valdè diſcordes ſint, de quonam feudo textus accipiendus ſit, tamen in eo demum omnes conveniunt, quod quicquid ſit de feu-

Digitized by Google

de feudo ex pacto & providentia, in feudo tamen verè hæreditario, filius nunquam poſſit feudum acquirere, niſi & onera hæreditaria & reliquam hæreditatem paternam unà adeat. *tex. in § filius non poteſt, de capita: qui cur. ven.* Alvarot. Præpoſ. Raven. Hottom Schenck. *num. 4. & Dd. communiter ad d. c. un. an agnat. clar. in §. feudum q. 76. num. 3.* Gail. 2. *obſ. 154. n 18.* Chuno *de pact. c. 24. n. 65.* Jacob de S. Georg. *ver. ita quod ipſi inveſtiti. num. 2.* Zaſ. *tr. feud. par. 8. num. 6.* Duar. *de feud. c. 11. num. 9.* Schrad. *de feud par. 7. c. 5. num. 74. in fin par. 8. c. 8. num. 12. in fin.* Curt. *de feud. par. 1. q. 8. num. 19. ſeq.* Sonsb. *par. 9. de feud. num. 159.* latè Roſenth. *c. 7. concl. 20. 21. 22.* Ex quo judicium facere poſſumus de literis Franciſci II. Regis Gall. apud Bodin. *1. de Rep. c. 8. in fin.* quibus de jure negat ſe obligatum debitis, quæ anteceſſores cum Helvetiis contraxerant, ex hac ratione, *quod ſceptra hæreditario jure non habeat, ſed Regia lege, quæ jam inde usq; à primis Francorum Regibus lata ad mares proximos imperium detulit, quæ non aliter ſe obligari patiatur, quam ad ea fœdera, pactave, quæ cum exteris principibus ac populis ad imperii utilitates ac commoda à majoribus ſuis contracta fuerint.* Et ſanè Franciſcus I. contracta à Ludovico XII. cum Helvetiis debita ex aliqua probabili ratione potuit non agnoſcere: *Du Bellai lib. 1.* & Carolus VIII. repetenti munimenta bellica urbi, ab eodem Ludovico mutuò accepta, reſpondere aliquo majori juris prætextu potuit: *Se Ludovici hæredem non eſſe,* quia *ex d. c. un. An agnat.* agnatus ad debita defuncti ſolvenda, in feudi aditione non tenetur. Eum tamen Tiraq. *de primog. q. 36. num 26.* reprehendit: nec deſunt qui *d. c.* accipiunt tantum de feudo ex pacto & providentia: in hæreditario verò ſequendum putant jus commune ſucceſſionis, ut nec quicunq; hæres feudum acquirere poſſit, repudiat à hæreditate, quia illud faciunt hæreditatis partem. Andræ. Iſer. *num. 1. 4. 6.* Afflict. *n. 1. 2. & 24. in c. un. An agnat. vel fil.* Hartm. Piſtor. *libr. 2. qq. par. 1. q. 1. n. 65. & 70. q. 2. n. 15* 17. Covarr. *var. reſol. lib. 2. c.* 18. *n. 4. in pr.* Pinell. *in l. 1. par. 3. n. 85. C. de bon. mater.* Gabrielius *in concl. comm t. de V. S. concl. 3. in pr. & n. 19,* Sonsbec. *de feu. par. 9. n. 65. & infiniti alii.* Verum quicquid ſit, de hac opinione, Franciſcus certè II. ex hoc loco nihil invenit excuſationis, quò minus, ut in regno, ita in oneribus patris ſuccedere coactus fuerit, imprimis cum contractus factus fuerit nomine dignitatis & propter utilitatem publicam. Utile autem dicitur, non quod nunc utile eſt, ſed quod tunc erat, cum conſtitueretur: Nomine verò dignitatis contrahuntur, quæ contrahuntur de re pertinenti ad ipſam dignitatem, ut tradit Mandell. *conſ. 67. n. 1. & in c. quoniam abbas & ibi Dd. de off. de leg.* Quæ verò nomine dignitatis contracta ſunt, non in perſonam ſed in rem contracta ſunt, ut vult Bald. *in c. ult. ante fin. de ſent. & re jud. & conſ. 159. ſuper eo, quod quæritur col. 1. lib. 3.* ideoque cum perſona non moriuntur, ſed in ſucceſſores tranſeunt. Bald. *d. loc.* Imol. Panorm. Felin. *& Dd.* 13.

V *in c. 1.*

in c.1.de probat.Caſtal. in tr. de Imperat.q 114. n.1 Boeri: deciſ.204.n.42.Carol. Tap. in l.ſin.par.2.c.9.n.12.de conſt.princ. Anton.de Padiel. in l.unum ex fam. §.ſi de falcid.n.8. de leg.11. per c.ſignificavit de reſcript.tex.in c. abbate ſanè in pr. de re jud. in 6.in c.ſi gratioſe de reſcript. in 6. Dignitas enim non moritur, §. illud quoq; in fin. Nov.81. nec contractus extinguitur, qui ejus nomine celebratus erat. Tiraq. de jur primog. q.35.n.19.& ſeqq. Cuno de pact. c. 22.n.67. c.24.num.43. Summa igitur totius diſcurſus hæc eſt: *Principem, qui maieſtatem habet, anteceſſoris ſui decretis, quoad jura maieſtatis & ſtatum imperii, non teneri, niſi quatenus utilitas publica & divina, naturæq; jura exigunt. Eundemq; ſibi ſcopum habere propoſitum in cæteris ejuſdem actis, ut & honor ejus & fides ſalva maneat, nec Reſp. quicquam detrimenti capiat: In quibus verò contractus intervenit, ad eorum, quæ nomine dignitatis & pro Rep pacta ſunt, confirmationem teneri, ad reliqua verò, quæ ad privatum fiſcum pertinent, non aliter obligari, quam ſi hæreditatem adeat, aut ſit filius defuncti, quanquam agnatos propiores etiam obligari, æquius videatur, clauſula ſemper ſubintellecta, ſi nihil ſit in contractu, honeſtati vel utilitati publicæ contrarium.*

LIBER SECUNDUS.

DE JURIBUS MAJESTATIS MAJORIBUS.

CAPUT I.

QUID ET QUOT SUNT JURA MAIESTATIS.

SUMMARIA.

1. *Utrum & quomodo jura maieſtatis ſint indiviſibilia.*
2. *Quibus nominibus apud autores exprimantur jura maieſtatis.*
3. *Definiuntur jura Maieſtatis primum ex aliorum, tum etiam ex propria ſententiâ.*
4. *Deducuntur jura maieſtatis ex c. 8. lib 1 Samuelis.*
5. *Quænam maieſtatis jura expreſſerit Ariſtoteles.*
6. *Enumerantur jura maieſtatis ex Hiſtoricis.*
7. *Item ex legibus, ICtis & Politicis.*
8. *Diviſio jurium maieſtatis in maiora & minora.*
9. *Tria Eſſentialia maieſtatis jura deducuntur, quibus duo alia adjiciuntur*

Iura maieſtatis an indiviſibilia?

1 HActenus de maieſtate in genere, & quæ eò pertinent, diſputavimus, exigit jam ordo, ut ad eam declarandam in ſpecie deſcendamus Dicunt autem JCti, *maieſtatem eſſe individuam*, Cyn. in l ſi viva C.d. bon mater. Ang. Bald in l omnes C.de præſcription quomodo Dion lib.57 Rempubl.non poſſe dividi dixit, quod Bodin.1. de Rep.c.ult.in pr. Hayvvard. in diſcur. de relig. ad maieſt.

maieſt. pertin. rectè interpretantur, quaſi ſeparari ab eo, qui ſummam poteſtatem poſſideat, nequeant, de qua re paulò pòſt disquiſitionem inſtituemus. Sed idem Bodin. *c. de Rep. c. 1.* indiviſibilitatem aliter explicat, dum mixtam Remp. negat, propterea quod jura maieſtatis nequeant inter ſe ſeparari, & diverſis partibus Reip. attribui, quod tamen omninò factum eſt, quia plurima proponentur capita, ex quibus conflatur maieſtas, tanquam integrum ex partibus. Sic prudentiam dicebat Plato conſtare ex multis virtutibus. Plat. *in Proteg. in Meno: de Philoſ. &c.* teſte etiam Ariſtotele 6. *Ethic. Nicom. c. ult.* quam opinionem etiam Zenoni Citico tribuit Plutar. *in lib. de virt. mor. & de Stoicor. repug.* & Ariſtoteles 5. *Eth. c. 1. in fin.* de juſtitia univerſali dicit:

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes,

quas tamen nihil prohibet inter ſe ſeparabiles eſſe.

Diſtinguunt enim Metaphyſici inter indiviſibilia, & indiviſa Thom. 1. *par. ſum. q. 6. art. 3. q. 11. art. 1. ex 10. Metaph. & nos diximus in diſput. Metaph. de uno th. 25.* quorum illa ob ſimplicitatem ſuam diviſionem reſpuunt, hæc, cum ſint conflata ex partibus, licet quà ſunt, unum ſint, id eſt, indiviſa, tamen diviſio iis non repugnat. Multa enim dicuntur in jure civili individua, quæ vel conſenſu eorum, quorum intereſt, vel juſſu prætoris, vel aliam ob cauſam diviſionem recipiunt, ut notat Hottoman. *illuſtr. quæſt. 18. & 19.* Tutelæ enim adminiſtratio eſt individua, cum perſonæ detur: & tamen inter tutores ita diſtribui poteſt, ut quisq; pro ea tantum parte cogitur ſatis facere, quam geſſit, exemplo fidejuſſorum, ait Ulpian. *l. 1, §. & ſi quidem 11. in fin. de tut. & rat. diſtrah.* Paul. Monta: *de jure tutel. c. 32. reg. 9. n. 43.* quibus Adriani beneficio obligatio pro virilibus partibus dividitur. *l. non rectè in fin. C. de fidej. & mand. l. inter tutores 46. l. ſi plures 38. de adm. & per. tutor.* Et ſub claſſe hac conſiſtit etiam Maieſtas, quæ ſimul ſumta cum omnibus ſuis partibus, unum quid conſtituit, quod eſt totum potentiale, quod vocant, indiviſum, ideoque pluribus in Rep. diſtribui non poteſt, ut rectè argumentantur, qui Rempubl. mixtam impugnare conantur. Bodin. *lib. 2. de Rep. c. 1.* Tholoſan. *lib. 5. de Rep. c. 9.* Barclai: 1. *contra Monarch.* Melchior. Jun. *q. polit.* Hœn. *diſp. 9. n. 2.* Kirchner. *diſput. 2. de Rep. num 5.* Nihil tamen prohibet, quin partes in hoc toto unitæ ſecerni & diviſim inter plures diſtribui poſſint. Alia enim poteſtas eſt creare magiſtratus, alia jubere leges, alia ducere bellum, alia rationem habere ærarii, quæ qui confundere inter ſe, & inſeparabilia facere velit, idem officia ædilium, conſulum, cenſorum, prætorum unà commiſceat, quæ & ipſa in maieſtate unita, inter magiſtratus diverſa ſunt.

V 2 Has

Digitized by Google

2. *Nomina juriū majeſtatis.*

Has igitur maieſtatis partes (Bocer. *c.1.nu.2* malè vocat accidentia maieſtatis) quas ſpeciatim explicandas aggredimur, diverſis nominibus indigitari videmus. Clapmar. *de arca. Rerumpubl.lib 1.cap.10.* Omnium appoſitiſſimè Cicero vocat *jura maieſtatis*: Livius *jura imperii, lib. 2.* quo verbo & Curtius *lib.10.* utitur, quando *jus imperii Perdiccæ morte ſanciendum* dicit. Tacitus. *Sacra regni.* Baldus, *Sacra ſacrorum in proœm. feud.* Guntherus, *lib.7. jura Regia*, Ferrarienſ. *βασιλικὰ* dici ſcribit *intr. de feud. lib. 5. t. 51.* Germani appellant Keyſerliche hoheit vnd reſervaten *In comit. Ratubonenſ. 1576. §.* dadurch dann, cum ad excellentiam Imperatoris ſpectare dicantur, *in §. volumus de pac. Conſtant.* In jure Canonico & Feudali vocantur *Regalia*, qued nomen, niſi à potiori, ut plerunq; fieri ſolet, tractum plura includere, quam verbo exprimere dicamus, nimis ad hanc rem anguſtum eſt. Non enim ſoli vel Imperatori. quem in conſuetudine feudorum Regem dici, *ſupra in pr proximi capitis* oſtendimus, vel regibus tantum, quibus ea aſſignat non nemo, Tholoſſan. *lib. 9. de Rep. cap. 1.* competunt, ſed tam latè patent, atque maieſtas, & cuicunq; ſive Reipubl. ſive Principi, ſive Regi tribuitur, eidem & Regalia, juravè Maieſtatis derogari non poſſunt, quippe, cum Maieſtas ex his conſiſtat. Inficiandum tamen non eſt, Regalium nomen *in c.un. quæ ſint regal.* paulò ſtrictius ſumi, quàm jura maieſtatis in genere accipi debent. Promulgavit illud c. Fridericus I. Sixtin. *in proœm. de Regal. num. 5.* Obrecht. *in diſputation de Regal.* determinaturus in eo, non quæ ſint jura imperii in univerſum, ſed quid præter datam fidem & obedientiam debeant civitates Italiæ Imperatori. Ita enim propoſita fuit quæſtio Bulgaro, Hugoni, aliisq; Academiæ Bononienſis Juriſconſultis, quid juris habeat Imperator in civitates & regnum Italiæ, reſponſumq; eſt, *Italiam Imperatori jure à Carolo Magno tradito, regalia univerſa debere.* Ea autem eſſe, quæ *in d.c. un.* continentur. Gunther. *libr.8.* Otto Friſing. Sigon. *lib. 12. hiſt. Ital.* Mutius *lib.18.* Chron. Radevic. *libr. 2.* Et proinde omnia ferè ad fiſcum pertinent, quò ea etiam relata Sigon. & Gunther *d loc.* teſtantur. Ipſa verò imperii eſſentialia & propria jura, quæ extra dubietatis aleam, & in juramento fidelitatis, quod ordines Italiæ paulò ante præſtiterant jam agnita & imperatori conceſſa erant, non opus erat in dubium iterum revocare, ſuperque re planiſſima JCtorum ſententiam exquirere. Non tantum igitur ex iſto c. ſed ex ipſa rei natura univerſa maieſtatis jura deducenda erunt, ſi modo prius, quid per ea intelligamus, præmiſerimus. Vix enim exactam eorum definitionem apud quenquam invenies.

3. *Definitiones variæ jurium maieſtatis ſeu Regalium.*

Qui Regalia dicunt eſſe jura Imperatori Romano conceſſa, in præmium immenſi laboris, quem pro imperio ſuſtinet Borcholt. *de Regal n. 2.* plurifariam aberrant. Communi enim errore Bald. Iſern. Alvar. *in c. 1. quæ ſint regal.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 3. num. 6. & 7.* Curt. Jun. *part. 2 feud. de Laicor. feud.*

Digitized by Google

feud.n.7. Obrecht. *diſput.de Regal.th.20.* Bocer. *diſp.10.th.3.claſſ.4.* ſoli imperatori tribuunt, quæ non tantum omnibus Regibus, ſed etiam cuicunque ſuperiorem non agnoſcenti competunt. Matth. de Afflict. *ad rubr.c.un.quæ ſint regal.* Sixtin. *de Regal.c.1.n.15.* Roſenthal. *c.5. concl. 1. n.2.* Ferrar. *de feu. lib.5.n.7.* Deinde eſſentiam definiti non exprimunt, ſed confuſam tantum præbent deſcriptionem, ac ſi jurisdictionem, dicas eſſe jus magiſtratibus conceſſum od faciendam juſtitiam. Deniq; Regalia omnia faciunt precaria, & ab alieno arbitrio pendentia, cum perpetuum eſſe oporteat, quod ad maieſtatem pertinere debet, idemq, proprium Bodin. 1. *de Rep. c.8.* Alber. Gent. *de poteſt princip.abſol poſt pr.* Nam Dux Normandiæ qui regnum pro patre Johanne captivo gubernabat. Froſſ. *lib. 1.* aut Duces Bituricenſis & Burgundiæ, qui illud gubernabant pro Carolo VI. Froſſard. *lib. 4.* aut omninò, quos Regentes Galli vocant, licet hæc jura uſurpent, non tamen ea magis poſſidere dici poſſunt, quam quos quondam Imperatores ſuo nomine in Italiam mittere ſolebant, ſub titulo Exarchorum & poſt, diviſo Imperio Catapanorum à parte Græci, & Vicariorum, à parte occidentalis Imperatoris. Nec Richardus III. Eduardi IV. filiorum tutor, nec Philippus Friderici I. filii, nec Manfredus Conradini tutor, licet pleno jure conceſſo uterentur, etiam antequam pupillis regna eriperent, maieſtatem ſibi tribuere potuerunt, quia tutorum vel adminiſtratorum nomine tantum res gerebant, adultis pupillis omnia jura reſignaturi, perinde, ut Decemviri, ſine provocatione quidem creati erant, ſed ea lege, ut perlatis legibus, imperium populo redderent: quæ conditio etiam Solonis imperio annexa fuit, ne Reip. diutius præeſſe poſſit, quam ad perferendas leges requireretur, & Dictator maieſtatis accuſari poterat, ſi diutius, quam pro rei exigentia ſummum imperium continuaſſet. Verè igitur jura maieſtatis habet, qui ea habet propria & perpetua, non tanquam præmia laborum, quæ, ſi laborem non ſubeat, aut detrahi aut diminui poſſint. Nam ſi horum jurium cauſam penitus intueri velimus, inveniemus ea maieſtati tribui non tanquam præmia, ſed eam ſequi, ut umbra ſequitur corpus. Profluunt enim ex ejus natura, quæ cum ſit ſummum Reip. caput, quod gubernat omnia, ea quoq; penes ſe habeat, oportet, ſine quibus imperium non ſubſiſteret: id quod in Ariſtocratia & Democratia planum eſt, ubi hæc jura poſſidet tota Reſp. nec tamen ipſa Reſp. ſed magiſtratus labores ſubeunt. Quin etiam, ut tributa & cætera fiſcum augentia jura, pro præmiis haberi poſſint, ut infra dicemus, leges tamen condere, jurisdictionem exercere, periculum vitę in bellis ſuſceptis adire, labores ipſi potius ſunt, quam laborum præmia. Melior aliquantulum eſt cauſa, quam aſſignat Sixtinus: *in tr.de Regal.c 1 num.18. & ſeqq.* Bocer. *c.1.n.11.in fin.de Regal.* data eſſe ad tuendam Remp. & Affl. *ad rubr. quæ ſint regal. num. 7.* principem, ait, *operam ſuam ſubditis videri addixiſſe pro*

 Regali-

Regalibus, Ferrar. *in tr. de feud. lib. 5. c. 7.* quod, quatenus verum eſt, ſuprà diximus. Non enim obligatur princeps ad tuendam Remp. quia accipit Regalia, ſed quia ex ratione officii obligatur ad tuendam Remp. idcircò tribuenda ſunt ipſi Regalia, ſine quibus impoſſibile eſſet Remp. exiſtere, § *ac ſane. Novel. 149.* Vultejus *lib 1. feud. c 5. n. 7.* addit etiam conceſſa Imperatori *in ſignum præeminentiæ ac imperii dignitatem*, quæ ex aliorum definitioibus corraſa in unum compilavit Roſenth. *d. feud. c. 5. concl. 1. n. 2.* Cæterum licet dignitas & præeminentia comitentur maieſtatem, tamen eſſentiam ejus non conſtituunt, ut in principio proximi capitis oſtendimus. Nec enim vi dignitatis ſuæ, ut dicit Vult. *d. num. 7.* ſed vi abſolutæ poteſtatis confert. Ducatus, Marchionatus, &c. nobilitat, legitimat, magiſtratus creat. imò multa majora facit, quam illic idem enarrat. Multi enim ſunt principes, qui ſumma dignitate gaudent, poteſtate tamen ea deſtituuntur, quam ad jura maieſtatis requiri dicemus, ita ut multò verius & ad rem accommodatius, jura poteſtatis dici debeant, quam dignitatis, nec incommodè definiri, quantum generalitas eorum patitur: *poteſtates ſummæ, quibus is, qui ſuperiorem non agnoſcit, Remp abſolute moderatur, & publici ad eam rem tributi reditus.* Diverſitas enim horum jurium facit, ut uno genere, niſi generaliſſimo, quod Ariſtoteles, quando tranſcendentia removet à definitionibus 1. *poſt:* inutiliter in definitione poni docet, comprehendi non poſſint, qua de cauſa etiam Ariſtotelem diſtributivis definitionibus ſæpius uſum videmus. 2. *Phyſ. c. 1. 2. de an c. 2. 4. polit. c. 15.* Quæ enim res ob diſtantiam ab invicem commune genus univocum non habent, eas ſub unum conceptum mens noſtra cogere non debet, quia conceptus noſter regulam à rebus deſumere, & non contrà debet, *ut in diſt. de vero th. 21. & 22. ex Ariſtot. categ. de ſubſt. & 9. Metaph. oſtendimus*, & ipſi JCti dicunt, *propter noſtrum affirmare vel negare nihil mutatur in re.* Sic enim ponunt ſummam legis *aſſumptio ff. ad municip.* Et *denominatio etiam Papalis non mutat ſubſtantiam rei*, ut ait Johan. And. *in addit. Spec. t. de inſtr. ad §. porro, col. ult.* vide plura apud Tiraq. *de retract. lignag. §. 23. gl. un. n. 34. & ſeqq.*

Sed non poteſt definitionis veritas perſpici, niſi varietatem jurium maieſtatis prius propoſuerimus, in qua re tot ſunt Philoſophorum, JCtorum, Hiſtoricorum opiniones, ut Themiſtius, qui trecentas philoſophorũ opiniones de Deo propoſuiſſe ſcribitur, *in orat. ad Valentem.* Socrat. *lib. 4. c. 27.* plures hoc loco ſit inventurus. Principio audiamus Samuelem, jura maieſtatis populo proponentem, cum, tædio præſentis Reip. ſtatus, Regem pro judice, Monarcham pro magiſtratu peteret, & cum ipſe ſibi Dominus eſſe potuiſſet, in ſervitutem ſe dare mallet, ſeu, ut ait Sulpit. *in hiſt. ſacr. li. 1.* cum *non ſine exemplo amentiæ, præoptaret libertatem ſervitio regio mutare.* Quod enim Waremundus ab Ehrenb. *in lib. de reg. ſubſid. & on. ſubd. c. 11. n. 22.*

An c. 8. lib. 1. Sam accipiendum de jure regum legitimo vel Tyrannico.

jura

Jura maieſtatis à Samuele non proponi, ſed jura Regis putat, cum jura majeſtatis in rebus maioribus conſiſtant, neq; *ex d. c. 8.* abſoluta poteſtas queat evinci, Guil Bucan. *in loc. comm. Theol. 49.* facilè redarguitur, cum jura Regis & Maieſtatis nihil prorſus, modò Rex veri Regis poteſtatem habeat, differant, & licet non omnia maieſtatis jura, ea tamen proponantur, ex quibus de cæteris judicium fieri poſſit. Quin etiam abſoluta poteſtas in verbis textus continetur, quia omnia ponuntur in manum Regis. Ne enim neſcii eſſent Judæi, quantam ſibi aſciſcerent poteſtatem, Samuel univerſum jus Regis iis prius ob oculos ponere voluit, *1. Reg. c. 8.* quod poſtea in formam legis redactum repoſuit ante faciem Domini, *1. Reg. c. 10* ut, dicente Gregor. *lib. 4. c. ult. expoſ. in 1. Reg. æternæ memoriæ pœna traderetur.* Et quanquam Gregor. *d. loc.* dubitat, utrum *lex Regis & jus Regis* pro uno & eodem habenda: tamen Joſeph. *lib. 6. antiq Iud. c. 5.* controverſiam decidit, dum ait: *Propheta ſcripſit mala, quæ illis eventura erant, & legit, rege audiente, libruma; repoſuit in arca Domini, ut eſſet apud poſteros teſtimonium eorum, quæ prædixerat.* Gerſon, quem ſequitur Oſiand. *in gl. interim ad d. c. 8.* Genebrard. *in Chronol. lib. 1.* Bodin. *1. de Rep c. 10.* Roſſ. *de poteſt. Reip. c. 2. n. 10 jus,* vel, ut vertunt alii, *judicium Regis* interpretantur per morem ſeu conſuetudinem, ac ſi ſenſus eſſet: *Hic erit mos Regis,* qua interpretatione nihil eſt à verbis & mente Samuelis alienius. Nam an non is quoq; ſolet eſſe mos aliorum magiſtratuum, ut, quod Tiberius de ſuis dicebat, *deglubant populum, quem tondere tantum juſſi ſunt.* An non Abimelechum Rhamno peſſimæ arborum comparat Joatham dicenti: *Si verè me Regem vobis conſtituitis, venite & ſub umbra mea requieſcite. Si autem non vultis, egrediatur Ignis de Rhamno, & devoret cedros Libani: Iudicum capite nono.* An non filii ipſius Samuelis dediderunt ſeſe avaritiæ, acceperunt munera & perverterunt judicium, *1. Reg. 8. in pr.* inſiſtentes veſtigiis filiorum Heli. *1. Reg. c. 2.* Fruſtra igitur hoc jus dicitur regum, quod jam fuerat judicium, ſi Regibus in hac cauſa plus non licet, quam judicibus. Nam ſi totum hoc jus Tyrannicum eſt, & abuſus regię poteſtatis: idem reliquis magiſtratibus eſſe poteſt qui Tyrannidem inducere & poteſtate abuti eadem injuria poſſunt. Sed voluit Samuel, notante Brentio *homil. 27. in lib. 1. Sam. in princ.* populum admonere maioris licentiæ, quā ſibi vendicare poſſent reges, ſi quando plenitudine poteſtatis uti vellent, atq; ita apparet, nomen juris ſignificare hic poteſtatem jure conceſſam, populo tamen pernitioſam, quam non ineptè Gregor. *lib. 4. c. 2 expoſit in 1. Reg.* compoſito nomine vocat *jus regium Tyrannorum.* Sic enim ait: *Electus Rex David, cum ad ædificandum altare Domino, Ornam Iebuſæi aream peteret, regio illo Tyrannorum iure uti noluit.* Regium vocat, quia regibus omnibus convenit: Tyrannicum, quia in illud facilè degenerat, niſi eo, tempori & in loco, debitaque moderatione quis utatur.

Utrum lex & jus regis in idē coincidāt.

Ius regis nequit explicari per morem.

Ius regiū Tyrannorum.

Dictatu-

Dictaturam enim, quæ fuit breve regnum, non immeritò Halyc. *lib. 5.* vocat *Tyrannidem voluntariam & magiſtratum, qui parem Tyrannicæ poteſtatem habeat, quæ legibus omnibus ſuperior ſit, à quo conſi iorum factorumve rationem repoſcere non liceat. Hoc intereſt, dicente* Sene. *1. de clem. c. 11. & 12. inter Tyrannum & Regem: Species ipſa fortunæ ac licentiæ par eſt, niſi quod Tyranni ex voluptate ſæviunt, Reges non niſi ex cauſa & neceſſitate? Quid ergo? non Reges quoq; occidere ſolent, ſed quoties id fieri publica utilitas perſuadet. Tyrannis ſævitia cordi eſt.* Fortitudo tam conſiſtit in adeundis periculis, atque audacia: tam profundit ſubſtantiam liberalis, atque prodigus, ſed illi metam ſibi figunt, quam ultra prodire nefas, actionemq; metiuntur ex honeſtate & recta ratione: Ariſt. *3. Eth. Nicom. c. 10. 4. Eth. c. 1.* hi verò nulla habita vel boni vel honeſti vel utilis ratione, eò tantum ruunt, quò à voluptatibus vocantur, à cupiditatibus aguntur, deniq; nihil ſibi propoſitum habent, niſi quod libet: qui idem finis eſt Tyranni, eoq; differt à vero Rege, qui ne ea quidem vult, quæ ſibi licent.

multa licent, quæ non oporter.

Quam multa enim ſunt, quæ per leges licent; nec tamen honeſta ſunt, *ut retrodiximus. Veſtri conſilii,* ait Cicero *pro Rabir. veſtræ prudentiæ eſt, judices, ſpectare, quid deceat vos, non quantum liceat vobis.* Licet quidem marito, ſi qua mulier non invenit gratiam in facie ejus ob aliquam fœditatem ſcribere libellum repudii & renunciare matrimonio. Deut. *cap 24.* At Chriſtus tamen id æquum eſſe negat. *Matth. 19. Marc. 10.* Licet contrahentibus ſe circumvenire. *l. in cauſa 16. § Idem Pompon. de minor. l. item ſi 22. ff. locat. cond.* niſi alter defraudatus ſit ad dimidium precium. *l. ſic id. 7. de reſciud. vendit. c. cum dilecti c. pen. de emt. & vend.* Crotus *in Rep. c. ut animarum in pr. de conſt. in 6.* negat tamen Baldus *in c. cum cauſa in fin. de Teſtam.* conſcientiam permiſſione legum excuſari, *Levit. 19. Eccleſiaſt. c. 26. c. Qualitas diſt. 5. de pœn.* Tiraq. *l. 9. connub. gl. primæ par. 9. num. 7.* Licet verò etiam Regi *filios ſubditorum tollere & ponere in curribus ſuis, facere ex iis ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, conſtituere ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum & fabros armorum & curruum ſuorum. Filias quoq; eorum facere ſibi unguentarias & focarias, & panificas: Agros item & vineas & oliveta optima tollere, & dare ſervis ſuis: ſegetes & vinearum reditus addecimare, ut det Eunuchis & famulis ſuis, ſervos & ancillas & juvenes optimos, & aſinos auferre, & ponere in opere ſuo. Greges item addecimare, & in genere uti ſubditis pro ſervis. 1. Reg. c. 8.* Quis enim hæc agenti dicet: *Quid agis?* aut quis rationem exiget ab eo, *qui ſoli cœlo habet rationem reddere? c. totam dict. 3. de pœn.* cui & David peccatum ſuum confitens, *Tibi ſoli,* ait, *peccavi. Pſal. 50.* quia *Rex erat & alium non timebat, vinculis legum ſolutus,* ut explicant Hieron, *in Epiſt. ad Ruſtic.* & Ambroſ. *in Apol. Dav. c. 4. & 10.*

Rex ſuo arbitrio

Atqui æquum non eſt, ut totam poteſtatem ſuam Rex expediat, quia non ſolum, quod licet, conſiderandum eſt in contractibus, ſed & quod

honeſtum:

Digitized by Google

honeſtum: *l.ſemper de R.I. l ſemper de ritu nupt.* ideoq; meritò reprehenditur Achab, quod poſſederit injuſtè vineam Nabothi, quanquam in eo maximè culpatur, quod per homicidium in ejus poſſeſſionem ingreſſus erat. *3. Reg. c. 21.* Et peculiare erat Judæis, quod agros & poſſeſſiones ab una tribu vetiti erant transferre in alteram: *Num. c. ult. Tob. 7.* qua lege divina Rex impediebatur, quò minus agrum ex lege Regia petere poſſet. Nec ullo publicæ utilitatis reſpectu poterat Achab excuſari, quam tamen ſemper ſubeſſe oportet, ut juſtè plenitudine ſuæ poteſtatis regi liceat uti. Quin etiam Roboam in tempeſtivè jure ſuo uſurus decem tribubus deſciſcendi occaſionem dedit. *3. Reg. 12.* Nec enim quicquam valet contra noſtram aſſertionem, quod nonnulli ex hac hiſtoria excerpunt, Regem Roboam in diſputatione cum populo non allegaſſe jus regium, quo nihil ad ſuam cauſam potuiſſet invenire efficacius, ideoq; non agnoviſſe. Nam nec populus quidem legitur allegaſſe legem Moyſis *Deut. 17.* eò quod non omnia ſint ſcripta, quæ ab utraq; parte propoſita ſunt & diſputata. Reipſa verò oſtendit Roboam, ſe iſtoc jure uſurum, in quo tamen & ſibi malè conſuluit, & non rectè ſe accepiſſe jus regium oſtendit. Nam alia lex Regi ſcripta erat *Deuteronom. 17.* quam David moriturus filio ſuo Salomoni potius, quam illam alteram Samuelis commendat, *3. Reg. c. 2.* quia hæc lex *parendi*, illa *imperandi*, hæc *ſubditorum*, illa *principum* eſt: hæc quid *pati debeant ſubditi*: illa, quid *facere reges*, proponit. Alber. *in diſp. de princ. poſt. abſol.* Brent. *1. Sam. hom. 27.* Ibi igitur ita limitatur licentia Regis: *Non multiplicabit ſibi equos, non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus, neq; argenti & auri immenſa pondera: neq; elevabitur cor ejus, in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neq; declinabit in partem dextram vel ſiniſtram*, quam legem, tanquam legi Samuelis è directo contrariam, objiciunt Gerſon. *in tr. ne princip. f. at. adulat. capiantur aſſertionibus. par. 4. Alphab. 66. lit. L. conſid. 8.* Buchan. *in Dial. de jure reg. Scot.* Chaſſan. *in Catal. glo. mun. conſ. 24. num. 162. conſ. 35.* Tholoſ. *lib. 9. c. 1 ſibi contrarius lib. 3. c. 2. n. 10.* Roſſæ. *de poteſt. Reip. c. 2. n. 10.* Magdeburg. *in tr. de offic. magiſtr.* indeq; evincunt, totum illud quod à Samuele proponitur Tyrannicum eſſe: Bodin. *1. de Rep. c. 10.* Gothofr. *ad Nov. 105. c. 2. in fin.* cum tamen quædam ſint ex iis, quæ ſi ſubditi velint principibus denegare, Reſp. ſtare non poſſit. Quid enim ſi decimas, hoc eſt, tributa, etiam divino jure probata. *num. 18. Exod. 29.* Guilielm. Bucan. *loco 42. de miniſter.* negaverint ſubditi, ſi eos in bellum ducturo principi nollent audientes eſſe, ſi officia à Rege ſibi demandata recuſare? Et quis eſt hodiè, qui neget principi jus eſſe ſubditos ad ſervitia ſua poſſe evocare? cum jus hominum propriorum & jus angariarum etiam privati habeant. Huſan. *de propr. hominib. c. 2. & 6.* Waremund. de Ehrenb. *c. 4. de reg. ſubſ. & oner. ſubd. n. 10.* Imò quis eſt, qui non clamet, ſubditis injuriam fieri, ſi peregrinos potius pro miniſtris habeat, quam ſubditos? Quis

li entia infinitæ modum ponit.

Quid differat lex Deut. 17. ab ea 1. Sam. 8.

Digitized by Google

eſt, qui ſubditos non teneri putet ad colligendas ſegetes principis, & ad ſerviendum illi, qui vitam & omnia ſua pro ſalute eorum ſemper tenetur parata habere. Si quæ ſunt in cæteris duriora, ea Nicol. Lyra *ad d. cap. 8.* Chaſſan. *catal glor. mun. conſ. 25. num. 262.* Guilielm. Benedict. *in rep. c. Raynutius.* Waremundus ab Ehrenb. *de reg. ſubſid. & oneribus ſubdit. cap. 8. num. 11. cap. 9. num. 13. 18 cap. 10. num. 1. c. 11. num. 11. 48.* reſtringunt ad caſum neceſſitatis, cujus etiam alicubi meminit Gerſon, nec dubium eſt, quin neceſſitas tollat omnes leges. Sed Samuelis intentio diverſa eſt, qui populum tam ſevero jure à petendo Rege vult deterrere. Si verò de caſu neceſſitatis id intellectum vellet, nihil propoſuiſſet terribile, nihil, quod non cuivis Reipubl. moderatori, ſive princeps ſit, ſive magiſtratus, ſumma cum ratione liceret. Sic igitur dicendum cum Melancht. *in Epitom. Philoſ. Mor. & lib. 2. Chronic.* Barcl. *lib. 2. contr. Monarchom.* Cuner. *de offic. princip. cap. 7.* Winzet. *in velitat. contr. Buchan.* Waremund. ab Ehrenb. *d. lib. de reg. ſubſ. & oner. ſubdit* Tholoſ. 3. *de Rep. cap. 2. num. 10.* Alber. Gent. *in diſput. de poteſt. princip. abſ.* aliud eſſe *poteſtatem licitam*, aliud *officium regis*: aliud, quod *Rex facere poteſt*, quod à Samuele proponitur, *1. Reg. c. 8.* aliud, *quod facere debet*, quod à Moyſe. *Deuteronom. 17.* Poteſt in privatis etiam pater filium & filius patrem habere judicem, *l. 77. de judic. & ubiquinq; l. 6. de recept. arb.* ſed non debet: *l. 10 de juriſd. l. fin. §. penult. C. ubi ſenat. l. un. C. ne quis in ſua cauſ.* Cujac. *ad d. l. 77. tr. 3. ad Afric.* Pacius *cent. 3. concil. leg. quæſt. 21.* ex quo jam concidit etiam illud, quod Roſſæ. *cap. 2. num. 10.* objicit, ex Cyprian. *Epiſt. 65.* licentiam quam Saul ſibi dedit *injuriam* vocantis, quia *ſummum jus, ſumma ſæpè injuria* eſt, ſeu *ſumma crux*, ut ait Columell. *lib. 1. de re ruſt. c. 7.* in quem ſenſum etiam interpretantur illud Heſiodi: *Dimidium plus toto.* Ferrar. Monta. *§. fin. Inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet* Theſſ. *præf. deciſ n. 24.* Conan. *lib. 1. jur. civ. c. 11. n. 3.* Quam multa enim ſunt Tyranno à Bartolo *in lib. de Tyran.* aſſcripta, quibus princeps optimus ſæpè uti cogitur: *Externa*, inquit ille, *vi ſe munire, Tyranni eſt*: atqui, ſi cives ſint rebelles, ſi principem de ſolio dejectum eant, ſumma juſtitia princeps eam adſciſcit: *Severitas & rigor*, inquit ille, *propria ſunt Tyranni*: atqui Cleon eodem remedio utendum contra Mitylenæos ſuadebat, qui vi potius, quam benevolentia in officiò continerentur. Thucyd. *lib. 3.* Proceres Ungariæ, qui Uladislaum II ad ſceptra requirebant, unum præ cæteris ab *ipſo, animo imprimendum volunt, rem* ſibi fore cum bellicoſa aſperaq; gente: Ungarum non indulgentia, ſed ſeveritate molliri, non clementia & impunitate, ſed virga ferrea in obſequio retineri. Bonfin. *dec. 4. lib. 9. ante fin.* Romani quoque primum Dictatorem creaturi, quærebant aliquem, qui ſeverè imperare ſciret, nec molliter contumacibus cederet, quo potiſſimum homine tunc opus erat Halyc. *lib. 5.* & Cato M. cum ſeptem ejus competitores bonam lenitatis & indul-

Propria Tyranni aliquando adhibet bonus Rex.

indulgentiæ ſpem populo oſtentarent, contrà vociferatus eſt; *civitatem vehementi expurgatione indigere, hortari ſe multitudinem, ut ſi ſaperent, non leniſſimum ſed aſperrimum deligerent medicum; hunc ſe eſſe, & unum patriciorum Valerium Flaccum. &c.* Plutar. *in Cat. Maj.* Omitto cætera cum nemini non conſtet, Tyranni & Regis parem eſſe licentiam, ſed illud intereſſe, quod alter ea utatur ex cauſa, alter ex libidine. Et proinde vanum eſt, quod Buchan *in d. dialogo* Reges quidem Judæorum Reges vocatos, revera autem Tyrannos fuiſſe, id quod probat ex deſcriptione jurium regiorum, & ex eo, quod talem petierint regem, qualem habeant omnes gentes: conſtat autem, Aſiæ Reges nullos fuiſſe legitimos, cum Aſiatici, utpote mollioris animi, quam ſint Europæi, facilius Tyrannis paruerint. Addit etiam Samuelem extitiſſe legitimum regem Judæorum, quod ſi non aliunde, ſatis refutari poſſet ex *c. 17. Deuter.* ubi Moyſes vaticinatur, tum primum creatum iri Regem in Iſrael, quando populus dicet: *conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes*; quibus verbis tum demum populus uſus eſt, cum Samueli obedire recuſaret, filiorum ejus avaritia & iniquitate accenſus. *1. Reg. c. 8.* Quid verò regium fuit in Samuele? an quod dicitur judicaſſe Iſraelem? *1. Reg. c. 7.* atqui munus illud non depoſuit, ne creato quidem Rege, quia dicitur: *judicabat Iſrael cunctis diebus vitæ ſuæ*, & reliqui judices poſt Joſuam ampliore fungebantur officio, ſed tamen Reges fuiſſe negantur. Teneamus igitur Regum initium in Saule factum eſſe: eumq; verum Regem, non Tyrannum extitiſſe. Quis enim velit aſſerere: Deum populo tantum malum, quantum eſt Tyrannis, voluiſſe concedere? An igitur Deus eſt autor Tyrannorum, eosq; divina & peculiari ſua unctione dignos cenſet? quem videmus ubiq; Tyrannis adverſatum: qui Abſolonem, Adoniamque in herba oppreſſit, antequam Tyrannidis affectatæ ſtabilimentum facere poſſent: *2. Reg. c. 18. 3. Reg. 1.* qui Jeroboamum, Baaſanum, Achabum, *3. Reg. c. 12. 16. & 21.* & alios ob eandem cauſſam tam ſeveriter punivit, atque in perſona Salomonis omnibus Regibus minitatus eſt, ſe Tyrannidem eorum vindicaturum, non tantum in ipſis, ſed in tota ipſorum poſteritate. *3. Reg. c. 9.* Regum verò autorem & inſtitutorem ſe ubiq; facit. *Ego*, ait ad Davidem, *unxi te, 2. Reg. c. 12.* & Salomon de ſeipſo: *Deus firmavit me, & collocavit ſuper ſolium Davidis. 3. Reg. 2. 14. 16.* Nec enim credo concedet Buchananus, Chriſtum, qui ſtemma ſuum ſemper deducit ex regio ſanguine, ex ſolis Tyrannis naſci maluiſſe, quam ex legitimis Regibus, per quos Buchan. intelligit magiſtratus. Id autem ſequitur, ſi per Reges Tyrannos intelligi concedamus. Atque ut hinc Regum & Tyrannorum diſtinctio ſatis clarè eluceat, tamen & hoc non parvi momenti eſt, quod Deus conſtituiſſe dicatur Reges ad faciendum judicium & juſtitiam, prout Regina Saba dicit ad Salomonem. *3. Reg. c. 10.* Qui verò hoc faciunt, habendi

Samuel non fuit Rex.

Reges Iudæorum vere Reges

Reges Aſiæ non omnes exſtiterunt Tyranni.

ne ſunt pro Tyrannis? Certè eodem argumento retorquere poſſumus, quod de regibus Aſiaticis Buchananus & Roſſæus objicit: hos videlicet Tyrannos extitiſſe. Quanquam enim ipſi Aſiaticos tantum objiciant, cum Judæi & antea Moiſes generalius de omnibus in circuitu Regibus loquantur, tamen ne ſic quidem magnopere cauſam ſuam ſublevant. Nam Cicero 2. *offic.* rectè dicit: *Mihi quidem non apud Medos ſolum, ut ait Herodotus, ſed & maiores noſtros juſtitiæ fruendæ cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Cum premeretur initio multitudo, ab iis, qui maiores opes habebant, ad unum aliquem, confugiebant, virtute præſtantem, qui cum prohiberet injuria tenuiores, æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis pari jure retinebat.* Qui igitur virtute præſtantes exſtiterunt, qui juſtitiæ fruendæ cauſâ creati fuerunt, an illos Tyrannos Buchananus & Roſſæus vocaverint? Et Ariſtoteles quidem *3. polit. c.10. & 11. 5 polit. c.10.* Heroicis temporibus regna extitiſſe ſpontanea ſentit, ſecundum morem & legem. Propter beneficia enim à patribus collata in populos vel per artes vel per bellum, vel per congregationem in unum, vel propter acquiſitionem regionis delatum fuit eis regnum de populorum voluntate & ſucceſſoribus: id quod & Cicero teſtatur *lib. 2. de ll.* Juſtin. *in pr. hiſt.* & Diodor. *lib. 1. par. 2. c. 1.* Omnes videlicet gentes ſibi eos ab initio præfeciſſe, qui virtute reliquis anteſtarent. Eos igitur quos Diodo. *lib. 1.* Herodot. *in Euter.* etiam pro Diis habitos ſcribit, quisquam ne Tyrannos vocaverit? crederet ne quisquam tam abjecti animi fuiſſe Aſiaticos populos, ut ſpontè in Tyrannidem ſe projicere voluerint, cum Ariſt. *3. polit. c.12. 4. polit. cap. 10.* & cum illo omnes reliqui inter notas Tyrannidis ponant, quod populus invitò illi obtemperet, de quo Polyb. *lib. 6. in pr. Ea demum Monarchia, regnum propriè dici debet, quæ voluntariò ſubditorum conſenſu conceditur, & magis pro animi ſententia, quam timore & voluntate gubernatur,* & Cic. ſcribit. 1. *de offic. Omnibus à natura benè informatis inſitum eſſe, ut nemini parere velint, niſi utilitatis cauſa & legitimè imperanti.* Prolixiores eſſemus, ſi in acta præteriti temporis retrogredi, regumque, quibus in ſuos uſi ſunt, jura examinare, quanquam inter reges Paleſtinæ maximè vicinos, Ægyptios dico, plurimos inventuri ſimus Deos magis quam homines creditos Herodo: *in Euterp.* Refert Lactant. *lib. 1. Divin. Inſtit. c. 8. 9. 10 11. 15.* non tantum ob beneficia conſtitutos primum Reges, ſed & eorundem gratia in Deorum numerum relatos, ut & Arnob. 1 *contr. gent* Cic. *lib. 3. Nat. Deor.* Lucret. *libr. 5.* Invenimus etiam inter Ægyptios Seſoſtrin omni virtutis genere excellentem, nec non Bochorem, cujus nomen proverbio pro bono rege uſurparunt, *ut teſtatur* Suidas, imò Ægyptiorũ quosdam reges ita legibus alligatos teſtatur Diod. *lib. 2.* ut non tantum ex eorum præſcripto coacti fuerint jus dicere, ſed & ambulare & cibũ capere, & cum uxore cubare, prout lex jubebat. Hoccine eſt Tyrannum eſſe? hoccine verbum Tyrannicum, quo Antigonus Aſiæ

Rex

Rex adulationem cujusdam dicentis. *Omnia regibus licere, at ſemper licuiſſe,* repreſſit: *ita quidem Barbarus, ſed non nobis.* Plut. *in Apophth.* Cæl. Rhodig. *lib. 23. c. 14.* aut quod Antiochus III. ad magiſtratus ſcripſit: *Tum demum mandatis ſuis obtemperarent, ſi cum legibus conſentirent.* Plut *in Apophth.* Inveniemus etiam in hac claſſe reges Æthiopum legibus obſtrictos, & ex earum præſcripto jus dicere ſolitos. Diodor. *lib. 3. cap. 1.* nec non infinitos alios, ita ut rectè dixerit Halycarnaſſ. *lib. 2. Regum priſcorum dominatus non erat nimium noſtri juris neq; ab unius ſententia, ut noſtro tempore, pendebat.* Sed id genus exemplis fruſtra chartas impleremus, cum ex prædictis ſatis dilucidè pateat, nec reges vicinos, quibus ſimilem regem petierunt Judæi, prorſus fuiſſe Tyrannos, nec jus regium à Samuele perſcriptum Tyrannidem inducere, ſed continere ea maieſtatis jura, quæ nos hoc in loco quærimus. Primus igitur hic locus eſt ex quo jura maieſtatis deſumi poſſunt.

Secundus eſt ex Philoſophorum principe Ariſtotele, quem Fabius Albergat. *dei diſcorſi polit li. 2. c. ult.* jura maieſtatis proponere putat, 3 *polit. c. 12. aut ſecundum alios 14* errore multo maiori, quam quem Bodino impingere conatur. Nihil enim dicit ibi Ariſtoteles, quam Regem ex ſuo arbitrio gubernare Remp. quod non eſt agere de maieſtate, ſed maieſtatem attribuere regi. Aliud autem eſt, ait Zimar. *contrad. ad Metaph.* ſubjectum ſcientiæ tribuere, aliud ſubiectum explicare: Aliud eſt maieſtatem explicare, aliud eam Reip. ſpeciei cuidam applicare. Et valdè peccaſſet Ariſtoteles in regulas Logicas, ſi maieſtatem, quæ communis eſt omnibus formis Reipublic. in ſolo regno explicaſſet. Deniq; nihil ibi proponit Ariſtoteles præter confuſam rationem maieſtatis: Nobis autem quæſtio eſt de diſtinctis juribus maieſtatis quæ ut rectè advertit Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 10.* proponuntur ab Ariſtotele 4. *polit. c. 14.* quanquam *per totum librum quartum* ſparguntur & non pauca exprimuntur etiam *c. 9. & 13.* Paurmeiſter. *lib. 1. de jurisd. c. 3. num. 21.* quanquam jura maieſtatis eo in loco exprimi conſentit, de perſonis tamen, tanquam Reip. partibus, Ariſtotelem loqui putat, id quod à Scopo & verbis Ariſtotelis omnino alienum eſt, ſiquidem de Rep. & ejus partibus non de civitate loquitur, ut etiam notat Thomas *ad d. c. 14.* dum dicit, *quod diſtribuatur ordo principantium, in quo conſiſtat Reſp. 3. polit. cap. 6.* Paulò autem poſt, declarata officia accommodat perſonis, dum quærit: *an omnibus vel aliquibus civibus ſint tribuenda.* Verùm Bodinus, more ſuo, non, niſi imperfectam particulam verborum Ariſtotelis adducit, iisq; affingit ſenſum ab intentione Philoſophi prorſus alienum, quiq; non minori veriſimilitudine contra doctrinam Bodini poſſit retundi. Docuerat enim Ariſtoteles, 3. *pol. c. 6* idque repetierat, 4 *polit. c. 1.* Rempub. eſſe gubernationem civitatis. Ejus Reip. ſeu gubernationis poſt explicatas ſpecies Rerump. tres facit partes, quarum prima inquit eſt τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν, ſub quo comprehen-

5. *Iura maieſtatis ex Ariſtotele.*

dit poteſtatem belli, & pacis, ineundæ vel diſſolvendæ ſocietatis, belli, legum ferendarum vel abrogandarum, mortis vel exilii, publicationis bonorum, & repoſcendarum rationum. Nec enim putandum eſt, Ariſtotelem de conſilio tantum loqui, ſed vult hanc partem *κυρίαν εἶναι περὶ πάντα ταῦτα*, ut ſtatim ſubdit & apparet ex ſubjectis exemplis. Altera pars eſt *τὸ βουλευόμενον* (repetendum enim hoc verbum eſt, quod cum Aretinus aliiq; interpretes neglexerint, mentem Philoſophi in verſionibus nequaquam ſunt aſſecuti,) *περὶ τὰς ἀρχὰς*, hoc eſt, quos oporteat creare magiſtratus, & quomodo, & quarum rerum poteſtatem iis tribuere. Tertia verò eſt *τὸ δικάζον*, quod in jurisdictione verſatur. His paucis verbis propoſuit nobis Philoſophus omnia ferè, quæ majeſtati ſunt eſſentialia: fiſcalium uno tantum verbo mentionem fecit, quando rationum repoſcendarum poteſtatem huc refert. Bodinus tamen ne videatur quicquam Ariſtoteli acceptum referre, aut ne non videatur primus jurium majeſtatis inventor, aut ordinator, negat quicquã eorum proprium eſſe maieſtati, quia omnia magiſtratibus tribui poſſunt, ſicut de jurisdictione planum eſt: magiſtratus verò etiam à magiſtratibus tribui ſolere nemo negat, quia conſules creabant tribunum militarem, qui erat cum jurisdictione & imperio militari. Interrex dixit Dictatorē. hic magiſtrum equitum, &c. Quin & Vaſalli jurisdictionem & magiſtratum aliis concedere ſolent. Conſilium verò de Rep. capere proprium eſt Senatus, cujus officium à principis officio diviſas habet rationes, &c quod poſtremum etiam falſum eſt, quia princeps unus eſt ex Senatoribus, imò caput eorum, & cujus autoritate conſilia probantur vel repudiantur: Nec Ariſtoteles per *τὸ βουλευόμενον* ſola comitia vel conſilia, prout eum allegat Bodinus, & vertit Aretinus, intelligit Subdit enim expreſsè: *κύριον δὲ τὸ βουλευόμενον περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης*, hoc eſt, *imperat verò pars conſultrix de pace & bello.* Item, *coeunt conſilia ad leges ferendas, ad rationes repoſcendas, &c.* quibus verbis poteſtatem iis aſſignat. Sed totum argumentum Bodini vanum eſt, nec minus militat contra ipſum Bodinũ, quam contra Ariſtotelem, ſicut idem de jurisdictione contra Bodinum poſtea notatum inveni *lib. 1. de jurid. c. 3. n. ult.* à Pautmeiſt. Nam is quoq; inter jura maieſtatis collocat, bellum indicere & pacem firmare, magiſtratus mandare, monetam cudere, gratiam ſcelerum facere, legitimare, &c. At hæc omnia magiſtratibus communicari poſſunt & ſolent, & oſtendit Ariſtoteles *in d. c. 14. 4. polit.* aliquot modos, quibus commodè inter magiſtratus diſtribui poſſunt. Sed hoc intereſt, quod principi ſint propria, magiſtratibus demandata: apud illum perpetua, apud hos precaria; apud illum principaliter & independenter, apud hos ſecundario & à ſuperiori communicata. Breviter, quicquid horum habent magiſtratus, beneficio principis habent, cui quia ſubjiciuntur, idcircò ſummam majeſtatē ſibi vēdicare nequeũt, cui repugnat aliquid ſupra ſe recognoſcere. Sic igitur

Ariſto.

Digitized by Google

Ariſtotelis ſententia intelligenda eſt, quæ ſumma capita jurium majeſtatis, in primis quæ ſunt potiſſima & magis inſeparabilia, omnia comprehendit.

Addemus etiã hiſtoricos, qui non uno in loco, quando incidit vel translatio maieſtatis vel mutatio ſtatus vel Reip. cujusdam delineatio, aliqua iſtorum jurium, ſed ſine ordine, coacervant. Omniũ verò diſtinctiſſimè de hac re Halyc. tum *in 5. lib* ubi de legibus Valerii Publicolæ, & de primi Dictatoris creatione agit, tum præcipuè *lib. 4. & 7.* ubi utrobiq; tria prima maieſtatis jura proponit. Et *lib. 4.* quidem de comitiorum à Servio ordinatorum autoritate & ratione agens, dicit: *Dixi autem ante, jam olim ex priſcis legibus hæc tria maxima & maximè neceſſaria penes populum fuiſſe, nimirum jus magiſtratuũ tam domi quam juſtitiæ creandi: & leges confirmandi, & abrogandi: & pacem bellumq; decernendi.* Eadem repetentem inducit Valerium *lib. 7. in orat.* qua ſuadet cõcordiam patrum & plebis *in fin. Quandoquidem,* inquit, *hanc poteſtatem impertiiſtis plebi, ut magiſtratus annuos creent, qui Reip. præſint, & leges partim ratas faciant, partim abrogent, & pacem bellumq; decernant (quæ maxima & præcipua ſunt omnium rerum, quæ in Rep. geruntur) & nihil horum penes Senatum ſolum eſſe voluiſtis: ſic etiam ad judicia eam velim admittatis, præcipuè verò in cauſis, quæ ad Remp. pertinent, cum quis ejus violatæ accuſatur, quod ſeditionis autor ſit, &c.* Hic igitur addit prioribus tribus judicia. Sed & *lib. 2.* explicans rationẽ, qua Romulus hæc jura inter Regem Senatum, populumq; diſtribuerit, plura alia jam adjecerat: *ſacrorum curam, convocationem comitiorum* & cætera, quæ apud ipſum videri poſſunt. Polybius verò *lib. 6.* quando Romanor. Remp. componit ex tribus formis Rerump. ſingulisq; & conſulibus & Senatui & populo ſua aſſignat jura, pleraq; maieſtatis jura proponit, ſed quia nimiũ prolixus & narratio quodam modo confuſa eſt, totum contextum non affero, ne locum quidem Taciti 4. *Annal. in pr.* quando priſtinum Reip. ſtatum deſcribit. Sueton. *in Tiber. c. 30.* enarrans. *Tiberium conſervaſſe Senatui maieſtatem priſtinam,* ſubjicit deinde, in quo maieſtatẽ collocet: *Neq; tam parvũ quicquã, neq; tam magnum publici privatiq; negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus ac monopoliis, de extruendis reficiendisve operibus; etiam de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum deſcriptione: denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & quam formam legum literis reſcribi placeret.* (mallem *regum*) Dion. *lib. 53.* cum dixiſſet, Imperatores nomine magiſtratuum omnem ad ſe traxiſſe potentiam, paulò poſt explicat eam per partes. *Nomine conſulum,* inquiens, *eos habere jus exercitus ſcribendi, pecuniæ conficiendæ bella ſuſcipiendi, pacem faciendi, peregrinis atque urbanis rebus perpetua & in omnia valente poteſtate imperandi atque etiam intra pomœrium Equites Senatoresque necandi. Nomine Cenſorum in vitam & mores inquirendi, cenſus agendi, in equeſtrem ac Senatorium ordinem aſſcribendi, aliosque ex iis removendi pro arbitrio.*

Ex Halycar-

Ex Polyb.

Ex Tacit. & Suet.

Ex Dione.

Nomine

Digitized by Google

Nomine Pontificum de omnibus religionibus & ſacrificio diſponendi: Nomine tribunorum intercedendi iis, quæ ab aliis contra ipſorum placitum moderentur. Deniq; aliud jus habent nulli unquam Romano apertè, & in omnibus rebus conceſſum. Legibus enim ſoluti ſunt. Duo igitur addit Dion, quorum nondum fuit facta mentio: Legibus eſſe ſolutum & habere poteſtatem in religiones, quorum hoc licet ſub ſpecie Sacerdotii ſibi vendicarint, tamen id addit Dion factum in ſpeciem, ne viderentur ullam ſibi poteſtatem contra leges, aut injuſſu populi arrogare. Nam & reliqua omnia agebant nomine Magiſtratuum, nec tamen non propria ſibi omnia hoc prætextu faciebant.

7. *Ex politicis.* Atquè horum ductum ſecuti Politici, hæc ferè jura maieſtatis enumerant. *Leges jubere, bellum decernere, pacemque facere, magiſtratus mandare, extremam provocationem, fidelitatem & obſequium recipere, nummos cudere, tributa imperare, vectigalia imponere, naufragorum & damnatorum bona acquirere, nundinarum jus concedere, jure repreſaliorum uti*: Bodin. 1. *de Rep. cap. ult.* quibus addunt alii: *legibus ſolutum eſſe, legatos mittere, jus vitæ & necis, jus rerum ſacrarum.* Clapmar. *de arca. Rerump. li. 1. c. 11. In c. un. quæ ſint regal.* hæc recenſentur. *Armandiæ, viæ publicæ, Flumina navigabilia, portus, Ripatica, vectigalia, jus monetæ cudendæ, puniendi & multandi, jus bonorum vacantium, Bona indignis ablata, Bona inceſtum committentiu, damnatorum & proſcriptorum, committentis crimen læſæ majeſtdsis, Angariæ & Parangariæ, Extraordinaria collatio ad regalis numinis expeditionem, magiſtratuum creatio, Argentaria, Palatia, Piſcationum, reditus, Salinarum vectigal, Theſauri,* quorum pleraque referuntur etiam ab Otto: Friſing. Radevvic. *lib. 2.* Sigon. 12. *Ital.* eaq; verſibus complexus eſt Guntherus *lib. 8.*

Ex c. un. quæ ſint Regal.

asc primum Ligures, ſuper hoc à rege rogati,
Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,
Cumq; molendinis telonia, flumina, pontes,
Id quoq; quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolicium certo ſub tempore cenſum:
Hæc Ligures ſacro tribuerunt omnia fiſco.
Hæc & ſi qua pari fuerant, obnoxia juri
Prælati, proceres, miſſuq; potentibus urbes
Libera Romano reliquerunt omnia regno.

In conventione Henrici IV. ſeu V. Imperatoris & Paſchalis II. cum Pontifex reciperet Imperatori reddere regalia, Imperator hæc expreſſit in charta conventionis, quæ Pontifices invadere nullo modo deberent: *Civitates, Ducatus, Comitatus, Monetas, Teloneum, Mercatum, Advocatias, omnia jura centurionum, id eſt villicorum, turres & villas, quæ regni erant, cum omnibus pertinentiis ſuis, militiam & caſtra.* Dodechin. *in append. ad Chron. Mar. Scoti.* Addunt tamen Feudiſtæ multa alia ex jure civili, ut *poteſtatem nobilitandi,* *Ex legibus ICtis.* legi-

Digitized by Google

legitimandi, famæ reſtituendi. Tiraq. *de nobil.c.6.* Sforza. Odd. *de integr. reſtit.* Boſſ. *de princ.* Zaſ. *par.5.n.11.* Afflict. *c.1.num. quæ ſunt Regal.* Pruckman. *tr. de Reg. §. ſolut. poteſt. memb.1. effect.4, per tot.* Item *legem condendi, tabelliones creandi, univerſitates inſtituendi,* & ſimilia, quæ recenſet Peregrin. *1. de jur. fiſci. t.1.* Cujac. *in c.un. quæ ſint regal.* Vult. *lib,1. feud.c.5.n.7.* Roſenthal. *c.5. concluſ.2. in fin.* Sixtin. *de Regal.c.2.* Chaſſan. *in Catal. gl. mund par.5. conſ.24.* Obrecht. *in diſput. de Regal.* Boſſius *de privileg. princ.* Zech. *lib.1. de princip.c.5. n.8.* Bocetus *claſſ.4. diſp.10.* Matth. Stephan. *lib 2 de jurisd. c.1. membr.2. per tot.* Item *jus conferendi beneficia Eccleſiaſtica, fruendiq; eorum reditibus vacantibus.* Molin. *conſuet. Par. de feud t.1.* Boer. *deciſ.32.n.8.9.* Item *Iurisdictionem & imperium.* Peregri. *d. lo. n.10.* Zaſ. *d. lo. n.11.* Haiminsfeld. *in rat. conſtit. Imper in reſcript. princ. ad Innocent.13. de Elect. Ottonis IV. ad §. 2.* Menoch. *præſumt.97. n.27. & ſeqq. li.3.* Vult. *d. num.7.* Roſenth. *c.5. concl.4 num.4.* Item *venandi jus.* Pruckm. *in tr de Regal. in §. venatio,* & nonnulla alia, de quibus in progreſſu videbimus. Hic enim ea tantum adducimus, ut ex tot diverſis ſibique mutuo contrariis opinionibus aliquid certi colligamus, quod nulla via rectius aſſequemur, quam, ſi Methodo duce, eſſentiam rei ipſam ob oculos ponentes, inde veram jurium maieſtatis diviſionem eliciamus.

Repetimus autem uſitatam diſtinctionem Regalium, ſine ratione rejectam à Bocero *c.2, de Regal. num.3. & 4.* in *Majora & Minora.* Seyſſel. *in ſpec. feud. ad t. qui feud. dar. poſ. ver. nam quidam ſunt.* Borcholt. *de Regal. n.3.* Roſenth. *c.5. concl.2. n.1.* Ferrar. Mont. *de feud. lib.5 c.2.* Sixtin. *de Regal. c.2. n.1. & 31.* Pruckman. *c.3. n.2.* Zaſius *part.5. de feud. n.13.14.* Camerar. *ad c. Imperialem c. de prob. feud. alcien. per Frid.* Vult. *lib.1. feud. c.5. n.7.* & Majora agnoſcimus ea, *in quibus ſuprema poteſtas & dignitas majeſtatis conſiſtit.* Sixtin. *c.2. n.2.* Borch. *d. n.3.* Par. de Put. *in tr. de Synd. verb. de except.* Baro *org. ſubd. c.1. n.12. Item verb. perſonæ principis adhærentia n.13.* Nam quod Vultejus ea magis dignitatis eſſe dicit *d.c.5.n.7.* & Alberga. *in c. ult. lib. diſput. contr.* Bodin. majeſtatem potius in veneratione, & dignitate collocet, quam in poteſtate ex ſupra dictis abundè refutatum eſt. Conſiſtit enim maieſtatis notio in jure vetandi & jubendi & gubernandi totam Rempub. quæ omnia non tam dignitatem dicunt, quam poteſtatem. 8. *Dividuntur jura maieſtatis in Majora & Minora*

Quicunque igitur vult maieſtatis partes eſſentiales videre, eum oportet oculos ad poteſtatem, qua eam præditam ſupra oſtendimus, convertere. Poteſtas autem omnis conſiſtit vel in regenda Rep. vel in defendenda, quod Homerus docuit, quando perfectum Regem hoc ornat elogio. *Poteſtas omnis aut in pace aut in bello.*

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ᾽ ἀγαθὸς, κρατερός τ᾽ αἰχμητής. *Iliad. γ.*

Requirit enim Rectorem bonum domi, & fortem Imperatorem in bello quia, dicente Polyb. *lib. 6. Omnis Reſp. ſervatur duabus* τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους

Digitized by Google

ἀνδρείᾳ καὶ τῇ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίᾳ, quorum hoc ad conſervandam, illud ad defendendam Remp. pertinet. Utrumq; complecti voluit Strabo, *lib. 17. Geograph* quando Auguſto Cæſari, totius imperii patrocinium commiſſum ſcribens belli & pacis poteſtatem commiſſam dicit. Indeq; Paurmeiſt *lib. 1. de jurid. Rom. c. 3. n. 20.* duo tantum colligit jura maieſtatis, in jure dicendo, & bello gerendo.

9. *Ius armorum, quid in ſe complectatur.* Denfenſio enim Reip. conſiſtit in armis, quibus, dicente Ariſtotele 7. *polit. c. 8.* magiſtratibus obedire recuſantes compelluntur, & vis propulſatur externa. Huc igitur pertinet, *bellum indicere, & componere, pacem facere & diſſolvere, fœdera inire, legatos mittere & recipere, exercitus conſcribere, quæ omnia uno capite continentur, videlicet ſub poteſtate movendorum armorum.* Gubernatio verò Reip. conſiſtit in duabus partibus, *legibus* videlicet & *magiſtratibus*, quibus quicquid eſt in Rep. maieſtas diſponit & gubernat: *Ius condendarũ legũ.* unde duplex jus maieſtatis naſcitur, quorum primum conſiſtit in legibus condendis, quo pertinent *leges condere, nobilitare, legitimare, famæ reſtituere, privilegia concedere, veniam criminoſis indulgere,* & cætera, quæ Zaſius *in parat. de jurisd. om. jud. n. 3.* mero imperio aſcribit, quia ejusdem eſt, legi derogare, & autoritatem illi vel vim dare. Legibus autem ſolutum eſſe peculiare jus non conſtituit, ut putat Clapmar. *1. de arc. c. 11.* tum quia privatorum eſt, & privatis etiam tribui ſolet, ſicut Pompejus lege Gabinia legibus ſolutus fuit, Plut. *in Pomp.* tum quia id in genere comprehendit alia omnia, ſicut Dion. *li. 53.* cum hoc jus reliquis ſuperaddidiſſet, ſubjicit: *hoc ipſo ſolo, & ea quæ retulimus, & reliqua etiam omnia agendi licentia ei datur.* *Ius mandandorũ magiſtratuum.* Alterum quod magiſtratus & officia concernit, comprehendit, *jurisdictionem, imperium, extremam provocationem, magiſtratuum creationem, provincias, judicia, cenſuram, collegiorum inſtitutionem, dignitatum collationem, fidelitatem & ſimilia.* Per magiſtratuum enim creationem intelligimus, non tantum eorum nominationem, ſicut conſul dicebat Dictatorem, ſed etiam conceſſionem poteſtatis & jurisdictionis, quam idcirco oportet in majeſtate concludi, tanquam in fonte, quia, ut dicunt Philoſophi, in cauſis eſſentialiter ſubordinatis inferior non operatur, niſi operante prima & ſuprema. Ariſt. 2. *Metaph. d. 6.* & ibi Aphrodiſ. & Averro. Iand. 2. *Metaph. q. 6.* Iavel. *q. 5.* Fonſec. *c. 2. q. 3.* Flandr *q. 3.* Anton. Andr. *q. 4.* Atq; ita tria ſunt jura majeſtatis eſſentialia, quæ Halycar. *lib. 4. & 7.* omnium optimè propoſuit, & Romulus una lege concluſit, quam his verbis concepit: *populus magiſtratus creanto, leges ſciſcunto, bella decernunto.* Sabel. *En. 2. lib. 2.* Johan. Martianus *lib. 2. Topogr. Rom. ant. c. 9. ex Halycarn. lib. 2. & 4.* quò ſine dubio reſpexit Auguſtus, cum in oratione, qua populo Romano imperium viciſſim offerebat, ita loqueretur: *Iam imperium omne depono: reſtituo vobis omnia protinus:* at quænã dicit iſta omnia? *arma, leges & provincias.* Dion. *lib. 53.* Per provincias enim intelligit magiſtratus

ſtratus & rectores provinciarum, ſicut paulò poſt Dion ſubjicit, eum ſibi retinuiſſe provincias potentiores, & quæ plus periculi oſtenderent, reliquas populo Romano reddidiſſe, id eſt, permiſiſſe, ut ipſe eò magiſtratus mitteret.

Non immeritò tamen duo adhuc jura ad majora redigi poſſe videntur, licet non tam ſint eſſentialia, videlicet *jus ordinandi religionem, & cudendi monetam.* Hoc eo referunt Bodin. 1. *de Rep. c. ult.* Afflict. *ad c. un. § monetæ. n. 1. & 2. quæ ſint Regal.* Sixtin. *de Regal. c. 2. n. 28.* Roſenth. *c. 5. concl. 3. num. 2.* Boſſ. *de mone. in pr.* Zaſ. *par. 5. num. 14.* Seyff. *in ſpec. feud. Qui feud. dar. poſſ. verſ. nam quod m.* Illud, quod huc non redigatur, minimè mirum eſt, cum à paucis pro jure Regio agnoſcatur, quo tamen nullum omnium eſt, quod ſi negligatur, facilius Reipubl. compagem diſſolvere, aut ſi rectè uſurpetur, facilius continere poſſit, qua de cauſa meritò inter potiora jura majeſtatis connumeratur, quia etiam Religio eſt ex potioribus Reipublicæ partibus, dicente Ariſtot. 7. *politic. cap. 8.* & ipſa ſola cuſtodit hominum inter ſe ſocietates, ut dicit Lactantius *de ira cap. duodecimo.* Quod igitur non habet ex ſua natura, ut ſit particula poteſtatis politicæ, illud accipit ob conſequentiam, quia tanta ejus vis eſt, ut illam prorſus deſtruere poſſit, niſi rectè inſtituatur. id quod de jure monetæ cudendæ, in quo commercia & negociationes omnes conſiſtunt, infra quoque plenius oſtendemus. Reliqua, quæ ſuperſunt, ad ærarium vel fiſcum pertinent, & quia poteſtatem & imperium in ſe non continent, ſed illud à majoribus requirunt, idcircò Minora dicuntur, & infra peculiari capite explicabuntur.

Jus in res ſacras & monetam.

CAPUT II.

UTRUM MAJORA MAJESTATIS JURA A MAIESTATE SINT ſeparabilia.

SUMMARIA.

1. *Maiora maieſtatis jura à maieſtate ſunt inſeparabilia.*
2. *Nequeunt indulgeri ſubditis.*
3. *Multa ex iis videntur communicari.*
4. *Princeps nequit ea, quæ ſumma maieſtatis ſunt, aliis concedere.*
5. *Verum jura Maieſtatis eſſentialia præſcribi poſſint.*
6. *Quanto intervallo præſcribatur contra obedientiam.*
7. *Particula maieſtatis, quæ univerſam poteſtatē non continent, ſubditis, ſalvo jure Maieſtatis, indulgeri queūt.*
8. *Quæcunq; geruntur in Republ. a maieſtate dependent.*
9. *An ſubditi poſſint condere leges.*

1. MAjora majeſtatis jura, quæ & *merè Regalia* vocat Paris de Puteo *in tr. de Synd. verb. de except. Baronũ erga ſubditos c. 1. n. 12.* oſſibus & perſonæ Imperatoris ita cohærere dicuntur, ut ab illo ſeparari, ſine illius deſtructione non poſſint, ut dicit idem Par. *nu. 13.* Jaſon. *& Dd. ad l. imperium de jurisd. omnium jud.* Collegi. Ferdin. *Imp. in reſp. cauſa Finar. n. 21.* Menoch. *conſ. 604. Magni certè num 15.* Camerar. *ad c. Imperialem verſ. 79. concl. 79. de proh. feud. alien. per.* Frid. Thom. Michael. *diſp. de jurisd. Rom. Imp. in gl. th. 8.* Sixtin. *de Regal c. 2. n. 2.* ſicut nec radii Solis à Sole, dicente Baldo *in tit. de feud.* March. *in uſib. feudor.* Paurmeiſt. *lib. 1. de jurisd. Imp. Rom. c. 21. n. 1.* ex quo elicitur, quod ad ſubditos transire nullo modo poſſint. Molin. *conſ. Pariſ. t. 1. de fiefs. §. 3. gl. 4. n. 16. & ſeqq.* Muſcor. *tr. de jurisd. n. 127.* Guil. Bened. *in c. Raynuti in ver. & uxorem nomine* Adelaſ. *in 2. deciſ n. 319. de teſtam.* Graſſalia *lib. 2. Regal. Franc. cap. 14.* quod Hiſpani dicunt: *Majoria*, id eſt, ſuprema jurisdictio, *non patitur ſe transferri in alium. ex l. 6. t. 13. lib. 3. ordin.* Covar. 4. *pract. qq. n. 1.* cum ſit de genere eorum, *Partiri quæ nemo poteſt.*

2. *Iura Majeſtatis majora nequeunt concedi ſubditis.*

Et quantum ad ſubditos res plana eſt, nec ullam habet difficultatem. Nam quia hæc jura continent omne id, quo eſſentialiter differt maieſtas à ſubditis, ſi demittantur ad ſubditos, nihil inter hos & imperantes intererit, ex quo ſequetur ſumma *ἀναρχία*, & confuſio Reip. quam Bodin. *lib. 2. c. 1.* ex mixta Rep. orituram demonſtrare nititur, qualemq; Tacitus 3. *li. hiſtor. in fin.* in perditis rebus accidere ſolere ſcribit, quando *omnes præcipiunt, nemo exequitur.* Quin etiam maieſtas privaretur ſubditis ſuis, ſi ſua jura cum iis communicaret. Cum enim par in parem non habeat imperium, *l. ille à quo §. tempeſtiv. ad Trebell.* æquales autem ſint, quorum jura ſunt æqualia, conſtat ſubditos horum jurium communicatione futuros æquales maieſtati, hujusq; imperium periturum. Pari modo demonſtrandi uſi ſumus alibi, *in Metaphyſ. tr. de Deo*, ad demonſtrandam unitatem Dei, quippe cui Deitatem ſuam perire neceſſe eſt, ut alius præter ipſum Deus eſſe cogitatur. Eſt enim, ut ait Euſeb. 2. *præp. Evang. c. 9. lib 6. c. 5. Deo nihil melius, nihil præſtantius*, quod Anſelmus *in proſ. c. 3. etiam à quovis quantumvis impio, ſibi concedi poſtulat: Deum* ſcilicet *eſſe ipſum maximum, ſeu quo majus nihil concipi poteſt.* Jam ſi cogitetur alius Deus, æqualis potentiæ & dignitatis, neuter erit Deus, quia neuter habet notionem Dei, quæ conſiſtit in hoc: ut ſit omnibus rebus ſuperior & præſtantior. Sic de maieſtate quoquè nobis dicendum, eam deſinere eſſe maieſtatem ſtatim, atquè illi æqualis poteſtas obducitur, quia perdit maieſtatis definitionem, quæ eſt: *omnibus eſſe ſuperiorem, omniaq; poteſtate ſua ambire & regere.* Ideoquè cum Auguſtus exigeret, ut quoties ſibi conſulatus daretur, binos pro ſingulis collegas haberet, reclamarunt univerſi, *ſatis maieſtatem imminui, quod honorem, cum non ſolus, ſed cum altero gereret*,

Sueto-

Digitized by Google

Suetonius *Aug. cap. 37.* maieſtatem integram, non niſi uni ſoli competere, rati..

3. *Extrema provocatio an communicabilis.*

Et tamen ferè aliter in Rebusp. fieri videmus. Nam quid eſt quod magis proprium ſit maieſtati, quam jus recipiendi extremam appellationẽ, *c. venientes, ibi jus ſuperioris de jurej.* Matth. Steph. 2. *de jurid. c. 1. memb. 2. n. 182.* Covar. *c. 4. pract. q. num. 1.* quod ſalva poteſtate abdicari poſſe negat. Molin. *Conſtit. Pariſ. t. 1. de fiefs. §. 3. gl. 4. in ver. ferment de feautè num. 18.* nec poſſe præſcribi tenet Jaſon. *in l. imperium n. 20. ff. de jurid.* Raven. *ad t. de conſuet. ſect. 4. n. 28.* Quin & Halycarnaſſæus *lib. 4.* Servium Tullium ſcribit, dimidium à regia autoritate & poteſtate detraxiſſe, quod privatarum litium ſaltem cognitionem ad privatos judices tranſtuliſſet, de quibus priſci Reges ſoliti fuerint ipſi cognoſcere. Et tamen Tiberius translatis ad patres procomitiis. Tacit. 1. *Ann.* dataquè Senatui maieſtate, & judiciis gravitate, ut ait Paterc. *lib. 2 in fin.* vetuit à patribus judicata ad ſe deferri, otiumq; ſuum interturbari. Tacit. 4. *Ann.* Quinetiam cum C. Lutorius Priſcus in carcerem à Senatu ductus, & ſtatim examinatus eſſet, Tiberius, quaſi poteſtate ſua factum mutare non potuiſſet, deprecatus eſt tam præcipites verborum pœnas. Tacit. 3. *Ann.* Effectum quin etiam eſt oratione Divi Adriani, ut à Senatu appellari non poſſit, *l. tractandum à quibus appell. non lic. c. anteriorum 2. quæſt. 6.* quod privilegium Philippus Pulcer curiæ quoq; Pariſienſi concedit his verbis, quæ ita tranſtulit Budæus: *Sancimus & ſtatuimus, ut judicia, arreſta, ſententiæ, quæq; à curia noſtra, quæq; à communi conſilio noſtro exierint, rata ſint omnino, iique, ad quos ea res pertinebit, exequi ea poßint, provocatione ſublata: niſi id* Rex *ipſe, ut fieri poßit, juſſerit.* Papon. *3. Notar. cap. 10. 29. Arreſt. 9.* Gothofr. *ad l. 7. à quibus appell. non lic. in lit.* N. Parem poteſtatem habet Senatus Mediolanenſis à Carolo Quinto conceſſam, ut ipſe mole judicandarum rerum ſeſe levaret, *una cum autoritate conſtitutiones Dominii Mediolanenſis confirmandi, infirmandi & tollendi ac concedendi, quaſcunq; diſpenſationes etiam contra ſtatuta & conſtitutiones*, ut habent verba conſtitutionis. *De Senatu §. haberet.* Nec à Senatus Pedemontani ſententia datur appellatio, prout in novis Conſtitutionibus continetur: *tit. de modo & forma di ſupplicare, & recorrere dalle ſentenze del Senato*, quo fundamento Teſſaurus *in præfation. deciſ. num 11* Senatum dicit judicare pro ſummo magiſtratu. Imo magiſtratibus reperimus ſæpè abſolutam talem poteſtatem, à qua appellare liberum non ſit, indultam, *ut patet ex Novel. 23. translata in cap. anteriorum 2. quæſt. 6.*

A præfecti enim prætorio ſententia appellatio non datur: *l. un. §. 1. de off. præfecti: prat. l. un. C. de ſentent. præf. prat. l. à proconſulibus l. ſi quis provocat. C. de appellat. l. Epiſcopale. C. de Epiſcop. aud.* adeò ut Ennapius præfecturam prætorianam inſtar Imperatoriæ dignitatis habere dixerit, niſi quod purpuræ, trabeæve uſu caruerit. Franſciſc. Juret. ad Symmach. *lib. 1. Ep. 12.*

nec appellatur hodiè ab Electore Saxoniæ. *Nov. conſtit. Aug* Albin. *hiſt. Miſn. par. 1. tit. 16.* Matth. Coler. *in orat. de jur. Saxon.* quod privilegium licet omnibus Electoribus promiſcuè conceſſum ſit in aurea Bulla Caroli IV. *c. 11.* reliqui tamen contrario uſu perdiderunt Schurffius *conſilio 29. cent. 3. num. 1.* nec ita pridem Brandenburgicus per conceſſionem Imperialem recuperavit. Reiger. *in theſaur. Iur.* Heig. *quæſt. 4. num. 33. libro primo.* Archiduces Auſtriæ inter cætera ſua à variis Imperatoribus impetrata privilegia etiam hoc habent. *Conſtitut. Frideric. I. & II.* Das von jhnen an einen Römiſchen Keyſer vnd König / noch an deß Reichs Cammergericht / oder ander Gericht nicht appellirt / Supplicirt / noch reduciret werden kan / Item / daß ſie vmb keine ſache ſchuldig ſeyn vor dem Reich zu Recht zuſtehen / ſie wöllen dann gerne / Sondern ſie mögen einen jhrer Lehnleuten ſetzen / vor denſelben ſollen ſie dem Rechten gehorſam vnd ſtat thun. *Sunt verba Conſtit. Caroli V.* von Gerechtigkeit deß Hauß Oeſterreich. §. *10. quam Cuſpinian. promulgatam dicit in Auſtr. in comitiis Wormat. 1522.* Haiminsf. *in Aug. 1533. in rat. conſt. Imp. poſt Car. V.* Andreas Presbyter *in hiſt. Bavar. Circamed.* Haiminsf. *par. 1. conſtit. Imper.* Münſter. *lib. 3. Coſmogr. c. 406.* Johan. Angel. de Biſut. *conſ. 15. inter conſ.* Zaſ. *lib. 2. n. 46.* Idem privilegium fori & ſupremæ appellationis jus habet Dux Burgundiæ ex transactione *Anno 1548.* Auguſtæ facta inter Carolum V. & ſtatus Imperii. Gail. *lib. 1. de pac. publ. obſ. 11. n. 6.* nec non Lotharingus ex transactione Noribergenſi 1542. Mynſing. *cent. 5. obſervat. 58. n. 1.* Treutler *lib. 2. diſp. de appell. in gl. theſ. 4.* Frider. Mind. *de proceſſ. lib. 1. c. 23. n. 2. & 3.* Quod ſi ad alia à nobis enarrata jura progredi velimus, nihil ferè eorum relinqui videbimus, quod non aliqua ſubditis communicetur.

Poteſtas ferendi leges an communicetur.

Summum jurium majeſtatis caput facit Bodinus poteſtatem ferundarum legum. At hæc non tantum inferioribus principibus, ſed & civitatibus concedi ſolet. *l. omnes populi & ibi Dd. de juſt. & jur.* Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 1. n. 11.* etiam ſine conſenſu & ſcientia ſuperioris, ut docet Jaſ. *ad d. l. omnes pop. n. 7. & 8.* Vasq. 1. *illuſtr. controv. 47. n. 9.* Ita municipia Romanorum propriis legibus & ſacris gentilitiis & magiſtratibus propriis utebantur Gel *lib. 16. c. 13.* Feſt. Liv. *li. 4.* Ita Saxones utuntur hodiè peculiari ſuo jure ex privilegio Caroli M. & Othonis I. Crantz. *lib. 2. c. 21. Saxon.* cui Auguſtus Elector novellas conſtitutiones adjecit, iisq; multa controverſa decidit.

An jus cōſtituendæ religionis.

Jus conſtituendæ religionis, ut quicquam aliud ſummæ poteſtati tantum tribui debet. Atqui & hoc liberè uſa fuiſſe municipia Romanorum Liv. *lib. 4.* docet, quando *Ardeatibus* ſcribit *ſacra reddita.* Item *lib. 9.* quando *Anagninis concilia connubiaq; adempta magiſtratibus præter ſacrorum curationem interdictam* ſcribit. Idem *lib. 8. Lanuvinis civitas data, ſacraq; ſua reddita cum eo, ut ædes lucusq; Soſpitæ Iunonis communis Lanuvinis municipibus eſſet*

cum

eum Romanis: & Pontifices de iis judicabant, nullam judicii facti ſui rationem reddere coacti. Halycarn. *lib.2.*

Jus comitiorũ Ariſtoteles quoq; inter jura regia repoſuit, & JCti Gallici docent, *que le droict des grands Iours eſt ſouverain, & n'appartient, qu'au Roy, ou à celuy, auquel il à pleu au Roy le bailler.* M. Ragneau *en ſon Indi: pag 182. & ſeqq. gl. corp.* Gall. *lib. 1. in rubr. De la cour. & juriſdiction des grands jours tit. 15.* Antoine Fontanon *en ſes comment: ſur la Prattiq. de Maſuer t. 35. des appellat. n. 12.* Et tamen Comiti Campaniæ creato Palatino datum fuit, ut ſingulis annis creandi Palatinatus gratia, comitia iſta congregare poſſit, quod Duci Nemurcenſi quoquè conceſſum eſt 1404. cum Ducatus ille primum erigeretur. *Ainſi le Duc d'orleans & ſa femme tenoyent du Roy Iean le conte de Vertus en Pairrie avec puiſſance de tenir grands Iours. 1403. Iean Duc de Berry à eule meſme droit de faire tenir les grands jours gl* & Ragueau *d. loc.* Germaniæ principes in decem provincias ſeu circos tributi *anno 1512.* in comitiis Colonienſibus. Chytræ. *lib. 2. Saxon. in pr.* Petr. Denaiſ. *tit. 172. §. 1. & 3. Iur. Camer.* nec non Norimberga *Anno 1522.* cum in comitiis Auguſtanis 1500. non niſi ſex eſſent conſtituti, acceptiquè in comitiis Conſtanti. 1507. *in ordin. Cam.* §. Frentags nach translati *in ordinat. Cam. pa. 1. t. 2.* Thuan. *lib. 2. hiſtor. in pr.* ſuos celebrant conventus, idq; in Caroli V. inauguratione ſibi reſervarunt Electores, ut ſine contradictione Imperatoris iis liceret conventus cõvocare. Sleidan. *lib. 1.* quod in regnorum trium Septentrionalium unione principes eorum itidem exceperant, ut ſingulis annis in die S. Olai tribus ex quolibet regno, pro publica fœderatorum ſalute deliberandi cauſa convenire integrum eſſet. Chytr. 2. *lib. Saxon. in fin.* imò civitates Hanſeaticæ, quando ipſis videtur, liberè ſeſe evocant, perinde ut civitates Lombardiæ, Marchiæ, Romandiolæ, nactæ privilegium à Friderico I. retinendi & renovandi, quod inter ſe conſtituerant fœdus, *c. un. §. item ſocietat. de pac. Conſtant.* ita abuſæ libertate conceſſa, ut non tantum in ſuo Imperatore, ſed & contra ipſum conjurarent, ſicut contra Fridericum II. mutuis juramentis ſeſe obſtrinxerunt. *Anno 1226.* Sigon. *lib. 17. hiſt. Italiæ.*

An jus comitiorum.

Jus cudendæ monetæ ex cauſis infra dicendis, ſolius Maieſtatis proprium eſſe debet, quod tamen principes Germaniæ, ejuſdemquè & Italiæ, Sigon. *lib. 8. & paſſim* civitates, longo uſu ſibi tribuerunt, & Prutheni, inita cum Polonis unione, ſibi retinuerunt. *lib. 2 ſtat. Polon. c 6. art. 2.* Nec quisquam eſt principum, ſive etiam civitatum, tam in Italia, quam in Germania, quæ non Remp. ſuo arbitrio conſtituat, magiſtratusquè ſibi præficiat. Etiam ad famem reſtituunt ſuperiorem recognoſcentes, Sfort. Oddo. *in tr. de reſt. par. 2. q. 92. art. 9. n. 91. & 95.* nobilitatem largiuntur, Johan. Raynut. *in tr. de Nobilit.* Tiraquel. *de nobil. c. 6. num. 6. 7. 8.* contra jus commune diſpenſant, Caſtrenſ. *conſ. 227. quod incipit, ſuper primo dubio col. 3. in pr.* Angel. de Biſut.

An jus monetæ.

Biſut. *d.conſ.15.n.48.* in ſumma, ut ſupra diximus, princeps in ſuo territorio eſt inſtar Regis & Monarchæ, Odd. *d.art 9.num.90.* ſicut Bald. *conſ.332. incip. Quemadmodum Imperator* concludit conceſſionem à Duce Mediolanenſi factam, tantundem habere virium, ac ſi ab Imperatore facta fuiſſet. In hujus enim inveſtitura verba hæc leguntur, *quod poſſit facere in iſto ducatu, ea quæ nos & Romani Reges ac Imperatores de plenitudine poteſtatis gerere poſſumus.* Felin. *in c.quæ ad Eccleſiam n.32. de conſtit* Jacobin. de S. Georg. *in tr. feud. in pr. ver. dubitatur n.4. & alibi.* Curt. *de feud. 2.par.n.2. quæſt.princip.* Challan. Catalog. *gl.num.12. conſ.58. & in conſ Burg. des ſucceſſ. des baſtards §. 3. verſ. ab inteſtat. n.27.* Et quanquam de inferioribus dignitatibus nonnulli dubitent, utrum cum titulis ſtatim acquirant omnia ſuperiora regalia: Roſenth. *de feud. c.5. concl.13.* tamen de Regibus licet ſuperiorem recognoſcant, dubitandum non putant, cum communiorem opinionem dicat. Boſſ. *t. de regal. n.2. & 3.* eos acquirere cum nomine regio plenam poteſtatem, omniumque regalium poſſeſſionem. Corſet. *de poteſt.reg.q 49.* Ferrar. Montan. *lib.5.feud. n.7.* Bald. Præpoſ. Raven. *ad c.un de Regal* Duas autem proponunt vias, quibus ea ad ſubditos deferri volunt: *Conceſſionem & præſcriptionem,* ut eſt text. *in c. ſuper quibusd. verſ. præterea de verb.ſign.* Mynſing *5.cent.obſerv.29.n.8.* Borcholt. *de Regal.n.6.* Roſenth *c.5. concluſ.10.n.1.*

Rex & princeps cum nomine acquirit regalia

4\. Quantum ad conceſſionem res videtur aliquo modo planior eſſe, & minus habere difficultatis. Nam ſive extraneo ſive ſubdito princeps concedere velit ea, in quibus vis principatus conſiſtit, conſtat ex jam dictis, quod id ipſi non liceat, quippe cum acta principum, quibus Reſp. diminuatur, ſubſiſtere nullo jure poſſint, idquè multò efficacius procedit, ſi illi, quibus conceduntur, ſint ſubditi. Nam donatio incapaci facta eſt inutilis. *§. non ſolum Inſt. de legat. l. mortuo § Labeo ff. de legat. 2. l. multum intereſt, de verb. obl.* ſubditi autem nequeunt recipere ea, quibus ab obedientia eximantur, alioquin non manſuri inter ſubditos, quod poſitioni ab initio factæ contrarium eſt, ſiquidem ponimus, eos ſubiectorum numero per privilegium non exemtum iri. Si verò etiam eximere eos velit princeps, repetimus priorem rationem, quod Principi non liceat facere Remp. deteriorem, in primis ſi ipſe nervus in quo Reip. ſalus vertitur, eo modo diſſolvatur. *c. intellecto,* ubi Panorm. *& Dd. de jurejur.* Nec enim ſufficienter amovit obicem, quem ſibi obſtare dixerat Menoch. *in reſponſ.cauſ.Finar.art.1.n.68.* quando Rudolphi I. ceſſionem ſeu privilegium Florentinis & Lucenſibus venditũ, pro libertatis eorum & omnimodæ exemtionis teſtimonio irrefragabili allegat poſt Felin. *in c.cum non liceat. de præſcript.* Caſtald. *de Imp. q. 54. num.12.* Nam Trithemius Rodolphum ſcribit *rem turpem* in hoc commiſiſſe, Cuſpinian. *in Rodolph.* etiam *in famem & in grandem imperii jacturam tendentem.* Quæ verò ita ſe habent à ſucceſſoribus rata haberi non poſſunt. Tum etiam liber-

Per conceſſionem non acquiruntur merè regalia.

An Rudolphus potuerit Italiæ libertatẽ vendere.

Digitized by Google

libertas ſubditis conceſſa, ſemper intelligenda eſt cum clauſula, *ſalva ſuperioritate*, vel *ſalvo jure imperii*, quæ privilegio Genuenſibus à Carolo V. dato appoſita eſt, Quod ſi appoſita non eſſet: tamen ſubintelligi deberet Colleg. Ferd. *in cauſ. Fin. n. 23. 30.* Colleg. Bonon *in ead. cauſ. num. 45. in fin.* quia quomodocunquè conceſſa ſit libertas, ſemper intelligitur ſuperioritas concedendi reſervata, *per text. in c. dudùm ibi: penes nos tamen in c. quamvis tibi & ibi gl. in verb. conferamus de præb. in 6.* Bald *in præl. feud. verſ. expedita num. 32. in c. 1. quis dicatur Dux.* Matth. de Afflict *in §. adhæc de pac. jur. firm* Cravet. *conſ. 128. num. 7.* Peregrin. *de jur. fiſc. t. 2. num. 98.* Colleg Fer. *in cauſ Finar. num 20.* Colleg. Papienſ. *n. 6.* Covarruv. 4. *pract. qq. num 1. & 2.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 11. num. 2.* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 99. num. 2. 3.* Molin. *conſ Pariſ. t. 1. §. 1. gl. 5. num. 49.* etiamſi omne jus ſeſe conceſſiſſe dicat. Thom Grammat *deciſ. Neapol. 30. num. 3. & 4.* Borcholt. *de Regal n. 20.* Atque ita determinatum in Rota Romana, in controverſia inter ducem Mediolanenſem & Dominum de Corrigio tradit Caſtald. *in tr. de Imp. q. 110. caſ. 330.* Privilegii enim interpretatio non debet verti contra autorem, *l. ſi judex circum vent.* ubi Bartol. & Bald. *ff de minor. leg. amiciſſimos de adminiſtr. tut.* quippe qui in generali locutione comprehenſus non putetur. *c. quiquis de præbendis.* Nec admittenda interpretatio quæ ad abſurda poſſit deduci. *l. nam abſurdum juncta l. præcedent: in fin: ff. de bon. libert. l. obſervare §. poſthæc de off. proconſ. & leg.* Abſurdum autem ſit, putare aliquem tantæ eſſe vecordiæ, ut vel ſubditos ſibi pares facere, vel ſe poſteritatemquè ſuam imperio privare velit, inprimis, cum jurejurando ejus rei poteſtate ſeſe abdicarit, nec jurisdictiones ſupremæ & ſupra ſanctorum ſunt in marſupio principis, dicente Roland. à Vall. *conſ. 1. n. 115. vol. 2 ex Bald.* ut pro ejus libitu prodigi poſſint. Paurm *lib. 1. de jurisd. c. 21. n. 11. & lib. 2. jurisd. Rom. c 4. n. 56. per l. inter § ſacram de V. O. quæ tamen loquitur de privato ſtipulante de re publica, quæ illi aliena eſt.* Chopin. *de doman. reg. Franc lib. 1. c. 1. n. 6.* Et quoad Florentinos & Lucenſes, quanquam Platina *in Honor. IV.* & Trithem. abſolutè referant iis libertatem venditam, tamen alii addunt Imperatorem obedientiam ſibi reſervaſſe. Sic enim Blondus de hac re. *Principallis in Italiam cum novis mandatis remiſſus omnes, qui pecuniam attribuerant, in libertate dimiſſos imperii fideles pronunciavit.* Cuſpinianus verò: Rudolphus inquit *à Bononienſibus, Florentinis, Genuenſibus, Lucenſibusq; pro libertate, ſed in gravem Romani Imperii jacturam grandem congeſſit pecuniam. Id profectò omnes atteſtantur, quod ab omnibus pecuniam acceperit, libertate conceſſa & imperii fideles pronunciaverit.* Cranzius deniquè, *lib. 8. Metrop. Rudolphus Imperator cancellarium ſuum hominem Genuenſem in Italiam miſit præſertim in Etruriam: omnes, qui pecuniam attribuerunt in libertate dimiſſos imperii fideles pronunciavit, per quam occaſionem Lucenſes duodecim millibus aureorum datis libertate donati ſunt, & Florentini ad quietem perducti novam inchoarunt*

runt Reip. gerendæ formam, &c. Ex quibus patet quam libertatem civitates Italiæ ſibi admercatæ fuerint, ſcilicet, quæ cum fidelitate ſeu obedientia unâ ſtare poſſet. Tantum id iis indultum fuit, ut Rempub. ordinare, magiſtratus conſtituere, ſtatutaquè legibus Imperatoris non contraria, ut dicunt Bart. & Bald. *in l. cunctos populos de ſum. Trin.* condere. His autem juribus plenam non contineri majeſtatem pauló poſt oſtendemus. Nam quod Menochius *in reſp. cauſ. Fin. art. 1. n. 46. & ſeqq.* Genuenſes perpetuò liberos facit, tam ſub Imperio Romanorum, quam Francorum & Germanorum, nimis audacter & diſſimulata veritate hiſtoriarum aſſeritur. Quicquid enim Epiſcopum Nebbienſem, *Auguſtinum Iuſtinianum intelligit*, aut Leandrum Albert. Bononienſem laudet, neuter certè Romanorum & Francorum imperio eos eximit, imò nec Germanorum, cum conſtet Fridericum I. reformata reliqua Italia Genuenſibus quoquè mandaſſe, ut ad inſtar reliquarum civitatum Italiæ Prætorem Imperatorium conſtituerent, id quod prædicti autores teſtantur, quos etiam eidem, cum deſtructa Mediolano reliquas urbes terreret, jurato obſequio ſe ſubmiſiſſe refert Sigonius *l. 13. hiſtor. Ital.* Et jam ante pacem cum iis fecerat, hac lege, *populus Genuenſis fidem Friderico juret, ita tamen, ut ſacramento illo neq; milites, neq; ſtipendium dare teneatur, & regalia remittat, quæ jure ad Imperatorem pertinere cognoverit, mille marcas argenti fiſco perſolvat, & à munienda urbe ceſſet.* Sigon. *12. hiſt. Ital.* conſtat etiam, illos ab Otthone unà cum Cremonenſibus, Papienſibus, Ferrarienſibus & Azone Ateſtino, indubitatis imperii ſubditis, proſcriptos fuiſſe, quod ab Imperat. deſciverant. Sigon. *16. Ital.* Quin etiam cum in cauſa Marchionis Finarienſis, quem caſtro ſuo ejecerant, ad tribunal Imperatorium citarentur, vix aliud declinandi fori remedium prætexuerunt, quam privilegium Caroli V. quo ipſo teſtimonium contra ſe ferebant, tùm quia in iſto privilegio hæc verba inſerta erant, *ſalvo jure Imperii*, quę non patiunt, niſi effectum limitatum, *l. in agris 16. de adqui. rer. dom.* & quibus Imperatori jus ſuum ſartum tectum reſervatur, Caſtald. *de Imper. quæſt. 110. caſ. 430.* Item dicebatur ibidem: *Civitas noſtra Genua*: pronomen autem Noſtrum arguit dominum, *l. id quod noſtrum de R. I. §. Item ea Inſt. de rer diviſ.* quæ omnia agnoſcendo Genuenſes ſibi præjudicarunt, Colleg. Pap. *in cauſ. Finar. n. 8. l. filiusfam. ad SC. Maced.* Ripa *in l. admonendi, n. 139. de jurejur.* tùm etiam quia qui privilegium libertatis accipit, leges alterius agnoſcit. cum privilegium non ſit, niſi exemtio à jure communi. *l. jus ſingulare de ll.* Quid enim ineptius, quàm libertatem alteri acceptam ferre, cum eam propriâ autoritate poſſideas. *Confitetur* enim *aliam eſſe legem vel conſuetudinem, qui ea, quæ gerit, ex privilegio ſibi vendicat*, ait Gregorius, *in cap. contra morem, diſt. 100. Fruſtra datur privilegium iis, quos conſtitutio concedentis arctare non poteſt*, ut dicit Hoſtien. *in ſum. tit. de privileg. ver. cui conceſſum eſt.*

Dantur

Digitized by Google

Dantur quidem etiam peregrinis privilegia, *ut dicit* Menoch. ſed non in peregrinorum republ. verùm in aliena. Fruſtra enim leges tolleres in illâ Republ. ubi vim nullam haberes, *l. ult. de Iurisd. om. jud.* Et petierant jam antea Genuenſes à Friderico II. privilegiorum ſuorum confirmationem, cum illius partibus contra Othonem faviſſent, ſed quia repulſam ferebant, contenti fuerunt jure tabellionum creandorum, quod Imperator iis conceſſit. Sigon. *l. 17. Ital.* Atq; ita manifeſtè teſtati ſunt, poteſtatem ſuã dependere ab arbitrio Imperatoris, ſicut Riminaldus *conſ. 268. n. 41. lib. 2.* citans Johan. de Lignano, *in c. quod clericus de for. comp.* notanter & appoſitè ad noſtram intentionem docet, privilegium concedere, eſſe ſignum ſuperioritatis, quo nihil poteſt eſſe verius, modò ſciamus, ejusdem eſſe condere leges & iisdem derogare. Paurmeiſt. *l. 2. Iurisd. Rom. c. 4. n. 59.*

Perinde igitur faciunt, qui talia privilegia ad ſui exemtionem probandam allegant, atq; Allobroges, qui ducem ſuum jura imperii in ſuo ducatu uſurpare, & tamen imperii vicarium eſſe contendunt, Teſſaur. *in præfat. deciſ. num. 13. 14.* Calcaneus *in conſ. 2. incip. Quidam nobilis ſtrenuus vir in 10. col.* Purpuratius *in l. 1. num. 225. 239. & 633. ff. de offic. ejus cui mand. jur.* quem allegat Chaſſan. *catal glor. mun. par. 12. cauſ. 58.* Pugnant enim invicem hæc duo: eſſe ſuperiorem in ſuo ducatu, & eſſe alterius vicarium in eodem. Eduardum quidem III. Anglum potuit Imperator vicarium conſtituere. Froſſar. *lib. 1.* Et Fridericum Regem Siciliæ Henricus Lucelburgenſis creavit Amniralium, quem vocant, id eſt, Vicarium ſuum per mare. Summont. *lib. 2. Hiſt. Neapol.* Cæterum, neuter creatus fuit Vicarius in ſuo regno, in quo ſuperiorem ſe non recognoſceret, ſiquidem qui alterius vicarium ſe facit, alterius imperium & majeſtatem agnoſcit, idquè tum apparuit, cum Carolus à Carolo V. reſtitutus, hominium ipſi præſtaret: Bodin. *1. de repub. c. 8.* ad quod eum adhuc teneri omni jure aſſerit Menoch *reſp. cauſ. Finar. art. 1. n. 104.* quin *in catalogo perſonarum Receſſ. imperii, ſubjuncto*, perinde atquè reliqui imperii principes ſcribitur, nec non banno imperii aliquando ſubjectus fuit. Thom. Mich. *in diſp. de Iurisd. Rom. Imp. n. 20.* Eſt enim Sabaudia, indubitatum imperii feudum, cujus Vaſalli primum Comitum, ab Henrico, deinde Ducum titulum à Sigismundo Imperatore acceperunt: & quia olim poſſeſſor, hodiè quoquè poſſeſſor præſumitur, *c. præterea quarto circa fin. de transact. gl. in l. certum §. 1. ff. de confeſſ. gl. & Dd. in l. ſive poßidetis C. de probat.* Alciat. *de præſumt. regn. 2. præſ. 12.* niſi contraria ab adverſario poſſeſſio allegari poſſit. Covarr. *part. 2 rel. c. poſſeſſ. mal. fid. §. 1. n. 1* Imperatori jus ſuum adhuc integrum remanere certum eſt: nec quicquam argumentatur Teſſaurus *d. n. 14.* contra Bodinum, qui Sabaudum imperio ſubjicit, quoniam Imperator, etiamſi voluiſſet, eum eximere non potuiſſet, immò nec exemtionis quidem aut privilegii, quod allegat, ullum documentum adducit.

Sabaudus an princeps imperii.

Habet enim ut loquuntur JCti, Imperator *intentionem ſuam in rebus ſemper fundatam, quoad iuriſdictionem.* Alex. *conſ.87.in fin.lib.6.* Laud. *in tr. de princ.* Bald. *in cap.cum Venerabilis Abbas, in cap.ſi diligenti de præſcript.* Caſtald. *in tr. de Imperat.quæſt.53.num.19.* Menoch. *præſumpt.14.num.1.leg.2.* Colleg. Ticin. *in cauſ. Finar. num.2.* Bonon. *num.47.* Pruckman. *de Regalibus §.ſoluta poteſt. cap.2.* & *3.* Roſenthal. *de feudis,cap.5.concluſ.4.n.1.* Borcholt. *de Regalibus n.20.* Petrus Ereder. Mind. *de mand.judic.leg.2.c.67.num 13* Paurmeiſt. *l.2.de Iurid. c.4.n.21.& ſeqq.* ideoque ſe exemtum dicenti incumbit probatio.

Quam autem probationem præſumtæ ſuæ libertati prætexent vel principes, vel civitates, quæ Imperatori dicere ſolent: *Quoad te, liberas ædes habeo, l.loci corpus §.competit, ff.ſi ſerv.vend.* Ipſe Bald. *in conſ.248. incipient. quæritur part.1. in quæſt. An donatio à Bernabone viſcunto concubinæ facta valeat, licet neget ſe invenire ejus poteſtatis titulum, tamen ait non audere ſe ponere os in cælum ad conſulendum contra potentiam aliorum principum.* Et Jaſon. præſupponit ad ejus probationem ſatis eſſe, ſi de facto quis eam poſſideat. *in l.ſtipulationum 2.n.10.verb.ſucceſſivè in quantum col.pen.de verb.oblig.*

5\. Ex præſcriptione verò altero libertatis prætextu, quantum ad cauſæ ſuæ bonitatem præſidii accerſere poſſint, jam ſtatim videbimus. Multa quidem acquiruntur præſcriptione, quæ non poſſunt fieri pacto, ut dicit Speculator. *in t.de feudis § Quoniam, verſ.3. quæritur.* Chaſſan. *conſ. Burg. des mains mortes §.6.verſ.paran.& jour.num.2.* Cravett. *de antiq.temp. part.4. §. Materia n.90.* Verum de ſummis maieſtatis juribus, an præſcribi poſſint, res adeò incerta eſt, ut ſi quis ſuper eo jus ſuum fundatum dicat, inſtabili prorſus & incerto fundamento ſe niti confiteri cogatur. Balb.2. *part.5. par. princip.q.2.de præſcript.* Magnæ auctoritatis ſunt, qui negant ea, quæ maieſtati in ſignum ſupremæ juriſdictionis competunt, præſcribi poſſe. *l.competit in fin.* ibi Salyc. *& Dd.C.de præſcr.30.vel 40.anno. c. cum non liceat gl.in ver. non obſtante in pr.& gl.in c.cum de officii in ver.viſitationem, de præſcript. quæ tamen loquuntur tantum de longa & non de longiſſima præſcriptione.gl. in c.cum inter vos in verb.de conſuet.de conſuetud.gl.in c.volumus verb.Eccleſiæ 16.q.4. gl.* Alvarott. & Raven. *in c.1.de pac.jur.firm.* Lancelot. *lib.1.c.1.de Imp.§.1.verſ. Imperat. eſt dom.mun.n.9.& ſeq.* Muſcor. *de Iuriſd.n.127.* Longovall. *in d. l. imperium n.256.de Iuriſd. om.jud.* Molin. *conſ.part.t.1.§.1.gl.5.n.53.& ſeq.* Colleg. Pap *in cauſ.Finar n.5.* Bonon. *num.50.* Zaſ. *conſ.16.n.12.l.2.* Covar. 4. *pract. q n.1.* Barptolom. Soci. *conſ. 275.n.5.* Borcholt. *de Regal.n.20.* Myndan. *de mand.jud lib.2.c.67.n.13.* Paurmeiſt. *lib.1.de jurid.Imper.Rom c.21.* Modeſtin. Piſtor. *conſ.4.n.28. vol.1.* Matth. Stephan.2. *de jurid.c.1.membr.1.n.98.* in quã ſententiam etiam inclinat Bald. *in c.1.quæ ſunt reg. in Auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccl. conſ.64.li.1.* licet *in l.1.in fin. C. de her. & act.* reſervata à principe neget ſeparari poſſe; Zoannet. *tr. de Rom. Imp. num.122. & ſeqq.* Atque ita

judica-

Digitized by Google

judicatum in Camera Imperiali teſtatur Roſenthal. *de feud.c.5. concl.16. in gl. lit. A, in fin.*

Et ſi de ſubditis ſententiam ſuam intellectam velint, ſcilicet, qui per in ſubditorum numero ſe exemtos nolint, ut vult Covarr. *part.2. relect. c. poſſeſſor mal.fid.* §.2. *n.10. juncto n. ult. in fin. part.2. relect. c. peccat.* §.9. & plærique eorum, non dubium eſt, quin rectè ſentiant, quia, præſcribi nequeunt, quæ jure communi poſſideri non poſſunt, *c. illud, diſt.93. c. contra morem diſt. 100. gl. in d. c. cum non liceat, in verb. non obſtante,* & ſicut in donatione oportet, eum, cui rectè facta eſt, illius capacem eſſe, ita multò magis in præſcriptione requiritur, ut qui præſcribere vult, rem præſcribendam poſſidere poſſit, ſicut multorum autoritatibus probat Chaſſān. *in conſuet. Burg. de juſtic* §.*2. verſ. Et la preuue n.12.13.* & Zabar. *in conſ.89.* ex eo negat Laicum poſſe præſcribere decimas, quamvis per tempus immemoriale, quia Laicus capax non eſt ad recipiendas decimas. ut dicit Bald. *in l. omnes in fin. C. de præſcript. 30. aut 40. an.* nec tempus capacitatem addere poteſt, *l.44.* §.*1. de oblig. c. quanto ubi, Dd. de conſuetudine c.2. de præbend. li.6.* Crav. *de Antiq. temp. part.4.* §. *abſolutis n 10.* §. *materia. n.78.93.* Barbat. *in c. nobis in ver. de ſuâ juriſd. de Iure patr. in c. quod ſicut de Elect.* Eodem argumento ſuſtinet Panorm. *in diſp. incip. Augerio col. 6. verſ. Et ex his ſequor Archid.* opinionem Archidiaconi, negantis Laicos poſſe jus patronatus præſcribere, quia ſpirituale eſt, nec laici ejus capaces fieri poſſunt, *in c. hortamur. diſt.71.* quod qui negant, idem argumentum retorquent, demonſtrando laicos eſſe capaces poſſeſſionis, vel ſaltem quaſi poſſeſſionis hujus juris, quæ ad præſcriptionem ſufficit. Covar. *part.2. rel. c. poſſ.* §.*10. n.2.* ſubditus verò, quatenus ſe ſubditum agnoſcit, maieſtatis nunquam poteſt fieri capax, quia eâ ratione definer et eſſe ſubditus. Tùm etiam quæ non ſunt conceſſibilia, non ſunt præſcriptibilia, *ut loquuntur ICti citati* à Colleg. Ferdin. *in cauſ. Fin. n.21.* Felin. *in c. cauſam, col.3. verſ. non dicas de præſcript.* Cravett. *de antiq. temp. part 4.* §. *materia n.97.* ſed impoſſibile eſt, ut jura ſumma maieſtatis poſſint ſeparari à majeſtate, ut tamen ipſa maieſtatis vim & locum retineat. Fieri quidem poteſt, ut tota maieſtas transfundatur in alterum, ſed tum non manet penes transfundentem, nec id fieri permittit ſalus Reip. verum an contra ſalutem Reipub. beneficio præſcriptionis, id fieri poſſit, non parum dubium eſt, idquè hoc loco diſcutiendum nobis venit; & videtur ſanè iniquum, ſi inobœdientia alicui plus commodi pareret, quam obœdientia: Biſut. *in ſæpius allegato conſ. n.54.* aſſeveretquè aliquos in libertatem, quos nulla aſſerere poſſet obœdientia. Item, ſi poſſet obtineri per indirectum, quod non poſſet per directum *contra c. tuæ de procur. gl. fin. in c.1. de conſang. & affin.* Baldus *in l. 1. de conſt. pec.* Jaſon. *in l. omnes popu. 11. ff. de juſt. & jure.* Item, ſi negaretur ſubſiſtere præſcriptiō, quæ curreret contra nervum diſciplinæ Eccleſiaſticæ, *c. cum inter in fin. ibi gl. in verbo*

Subditi, ut ſubditi, nequeūt præſcribere maieſtatē.

de Conſuetud.c.cum cauſam de Elect.gl. in c.cum non liceat de præſcript. & pro legitima admitteretur, quæ tenderet in interitum Reipubl. quaſi jura non eodem favore proſequerentur Eccleſiam & Remp. Zoannet. *tr.de Rom.Imper.n.126.* Habet tamen omnis præſcriptio aliquid iniquum, dicente Bald. *in l.1.§.pueritiam, ff.de poſtulan.* quod vergat contra naturalem & poſitivam juſtitiam, & ſic conſiſtit quidem in jure bono, ſed non æquo, cum tueatur aliquem contra verum Dominum rei. Angelus *in l.ſequitur § ſi viam de ll.ſuc.* & locupletet cum alienâ jacturâ, *l.jure natura ff.de R.I.l.nam hoc natura, ff. de cond.indeb.l.6.§.3. ff. de negotiis, c. locupletari de Reg. l. in 6.* Biſut. *d. conſ. n.18.* Zaſ. *conſ.16.n.54.l.2.* Chaſſan. *conſ.Burg.de foreſts rubr. 13.§.8. verſ. præſcriptibles, n.7.8.* Pariſ. *in Rubr. de præſcript. num. 8. Tex. in Novel. 9. ibi, impium præſidium, &c.* cui fruſtrà reſpondere nititur Pinell. *in Authen. niſi tricenn. n. 40. C. de bon. mat.* Suſtinetur autem ſolis his ratiunculis, ut homines ad res ſuas cuſtodiendas reddantur attentiores, quomodo & Lacedæmonii furta ſua probarent, ne dominia rerum incerta fiant, *l. bono publ. de Vſuc.* & ut aliqua ſit finis litium, *l.uſucapio. Pro ſuo* ibi Gothof. Covar. *part.3. relect. in c. poſſeſſ. in proœm.n.1.* Oldendorp. *4.de Vſucap.* quas omnes rationes notavit Alciat. *in l quinq. pedum in pr.C.fin regund.* in foro civili aliquid veri ſimilitudinis habere, apud conſcientiam verò neminem excuſare, quia peccatum non excuſant in ipſo animo, ſed tantum in Republ. Quicquid ſit, patet præſcriptionem non conſiſtere ſine aliena jacturâ & quadam iniquitate, ideoquè miror, quod Eccleſiaſticæ potentiæ defenſores quidam, cum eam aliter probare non poſſint, ad præſcriptionem tanquam ultimum præſidiũ confugiant, & ſuper tàm fragili & jure civili contra æquitatẽ inducto, Zoann. *de Rom.Imp.n.130.* fundamento rem tantam ſuperſtruant, eamque contra omne jus divinum & humanum propugnare conentur. Quanquam pontificis cauſa hâc parte nequit eſſe melior, quàm aliorum principum aut civitatum, quarum præſcriptiones bonâ fide & legitimâ poſſeſſione plerunq; deſtituuntur, quæ duo ſunt eſſentialia legitimæ præſcriptionis requiſita. Sine poſſeſſione enim præſcriptio non procedit, & ut habet Regula Juris & *Tantum vulgò dicitur præſcriptum, quantum poſſeſſum, cap. auditos,* & ibi Innoc. *& Dd.c.cum olim ibi.* Innoc. *c.ad audientiam de præſcript.* Bona fides verò ſola eſt, quæ ſuſtinet præſcriptionem, *c.ult.in fin.& ibi gl.in ver. nulla temporis de præſcri. l.1.C.de Vſucap.transform gl.in l.1.C.de acquirend. poſſeſſ.* Jam verò veriſimile non eſt principem vel civitatem ignorare ſe eſſe ſubditos & contineri imperio alterius, tùm quia in iis major juſticiæ cura & cognitio præſumitur, Covar. *part. 2. relect. c. poſſeſſ. mal. fid. §. 11. n. 13.* tùm quia acta ſua in publicos annales referre ſolent, ex quibus de ſtatu & libertate ſuâ certi fieri poſſunt. Deniq; quod ab initio nullum eſt, quantumvis longi temporis decurſu, firmitatem acquirere non poteſt, quoniam non quid factum ſit,

ſed

Digitized by Google

ſed quid factum oportuerit, jura attendunt, *c. cum cauſam de Elect.* Repugnat autem tam juri divino, quàm humano, ſubditos poſſe renunciare Domino, cum ſcriptum ſit: *omnis anima ſubiecta ſit poteſtati, tanquam ſuperiori*; & cum Judæi Samuelis imperium flocci facerent, Deus ipſe injuriam ad ſe pertinere dicit: *Non te*, inquit, *ſed me ſpreverunt. 1. Samuel. c. 8.* Quod igitur ab initio fieri non potuit, nec pòſt fieri potuiſſe putandum eſt. Quo argumento Cardin. Alex. *in §. quid ergo de inveſt. de real. fac:* uſus eſt ad comprobandam gl. quæ *in d.* §. feudum contra dominum, quoad directum dominium poſſe præſcribi negat, quia feudi alienatio eſt prohibita, & præſcriptio eſt alienatio, *l. alienationis ff. de verb. ſig.* Ubicunq, autem ait Card. res prohibita eſt alienari, non locum habet præſcriptio, *l. cũ lege ff. de Vſuc.* Gloſſa ipſa *in c. 1 Verb. beneficio, de prob. feud. alien. per Lothar.* eâdem ratione firmat conſtitutionem Friderici *c. imperialem de prob. ali. per Frid.* quâ videtur omnẽ ex feudis præſcriptionem, quæ ad alienationem tendit, ſupprimere & revocare, quam ſequuntur plures alii Dd. congeſti ab Angelo de Biſutio *in ſæpius allegato conſ. n. 10. & ſeq.* Colleg. Ferd. *in cauſa Finar. n. 115.* Hæc tamen omnia excuſantur per bonam fidem & perfectam ignorantiam, quã oportet probare qui præſcriptionem allegant, quia contra eos præſumitur. Crav. *de antiq. tem. par. 4. § abſolutis n. 45.* Atq; ſic accipio ſententiam eorũ, qui præſcriptionẽm etiam contra obœdientiam concedunt. Bart. *in l. hoſtes n. 6. ibi, An Rex Franciæ, Angliæ, ff. de capt. & poſtlim. rev. in l. infamem in fi. de publ. jud.* Jaſon. *conſ. 45. col. 2. & 3. lib. 1.* Cravett. *conſ. 209. n. 8. & tr. de antiq. temp. 4. par. §. materia iſta, n. 73.* per plures allegatos communẽ dicens Corſett. *tr. de excell. reg. q. 104.* Socin. Jun. *conſ. 80. n. 40. l. 3.* Menoch. *in reſp. ad cauſam Finar. art. 1. n. 69.* Barclai *l. 4. de Monarch. c. 22.* In eandem opinionem poſt plurima in utramq; diſputata inclinat Felinus *in c. cum non liceat de præſcript.* Balb. *de præſcript. 1. part. princ. 2 part. q. 2.* nec non Covarr. *part. 2. relect. c. peccat, §. 9. n. ult.* & Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 16. in lit. B.* ubi eam in jure defendi poſſe dicit, quam & Vaſquius veriorem putat de Jure communi Romano *lib. 1. illuſt. contr. c. 2. n. 14.* qui adducit *l. fi. tit. 13. lib. 1. ordin. l. 2 t. de las donationes, l. 5. ordin. & l. 7. t. 29. part. 3. in quibus ita deciſum reperitur.* Kirch. *com. opin in verb. ſuperioritatis jus*, Purpur. *in l. 1. de officio ejus cui.* ſummæ enim æquitatis eſſe dicit Ulp. *l. hoc edictũ 1. ff. quod quiſq; iur.* ut quod quis novi juris introduxit, quandoq; adverſario poſtulante, eodem jure uti cogatur, ſive æquum illud ſit, ſive iniquum, ut ita concidat præcipuum argumentum Zoannetti, quo præſcriptionem hanc impugnat, quia leges à Romanis latæ, ad eorum incommodum interpretari non debeant, *l. 2 § exacto & §. noviſſimè de Orig. Iur.* ſicut introducta ad privationem non debent effectum contrarium parere, *l. 1. § unde quæritur ff. de publ. l. leg. ita inutiliter ff. de adim. leg. cum ſimil.* Nam quod quis æquum putavit in alienâ cauſâ, idem admittere debet in propria, *l. ſi duo, §. ſi quis juncto §. ſeq.*

Præſcribitur etiam contra obedientiam cum bona fide.

§. *ſeq. de jurejur.* niſi proprium ſuum jus ſuamq; ſententiam condemnare velit. Civitatibus verò Italiæ & Helvetiorum aliisq; principibus, qui ſe Romano Imperio ſubtrahunt, nihil ex hac aſſertione naſcitur ſubſidii, quia bonam fidem & legitimam poſſeſſionem nondum probarunt, tum etiam ab Imperatoribus ſæpiùs admoniti, citati & contrarium edocti, ſi quam habuiſſent ab initio bonam fidem, unaquè præſcriptionem, interrupiſſent. Genuſienſium enim judicem competentem ſe declaravit Ferdinandus Imperator: Colleg. Ferd. *in cauſa Finar.* & Florentini, cum Maximilianus copias ſuas per Italiam extenderet, legatis ad eum miſſis ad obſequia præſtanda & præſtanda imperata ſeparatos obtulerunt, datisq; 40. millibus aureorum, beneficiorum à Rodolpho indultorum confirmationem admercati ſunt: Bodin. *l.1.de Rep. c. 9.* cumq; Pius IV. Coſmum Florentinorum Ducem Regem creare vellet. Maximilianus reſpondit: Italiam non habere Regem, niſi Cæſarem *Id.c.9.* Pacian. *de probat.lib.2.c.35.n.69.* Quidam etiam noſtra memoria adhuc fidem dederunt imperio, ſicut Sforcia petiit inveſtituram, licet non impetraverit, quæ tamen Moro, Ludovico XII. & Franciſco Sforciæ à Carolo V. reducto, conceſſa fuit. Mantuanus à Carolo V. titulum ducis accepit, cum Bononiâ digrederetur, poſt acceptam coronam Imperii. Sleidan. *lib.1.* Sabaudus eidem fidem dedit, cum ejus ope ducatum recuperaſſet, quibus omnibus legitimum tempus, ad præſcriptionem requiſitum obſtat.

6. *Quanto intervallo præſcribãtur regalia.*

Nam ſi regalia, de quorum præſcriptione inter JCtos convenit, non acquiruntur, niſi immemoriali præſcriptione, *ut eſt tex. in c.ſuper quibusdam, & ibi Dd.§. preterea de V.S.* Præpoſ. *n 2.* Iſern. *n.50. & Dd. in c. 1. quæ ſint rega.* Bart. *l.ſi public. §.fin. de publ.* Borch. *de Regal. n.15.* Mynſing. *Cent.5. obſ. 29.* Roſenth *c.5.concl.16.n.3.* conſtit. Saxon. conſult. *part.5. c. 14.* Crave. *de Antiq.temp.part.4. §. abſolutis, n.13.* idque ab omnibus affirmari teſtatur Balb. *de præſcript.2.part.5. partis princip.q.3.* Covar. *part. 2. relect. c. poſſeſſ. § 2.n.12.* Jaſon. *in l.imperium n.20. ff.de jurid. om. jud.* Antonius Gabrielius Rom. *in comm.op.t.de præſcript. concl. 1, n.3. 4. lib.5.* quod generale dicit eſſe Chaſſan. *conſ.Burg.des foreſts rubr.13.§ 8.verſ. præſcriptibles in pr.* in omnibus, quæ non ſunt præſcriptibilia de jure communi: Multò minus minore tempore præſcribentur, quorum tantus favor eſt, ut à nonnullis ne præſcribi quidem poſſe putentur. Immemorialis autem præſcriptio, licet à centenariâ differat, Zab. *in c.ſi diligenti, ubi tex.* Felin. *ad fin.de præſcript* Covar. *part. 2. rel.c. poſſeſſ.§.3.n.6.* Cravett. *de antiq.temp.part.4.verſ.abſolutis n.5.* quia diverſis nominibus appellantur, *in l.51.idem C. de codic. cum ſimil.* minor tamen centum annis vix admittitur, Covar. *d.§.3.n.8.* ideoquè patet eos, qui ex recenti adhuc memoria ſuperiorem agnoverunt, præſcriptionem pro ſuâ libertate allegare non poſſe.

Quan-

Digitized by Google

Quantum igitur jurium maieſtatis vel conceſſione vel præſcriptione acquiri poſſit, ex dictis manifeſtum eſt: Quod autem ab initio proponebatur, utrum jura maieſtatis ſubditis communicari queant, ex iisdem ferè pariter deciſum relinquitur. Ea enim quæ generatim poteſtatem, & à quâ tota vis Reip. dependet, continent, cum ſubditos exemtura eſſent ab obedientia, ſalva Rep. communicari non poſſunt, ut ſunt facultas condendi, aut abrogandi leges univerſales, ſuprema jurisdictio, poteſtas bellum inferendi, cuicunq; libuerit. Hæc enim directè ad regiam maieſtatem pertinent, quæ Regi Ungariæ, quando reliquam ſuam poteſtatem Palatino concedit, reſervata intelliguntur, *ut in Articulis Palatino propoſitis à Matthia Rege § 10. patet*. Et Tiberius licet juſſiſſet Senatum ſine ſuâ autoritate judicia exercere, tamen ægrè tulit C. Lutorium Priſcum ſupplicio ab eo affectum, non quod interemtum nollet, ſed quod ſenatus illum ſine ſuâ ſententia damnaret, ideoq; SCtum fieri juſſit, *ne quis in ſenatu damnatus intra 10. diem necaretur, neve ſententia contra eum lata, ante id tempus publicaretur*, quò nimirum abſens etiam de eorum ſententia cognoſcere & judicium ferre poſſet: Dion. *lib.57.* quo ipſo ſummam ſibi jurisdictionem ſervavit.

Quæ verò horum particulæ tantum ſunt, ut legitimare, nobilitare, tabelliones, Doctores creare, magiſtratus minores inſtituere, jus dicere, monetam cudere, cum ſimul cum totâ maieſtate ſalva ſtare poſſint, nihil impedit etiam ſubditis concedi, quia nec ſubditis repugnat ea recipere, nec principibus concedere, cum nec horum maieſtatem impediant, nec debitam illorum obœdientiam tollant. Supremum enim ſibi jus maieſtas ſemper reſervat, quod JCti intelligunt, quando dicunt, jurisdictionem à principibus concedi *cumulativè*, ſed non *privativè*, *per tex. in l.1. C. de offic. præf. urb. c. dudum de præbend. in 6.* Baldus *conſ. 326. incip. Rex Romanor. in fin. lib.1.* Roman. *conſ. 395. præſens conſultatio.* Thom. Gramm. *deciſ. 30. num 2. 3. & ſeqq.* Mynſing. *Centur. 6. obſ. 99. num. 1.* Felin. *in c. paſtoralis de off. ordin.* Chaſſan *des confiſcations rubr. 2 § 1. verſ. Et appartient, n. 30. In conſ Burg.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 13. n. 1.* Colleg. Ticin. *n. 14.* Bonon. *n. 50. in cauſ. Finar.* per Angel. *in l. hæc autem in fin. de ſerv. urb. præd.* Heigius *lib. 1. quæſt. 9. num. 18. 20.* Muſcor. *de jurisd. n. 34.* Tapia *de Conſt. princ. c 4. n. 20.* Menoch. *qq. Arbitr. q 40. n. 2. de præſumt. lib. 2. præſ. 18. n. 1.* Paurmeiſter. *2. de Iurisd. c. 3. n. 32.* ſic ſupremus totius mundi Monarcha, licet cauſis inferioribus vim propriam inſeverit, tamen ubiq; cum earum actionibus concurrit, ſicut in Metaphyſ. *lib. 1. part. 2. c. 10.* oſtendimus, contra Durandum *2. ſent. diſt. 1. q. 5.* *Deus* enim *dicente* Hermete *in Crater: eſt ubiq, ſecundum præſentiam & potentiam*, Item *in Clavi. Dei radii ſunt energiæ, quæ per mundum agunt.* Vid diſp. noſtras Metaph *de cauſ. th. 26. & ſeqq.* Imitatur igitur princeps ordinationem divinam, quando maieſtatis ſuæ particulas ſubditis concedendo, ſuperioritatem tamen ſibi reſervat,

7. *Quæ nam ex Regalibus ſubditis ſint communicabilia.*

Digitized by Google

ut ita quicquid ſit in ſua Rep. à ſe ſolo dependeat, ad ſe ſolum referatur.
8. Meritò enim Bodin. *1. de republ. c. 9.* putat Galliarum maieſtati præjudicium creatum in eo, quod Carolus VI. ſiverit Sigismundum Imperatorem creare equitem Bellocarienſem prætorem in curia Pariſiorum, quod poſtea correctum dicit, cum Comitem Sabaudiæ Ducem renunciare Lugduni idem vetaretur. Quin etiam Joh. Navarrus, qui ſe pro Comite Palatino gerebat, autoritate Pontificis, cum notarios quoſdam creaſſet, alios natalibus reſtituiſſet in Galliis, maieſtatis damnatus decreto Curiæ Tholoſanæ Benedict. *in c. Raynut. in verb. & uxorem nomine.* Adelaſ. *q. 241.* Nam licet tales actus ſint voluntariæ jurisdictionis, & proinde exerceri queant etiam in alieno territorio *l. 2. de off. proconſ. l. 7. C. de eman. lib.* Innoc. *in c. novit de off. de leg. & not. in c. quæ fron. de appell. in clem. 1. de for comp. nominatim referens de Rege Romanorum, quod militem creaverit in ſenatu pariſ.* Tiraq. *de Nob. c. 6. n. 26.* tamen id intelligendum eſt, quoad proprios ſubditos, vel eos, qui proprio conſenſu poſſunt prorogare jurisdictionem, & quoad res in ſuâ poteſtate exiſtentes: *c. novit, de off. leg.* Covar. *de matr. part. 2. c. ult. 8. n. 44.* per Bal. *in l. prim. col. fin. C. de jure aureor. annulor.* Sed quod Imperator Lotharius ante januam B. Petri in civitate Romanâ leges promulgavit, *c. un conſt. feud. dom. Loth. in Rubr.* & Eugenio Papæ perinde atq; univerſo populo inſinuavit, *c. un. verſ. fin. in inſcript. de proh. feud. alien per Loth.* id jam plenam ſubiectionem deſignat Natta *conſ. 636. n. 17.* ſi enim Romanam urbem, unde Imperator Rom. appellatur, non haberet in poteſtate, inane ſolum nomen dominationis haberet Imperator, ut reſpondet Fridericus I. legatis Hadriani. Sigon. *12. Hiſt. Ital.* Licet enim maieſtas ſinat inferiores quædam maieſtatis jura exercere: tamen illud aliter concedere non debet, niſi permiſſu & beneficio ſuo, ita ut totum id, quicquid ſit ſoli uni maieſtati acceptum feratur. Rectè enim negat Chaſſ. *conſ. Burg. des ſucceſſions des baſtards §. 3. verſ. ab inteſtato, num. 28.* Ducem Burgundiæ propriâ autoritate potuiſſe aliquem natalibus reſtituere, quia inferior non poteſt præjudicare legi ſui ſuperioris, quod etiam de peregrino intellectum volumus, qui legibus alterius Reipubl. non magis derogare poteſt. Quod igitur inferiores principes natalibus reſtituunt, quod nobilitant, quod monetam cudunt, id non habent ex propriâ autoritate, ſed beneficio ſuperioris, Sebaſt. Med. *de ll part. 1. q. 20. & 21.* cujus imaginem nummis etiam plærunq; inſculpunt, ſicut Henricus II. cum Epiſcopo Patavino jus Signandæ monetæ largiretur, id addidit, ut in unâ parte nummorum nomen & imago Imperatoris, in alterâ verò ipſius urbis figura exprimeretur. Sigon. *8. hiſt. Ital.* Ita Otho I. libertatem, quam civitatibus Italiæ conceſſit, in eo poſuit, ut leges, conſuetudines, jurisdictionem, magiſtratus, vectigalia ſui fermè juris atq; arbitrii haberent: ita tamen, ut Sacramentum regibus dicerent. Quocirca alios ſibi præfectos Rex, alios civita-

Omnia in Rep. dependent a maieſtate.

Digitized by Google

civitates ipſæ conſtituerunt. At quos quidem Rex ad jura reddenda & populos in fide continendos in provinciis collocavit, ii *Miſſi* ſive *Nuncii*, ſive *legati* Imperatoris vocati. Quos verò populi ad regendam civitatem crearunt, ii *conſules* duo aut plures fuerunt, qui quotannis ex ſingulis civitatibus creati, aut apud Epiſcopum Urbis, aut apud nuncium Regis jurarunt. Otto Friſing & ex eo Sigon. 7. *hiſt. Ital.* Id quod Fridericus I. repetiit, cum Italiam pacaſſet. *Conſules*, inquit, *qui in civitatibus conſtituentur, tales ſint, qui fidelitatem fecerint nobis vel faciunt, antequam conſulatum ineant, & cætera vide in Conſt. de pac. conſtant.* Viciſſim in conceſſione regalium, quam Cremonenſibus fecit Fridericus I. *anno 1162.* fidelitas ſeu ſuperioritas imperio conceptis verbis reſervatur. Ita enim habent verba privilegii: *Nemo a vobis conſul recipiatur, niſi juret ſe 200. marcas argenti boni, quotannis pro conceſſione horum Regalium ſoluturum, & nobis aut ſucceſſoribus noſtris fidelitatem. Qui verò initio conſulatus ſacramentum concipiet, hoc nominatim jurabit, ſe recturum populum Cremonenſem, in Vrbe & extra, ad honorem & obſequium noſtrum & conſervationem civitatis, & conſules aliiq; jurabunt ſe ſervaturos fidem ſine fraude, & mandata, aut per nos, aut per nuncios noſtros injuncta curaturos bona fide.* Municipia item licet legibus ſuis & conſuetudinibus uterentur *l. 1. C. de emanc. lib. §. ſed jus Inſt. de jur. nat. gent.* Oldendorp. *claſſ. 1. act. 1. n. 4.* Panciroll. *de magiſtr. municip. c. 8.* quas Hernicorum tribus populis Alatrinati, Verulano, Ferentinati, cum ob defectionem perditæ eſſent, redditas teſtatur Livius *lib. 9.* ubi & cum ſcribit: Anagninis interdictum magiſtratibus, præter ſacrorum curationem, proprios quoq; iis Magiſtratus extitiſſe indicat. Sed hæc ſemper intelligenda ſunt, non excluſo jure ſuperioris. Noribergenſibus enim licet videantur ſuæ Reipubl. domini eſſe, tamen Carolus IV. ſublatis tribuum juribus, autor extitit Ariſtocratiæ, quæ ibi adhuc hodiè viget. Car. & Peuc. *li. 5. Chr.* Ita enim ſumma poteſtas manet penes concedentem, ideoq; ſicut feudorum interpretes non alienatum putant, quod alteri in feudum conceſſum eſt, quia directum dominium manet: Menoch. *arb. cent. 6. caſu. 559. n. 11.* Corne. *in conſ. 261. incip. De duobus principaliter lib. 4.* Zoannett. *de Rom. Imp. q. 168.* Matth. Steph. 2. *de jurisd. c. 1. memb. 1. num. 86. & ſeqq. per c. un §. fin. Ex: quib. cauſ. feud. amitt. c. un. §. 1. per quos fiat inveſt. c. un. §. ſi verò qualiter ol. pot. feud. alien.* ita nec maieſtas dici poteſt perdidiſſe poteſtatem, cujus ſupremum dominium penes ſe retinuit.

In legibus condendis par ratio eſt, quia & iſtæ tantum virium habent, quantum maieſtas vel ſpeciali approbatione vel generali conceſſione 9.
indulget, ſiquidem uſu ſervari ſcribat Schneidvv. *in § conſtat, Inſt. de jure natur. gent.* ut ab inferioribus promulgandæ leges à ſuperiori priùs videantur, quippe, quas tum demum pondus habituras conſtet, ſi legibus Reipub. aut

An civitates poteſtatem habeant ferendi leges. placitis principum, quæ pro lege ſunt, non adverſentur, *l. ſodales, ff. de colleg. c. cum dilectus & ibi gl. pen. de conſuet.* Sebaſt. Med. *de ill. part. 2. q. 7. num. 3.* Cravett. *de antiquit. temp. part. 4. § circa præmiſſa, num. 5.* Anton. Vacca *in l. omnes populi de juſt. & Iur.* Heigius *q. 23. n. 33.* Atquè hoc teſtantur JCti de civitatibus Italiæ, iis jus non eſſe condere leges Romanorum legibus à Friderico I. promulgatis contrarias. Bart. Bald. Angel. Salic. *in l. cunctos popul. de ſum. Trin.* quod etiam *ex conſtitut. de pace Conſtantiæ* non obſcurè colligitur.

An appellatio fiat ad magiſtratum. Quod de appellatione extremâ, quam omnium minimè maieſtas videtur abdicare poſſe, obiectum fuit, omnium facilimè reſolvitur. Quibus enim appellatio extrema datur, illi coguntur judicare ſecundum leges, in quas jurarunt, ſicut Servius Tullius, cum privatarum litium cognitiones ad privatos judices detuliſſet, leges à ſe latas, ut regulas, iis præſcripſit, quas in judiciis & rebus decidendis ſequerentur, Halycarnaſſ. *lib. 4.* Fridericus I. nuncios ſuos, ad quos civitates Italiæ appellare jubebat, jurare facit, *quod bonâ fide & ſine fraude cauſas ſint examinaturi, definituriq; ſecundum leges & mores cujusq; civitatis, c. un. verſ. In cauſis appellat. de pac. Conſtantin.* & Juſtinianus vult cauſas remitti ad Comites, &c. *quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis, vice ſacri cognitoris intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore perferant decidendas. c. anteriorum. 2. q. 6.* Jam verò, qui ex lege judicat, *licet facti quidem quæſtionem ſui arbitrii habeat,* ut ait Papinianus: *pœna tamen ad legis autoritatem pertinet, l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turp.* & per conſequens ad ipſam maieſtatem, quæ legis eſt conditrix, ita ut perinde ſit, ac ſi negetur appellatio à voce legis *l. cum prolatis 32. ff. de re jud.* ſeu à placito ipſius maieſtatis, ſecundum quod judex pronunciavit. Deniquè licet ſublata ſit appellatio, tamen non unà intelligitur ſublata nullitas, ut vult Gail *1. obſ. 135.* Obrecht. *diſp. Regal. theſ. 356.* quo tamen curia Electoris Saxoniæ ſe prægravari putat: vel ſupplicatio, aliave remedia adverſus iniquam ſententiam, de quibus Oldendorp. *in tr. de re jud.* & nos infra *in 2. jure maieſtatis* agemus. Atquè ita determinatum eſt, in quantum jura maieſtatis à ſubditis acquiri poſſint, ſive per conceſſionem, ſive per præſcriptionem. Conſequens eſt, ut jam jura maieſtatis in ſpecie explicanda aggrediamur.

CAP. III.

Digitized by Google

CAPUT III.

DE POTESTATE FERENDI LEGES, ALIISQUE, QUAE HINC PULLULANT, JURIBUS.

SUMMARIA.

1. *Quod poteſtas ferendi leges ad maieſtatem propriè pertineat.*
2. *Utrum Reges Rom. aut populus hoc jure uſus fuerit, durante regno ante Tarquinium.*
3. *Eiectis regibus, quis in Rep. Rom. leges tulerit.*
4. *Hoc jus translatum fuit in Imperatores, una cum ſumma poteſtate.*
5. *Utrum hoc jus extendatur etiam ad leges divinas.*
6. *Contra jus divinum faciant, qui iure damnatos facile eximũt a ſuppliciis.*
7. *Sola maieſtas poteſt pœnam a legibus inflictam remittere.*
8. *Reprehenditur clementia regum, qui lege divina volunt eſſe moderatiores.*
9. *Exempla aliquot, in quibus utique à maieſtate humana diſpenſatum eſt contra ius divinum.*
10. *Maieſtas nequit ius naturale tollere, vel ex toto vel in parte.*
11. *Iniquitatis convincuntur leges, quæ ſunt latæ contra præſcriptum iuris naturalis.*
12. *Maieſtas nequit reſcindere contractus, quia prodeunt ex iure naturæ.*
13. *Declarat tamen maieſtas tam ius divinum, quam humanum.*
14. *In leges poſitivas deri-itur totum hoc jus, quas ponere & abolere poteſt maieſtas.*
15. *Maieſtas reſtituit in integrum & ad famam, remittit pœnam legis civilis, dat veniam ætatis, &c.*
16. *Privilegia indulget ſola maieſtas.*
17. *Ad hoc jus pertinet poteſtas nobilitatem conferendi.*
18. *Maieſtas concedit facultatem nundinarum, &c.*

GEneraliſſimum autem & quod maximè multa ſub ſe complectitur eſt poteſtas ferendi leges, in qua Bartolus dicit conſiſtere ſupremum maximumq; gradum meri imperii Bart. *in l. imperium n. 7. ff. de jurisd. om. jud.* Legibus enim puniuntur improbi, muneribus afficiuntur probi, legibus tanquam communi præcepto *l. lex eſt ff de ll.* præſcribitur ſubditis, quid cuique faciendum vel omittendum, quid fieri debeat in Rep. quid vitari, quis ordo, quod officium ſit magiſtratuum, quid debeant ſubditi ſuo principi, quis tenor pacis bellive, deniq; *lex eſt communis ſponſio civitatis, regula juſtorum & injuſtorum, omnium divinarum & humanarum rerum regina*, ut ex Demoſthene & Chryſippo definit Martian. *l. 2. ff. de ll.* quæ omnia cum contineant fundamentum totius Reip. in ejusdem manu collocari debent, in quâ collocata eſt Reſp. Hanc autem maieſtatem eſſe ex definitione Reip.

 patuit.

patuit. Reſp. enim eſt ordo, in quo maieſtas dominatur ſubditis. Penes quem igitur eſt dominium, penes eundem collocari debent inſtrumenta dominandi, quæ ſunt leges & ſcita ſuperioris. Propriè enim lex eſt, *quæ ſancit, quod vult, aut jubendo aut vetando, l.1.2.& 7.ff.de ll.* quam definitionem Cic.1. *de ll.* dicit eſſe vulgi, ipſe aliam adducens magis Philoſophicam, quod lex ſit *ſumma ratio, inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria. Eadem,* inquit, *ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta lex eſt.* Et paulò poſt: *Quod ſi populorum juſſu, ſi principum decretis, ſi ſententiis judicum jura conſtituerentur, jus eſſet latrocinari, jus adulterare, jus teſtamenta falſa ſupponere, ſi hæc ſuffragiis aut ſcitis multitudinis probarentur.* Plura alia in hunc ſenſum diſputat, ex quibus *lib. 2. de ll. in pr.* colligit, *legem eſſe juſtorum injuſtorumq; diſtinctionem, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium principem expreſſam naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, defendunt, & tuentur bonos.* Tantum autem abeſt, ut iſta deſcriptio ſit philoſophica, ut ſummam potius inducat virtutum & legum confuſionem, quæ quanti interſit accuratè diſtingui, licet non uno in loco docuerit philoſophus: 10. *Eth. Nicom. ad fin. c. ult.* tamen neſcio an clarius aliunde appareat, quam ex diſputatione hac, quâ negat Philoſophus, eundem eſſe virum bonum & civem bonum. *5. Eth. c. 1.* Quia enim leges quædam ſunt iniquæ, ut, *Seja, Apuleja & Levia*, quarum mentionem facit Cic. 2. *de ll.* aut illa inter regis, *ut Dictator, quem vellet civium indicta causa impunè poſſet occidere.* Cic. 1. *de ll.* aut illa Guilielmi I. Regis Siculi, *ne fas eſſet patri elocare filiam, rege non conſentiente*: Summon. *lib. 2. hiſt Neapol. c.3.* hinc fit ut aliquis poſſit eſſe bonus civis, qui tamen non ſit vir bonus Quin etiam licet omnes leges eſſent *recta ratio, naturæ congruens,* ut ex Cic. *de Rep.* dicit Lactan. *l.6.c.8.* nihilominus diſcrimen hoc non tolleretur. *Multò enim latius*, dicente Seneca, *patet officiorum, quam legum ratio. Quid enim faciet is homo in tenebris, qui nihil timet, niſi teſtem vel judicem, qui in deſerto loco nactus, quem multo auro ſpoliare poſſit, imbecillum atq; ſolum. Vir bonus etiam colloquetur, juvabit, in viam deducet: at qui metu legum tantum abſtinet malo, quid ſit facturus, nemo eſt qui non videt,* quando earum pœnam metuere non habet. Vir bonus igitur benè agit, quia honeſtum eſt, quia recta ratio ſuadet, virtus exigit, civis bonus idem imitatur, quam diu ſibi timet à legibus. Ubi ſperat fore, clam, rurſus ad ingenium redit, ut in re non diſſimili dixit Comicus. *in Adelph. act.1. ſc.1.* Cum igitur tota legum vis in eo conſiſtat, quod jubeant vel vetent. *l.7.ff.de ll.* hoc eſt, ut uno verbo dicam, quod cogant, ſequitur vim cogendi oportere eſſe penes eum, qui legem conditurus eſt, alioquin idem paſſuram, quod telæ aranearum, quas quæ fortiores ſunt, muſcæ impunè perrumpunt. Ridiculus enim foret dicente Ariſt. *3. polit. c.13.* qui viros potentiores legibus infirmioribus ſubjicere vellet. Dicerent enim fortaſſe, quemad-

Rejicitur definitio legis, a Cicerone probata.

Vim leges habent a maieſtate.

Digitized by Google

quemadmodum de Leone ſcribit Antiſthenes, concionantibus lepuſculis ac cenſentibus, æquum omnes habere debere. Sylla certè, citatus à Cinna, imbellem ejus conſulatum irriſurus abiit ad bellum Mythridaticum. Plut. *in Syll.* Herodes à 70. ſenioribus citatus ad dicendam cauſam in Synedrio, quod graſſatores quosdam capite multaſſet, non expectata ſententia Synedrii, non ſolum armato ſatellitio ſtipatus, apparuit Joſeph. *l. 14. antiq. Iud.* ſed & gladium aureum accinxit, ut ſi quid durius contra ſe decerneretur, eum ultorem ſui oſtenderet. Potentia verò in Rep. maieſtatis eſt, ut ſupra diximus, ideoq; ad eam ſolam primum leges condendi jus pertinet, ſicut & ſacræ literæ coniungunt Reges & legumlatores, ut *Eſai 33. Dominus Rex noſter, Dominus Legifer noſter*, & Prov 8. *Per me reges regnant & legum Conditores juſta decernunt.* Quod ſi ad inferiorem aliquem ea poteſtas deferretur præterquam, quod illi tribueretur injuria, etiam fruſtrà tribueretur, quia leges ejus non ſat habituræ eſſent ponderis, niſi conſenſus & approbatio ſupremæ poteſtatis accederet. Athenienſes enim, cum Soloni mutandæ Reip. curam darent, etiam abſolutam & ſummam adjunxerunt potentiam, ſine quâ leges inanes futuras prævidebant, Plut. *in Sol.* quâ cum deſtitueretur Apis, fruſtrà tentavit leges Lycurgi reſtituere. Sed Cleomenes, hujus exemplo cautior factus, primum omnium ſummam ad ſe transferre poteſtatem voluit, quod quia ſalvâ Ephororum auctoritate obtinere non poterat, eos primum aggreſſus, poſtea legem ſine contradictione pertulit. Plut *in Agid. & Cleom.* Romani quoq; decem viros legibus condendis crearunt ſine provocatione, univerſo, ſicut à Regibus ad conſules venerat, in eos tranſlato imperio, tantum ne legem Aciliam de Aventio aliasq; ſacratas leges abrogarent, Liv. *lib. 3.* cum Galli imminerent Romæ, Plut *in Cam.* Romanis meritò exprobrat, quod ex præteritis bellis non adverterint, quantum periculoſo tempore conduceret omnia ſecundum arbitrium unius hominis agi, qui in ſuis manibus jus omne haberet, magiſtratumq; nulli judicio obnoxium gereret. Cum Sp Melius ſeditioſâ liberalitate Remp. perturbaret, T. Quinctius Conſul, conſulibus abrogare imperium ſuadet, quod in magiſtratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, ſi fortaſsè contra leges quicquam aggredi jubeat neceſſitas, non ſatis ſit virium, opus eſſe & forti & legum vinculis exoluto viro, Liv. *l. 4.* qualem quidem oportet eſſe, qui legum vi omnium vitam in ordinem vult cogere. Fuit ſanè & Dictatura & Decemviratus breve quoddam regnum, ſed precarium, ideoq; neutrius leges aliter robur acceperunt, quàm quod populus in eas juraret, ſicut Solonis præcepta non priùs inter leges admiſſa ſunt, quam ſenatus populusq; juraſſent, ſe eas obſervaturos. Plut. *in Solon.* Decemviri quoq; propoſitis decem primis tabulis populum ad concionem vocarunt, & *quod bonum, fauſtum, felixq; Reip. ipſis liberisq; eorum eſſet, ire & legere leges propoſitas juſſere: ſe*

quantum

quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus ſummis imisq; jura æquaſſe, plus pollere multorum ingenia, conſilia verſarent, in animis ſecum rem unamquamq; agitarent, deinde ſermonibus atq; in medium, quid in quâq; re plus minusve eſſet, conferrent: eas leges habiturum pop. Rom. quas conſenſus omnium invexiſſet, ne juſſiſſe latas magis, quam tuliſſe videri poſſit, Liv. *lib. 3.* Rectè id quidem, & ut fieri oportebat, quia maieſtas erat penes populum in utraq; Rep. à quâ neceſſe erat legibus dari autoritatem, ſicut, cum omnia manu Regum gubernarentur, hi ſuâ autoritate leges promulgabant, quas inde vocat *Regias* Liv. *l. 6. in pr* quando à tribunis militum conſu: poteſt: ſenatum de nullâ re prius conſultum ſcribit, quàm de religionibus, inprimis ut fœdera & leges, quæ comparerent, conquirerentur. *Erant autem*, ait, *eæ duodecim tabulæ, & quædam regiæ leges.* Necnon Valerius Tribunus plebis, quem de lege Oppia ita loquentem introducit Liv. *lib. 34. Ex utro tandem genere eſt ea lex, quam abrogamus? An vetus Regia lex, ſimul cum ipſâ urbe latâ.* Inſtituit quidem Romulus Comitia curiata, in quibus magiſtratus crearentur, ut docet Gell. *lib. 12.* Tacit. 11. *Annal.* retuleruntq; Sabellic. Enn. 2. *lib. 2.* Johan. Martianus *lib. 2. Topogr. Rom. antiq. c. 9.* Eberlin. *in l. 2. de Orig. Iur. c. 4. num. 4.* inter leges Romuli etiam hanc: *Populus magiſtratus creanto: leges ſciſcunto: Bella decernunto.* Quin & Servius, inſtitutis comitiis centuriatis, in eorum autoritatem rerum ſummam depoſuit, ſed ſpecie tenus, cum Reges comitia, pro ſuo arbitrio moderarentur, id quod ſatis ſuperq; docet Pomponius *in l. 2. de Orig. Iur.* quando ait: *& ita Romulus ipſe leges quaſdam curiatas ad populum tulit, tulerunt & ſequentes Reges.* Nemo autem rectius explicavit, quam Halycar. *lib. 2.* ex quo lex ipſa deſumta eſt: *plebi*, inquit, *hæc tria conceſſit; magiſtratus creare, leges ſancire, & de bello decernere, quoties Rex permiſiſſet, ita tamen, ut ne horum quidem abſolutam haberet poteſtatem, niſi idem ſenatui viſum fuiſſet. Senatus verò jus erat, de re qualibet, quam rem ad ipſum retuliſſet, cognoſcere & ſuffragium ferre. Regis verò munia longè maxima erant: primum enim ſacrorum principatum habebat, omnesq; res divinæ ac piæ per ipſum agebantur. Deinde legum ac morum patriorum cuſtos erat, & omnes juris naturalis & ex communi hominum conſenſu pactoq; ſcripti curam gerebat, & de graviſſimis injuriis ipſe cognoſcebat, & ſenatum cogebat, populumq; evocabat, primusq; ſententiam dicebat, & quæ pluribus viſa fuiſſent, ipſe faciebat.* Unde apparet ſummam poteſtatem penes Regem fuiſſe, reliquis precariò conceſſam, quod docuit. Item Tacit. *lib. 3. Annal. Nobis*, inquit, *Romulus ut libitum imperitaverat. Dein Numa religionibus & divino jure populum devinxit, repertaq; quædam à Tullo & Anco, ſed præcipuus Servius Tullius ſanctor legum fuit, &c.* Halycarnaſſæus etiam, quare comitiis promulgari ſolitæ fuerint, addit, quando de Servio refert, quod quinquaginta leges de contractibus & injuriis tulerit, *quas*, inquit, *curiatis comitiis ratas fecit. lib. 4.* Ut enim ratæ eſſent leges, requirebatur

e. Penes quã partẽ fuerit hoc jus ſub regib. Roman.

batur promulgatio, quæ in comitiis fieri ſolebat, & conſenſus tribuum, ſi-
cut tùm patuit, cum patritii ægrè ferrent etiam libertos à Servio civibus
aſſcribi. Convocata enim concione effecit Servius, ut eam quoq; legem re-
ciperent & confirmarent, *Id. ibid.* Ex quo patet, leges à regibus quidem la-
tas, ſed à populo, recipiendo confirmari ſolitas fuiſſe.

Amotis urbe regibus, comitiorum licet ordo manſerit, tamen au- 5.
toritas mutata fuit, cum ad ea lege Valeriâ de provocatione ad populum,
Liv. *li.2.* Plut. *in Publ.* tota poteſtas, quæ penes Reges fuerat, devoluta fue-
rit. Propriè enim leges dicebantur, quæ à toto populo, ſenatorio quodam
magiſtratu rogante, ferebantur. Gell. *l.5.c.27.* Quæ verò plebs ſola ſciſce-
bat, ab initio legis vigorem non habebant, nec totum populum patritiosve,
ſed ſolam plebem tenebant, §. *lex eſt, Inſt. de jure nat.* poſtea cum Reſp. ſub-
indè fieret popularior, creatis tribunis, communicatis conjugiis, admiſſaq;
plebe ad ſummos honores, id tantum ſupererat, ut, quod ſoli plebi placuiſ-
ſet, etiam patres, adeoq; univerſum populum teneret, quod lege quidem
Horatiâ primum decretum legimus *apud* Liv. *l.3.* cum revocatâ plebe ex
monte ſacro L. Valerius & M. Horatius plebicolæ Conſules creati eſſent,
ex quo factum eſt, ut plebiscita poſt leges XII. tabularum introducta dicat
Pompon. *l.2.§.8. de orig. iur.* Nam quæ antehac rogata erant à tribunis pl.
quia legum & juris loco non habebantur, ne inter jus quidem reponere
voluit JCtus, immeritò ob hoc reprehenſus ab Eberlino *d.l.2.c.8. in princ.*
Nec ſacratæ Leges, quarum capita præcipua erant de creatione, poteſtate &
ſanctitate tribunorum prout explicat Forſt. *lib.1. Hiſt. jur. Rom. c.21. in pr* cum
plebiſcitis confundenda ſunt, quia non ferebantur plebis auctoritate, ſed
mutuâ patrum plebisq; conventione pactoq;. Liv. *l.2.* teſtaturq; Halycarn.
lib.6. SCto conceſſam eſſe plebi poteſtatem, qua tribunus poſtea legem tu-
lit, ut tribunorum corpora ſancta eſſent, quæ lex patritios aliàs non tenuiſ-
ſet. Lex verò Horatia repetita fuit à Q. Publ. Philone, quem Liv, *lib.8.* tres
leges *ſecundiſſimas plebi, adverſas nobilitati* tuliſſe ſcribit, quarum prima his
verbis ab eo refertur, *ut plebiſcita omnes Quirites tenerent.* Deniq; ut ſcribit
Plin. *lib.16.c.10.* Q. Hortenſius dictator, cum plebs ſeceſſiſſet in Janiculum,
legem in Eſculeto (alii legunt Eſculento) tulit, *ut ad id, quod juſſiſſet, omnes
Quirites tenerentur.* Unde Gell. *15.c.27.* Pompon. *in l.2.§.8. de orig. Iur.* Juſti-
nian. §.4 *Inſt. de jure nat. gent.* legi Hortenſiæ, tanquam ultimæ, plebiſcito-
rum autoritatem aſſcribunt. Zaſ. *d.l.2. de orig. Iur. ad verb. lege Horten.* Forſte-
rus *de jure civili lib.1.c.26.n.10.& 17.* Eberlinus *ad d.l.2.c.8.n.9.* Manut. *de ll.
Rom.* Sigon. *de antiq. Iur. Rom.* Eò nimirum ſequitur poteſtas ferendi leges,
quo rapitur maieſtas, quam quia plebs ad ſe trahebat, conſequenter etiam
legibus ſuis univerſos obligabat, & econtrario SCtorum autoritas minue-
batur, quia non aliter vim obtinebant, quam ſi tribunorum nullus inter-

ceſſiſſet, ut teſtatur Feneſt. *lib. 2. c. 10.* & omnium clariſſimè Val. Max. *l. 2. c. 2. Illud*, inquit, *quoq; memoriâ repetendum eſt, quod tribunis plebis introire curiam non licebat, ante valvas autem poſitis ſubſelliis decreta patrum attentiſſimâ curâ examinabant: ut ſi qua ex iis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaq; veteribus SCtis T. litera ſubſcribi ſolebat, eaq; nota ſignificabatur, ita tribunos quoq; cenſuiſſe.* Quibus accedit Polyb. *lib. 6. Si ex tribunis pl. unus duntaxat reſiſtat, non poteſt Senatus aliquid conſultorum ſuorum ad effectum producere, imò ne conſiderâ quidem, aut omninò aliquò proficiſci.*

4. *Penes quē fuerit hoc jus ſub Imperatorib.* Tranſlato deniq; imperio ad unum ſolum principem, hujus quoq; arbitrio SCta aut vim obtinuerunt, aut perdiderunt, *l. humanum, C. de legibus & conſt.* prout refert Briſſonius *lib. 1. antiq. ſelect. c. 16.* donec Leonis conſtitutione Lex, quæ ſenatui condendarum legum poteſtatem facit, *l. 9. de ll.* prorſus ſublata fuit. *Novell. 78. Leon. Quia*, inquit, *ex quo ſenatoriam adminiſtrationem Imperatoria maieſtas ſibi vindicavit, inutilem eam fuiſſe, neceſſarium eſt. Conſtituto enim principe, & hoc jus illi datum eſt, ut quicquid per Epiſtolam vel ſubſcriptionem ſtatuerit, vel cognoſcens decreverit, vel de plano inter locutus ſit, vel edicto præceperit, jus ſit & legis habeat vigorem, l. 1. §. 1. de Conſt. princ. §. ſed & quod principi. Inſt. de Iur. gent. nat. l. 2 §. noviſſimè ff. de orig. jur. l. fine clauſula §. 4. & 7. de ſuſpect. tutor.* cujus exempla infinita extant in toto jure, Barcl. *contra Monarchom. p. 92. & 102.* ut iis recenſendis fruſtrà laborare videamur. In quem enim omnis poteſtas tranſlata eſt, in eundem etiam ferendi leges, quæ præcipua eſt, tranſlata eſt, ita ut ſolus ea uti poſſit. Quia ſi alius eandem æqualiter ſibi vendicaret, falsò diceretur tota tranſlata eſſe. Unde Imperator: *Soli in præſenti leges condere Imperatori conceſſum, & eaſdem interpretari, ſolum dignum imperio eſt.* Quis enim legum ænigmata ſolvere & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is, cui ſoli legiſlatorem eſſe, conceſſum eſt. Ariſt. *5. Ethi. c. 7.* Exploſâ igitur omni difficultate, tàm conditor, quàm interpres legum, ſolus Imperator juſtè exiſtimabitur. *l. ult. C. de ll. Med. de ll. q. 18. par. 1. n. 11.* Matth. Steph. *2. de Iurisd. c. 1. n. 2. n. 8.* Ipſe enim eſt *lex animata in terris*, Ariſt. *5. Eth. c. 7. Nov. 105. in fin.* Specula. *t. de feriis §. 1.* Cyn. *ad l. reſcripta C. de prec. Imp. off.* Zaſ. *ad l. 2. §. eodem temp. n. 13. de orig. Iur.* juraque gerit in ſcrinio ſuo *l. omnium C. de teſtam.* Subditis verò quantum vis magnis principibus non aliter licet ſtatuere, niſi quantum beneficio ſuperioris permiſſum fuit, cum maieſtatis lex generalis ſit, Bart. Bald. Salic. *ad l. fin. C. de ll.* Lancellot. *lib. 1. cap. 1. de Imper. §. 4. verſ. ſecundo itaq; loco*, ambiatq; omnia, quæ ſunt inferiora. Illud igitur ex dictis manifeſtum eſt, ad jura maieſtatis legis ferendæ poteſtatem pertinere, quam Ariſt. 4. *pol. c. 14. in pr.* Halycarn. *l. 2. 4. 7.* & alii ſupra relati illis accenſent, innuitq; Virgil. *5. Æneid.* regnum Aceſtis deſcribens: *Gaudet regno Trojanus Aceſtes, Indicitq; forum & patribus dat jura vocatis.* quia jura maieſtatis oportet eſſe inter ea, quæ ſumma ſunt & præſtātiſſima

in Rep.

Digitized by Google

in Rep. Nihil verò eſt ſuperius, nihil præſtantius, quam leges omnibus dicere, earumq; præſcripto actiones civium gubernare.

Cohæret autem cum hoc capite, poteſtas abrogandi vel tollendi legem, quia eadem potentia eſt oppoſitorum, ut docent philoſophi, & hoc eſt, dicente Plut. *in Flam.* οὐ κατ' τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ κατὰ τῶν νόμων ἄρχειν, non ſolum ſecundum leges, ſed & ipſis legibus imperare. Interpretari verò & diſpenſare de lege, ut ſunt minoris poteſtatis, ita facilius, quod eodem pertineant, intelligitur. Autor incert. *de Crimin. læſ. maieſt. q. 8. n. 10.* Cum verò triplex ſit jus, quoad inſtitutum noſtrum: Divinum, Naturale & Poſitivum ſeu Civile, quam potentiam circa quodq; harum habeat maieſtas, videndum eſt. *Maieſtas abrogat etiā leges.*

Per Jus divinum non intelligimus leges forenſes Judæorum, quas Stephanus *peculiari in hanc rem edito libello* in uſum revocandas diſputat, cum quæ peculiari populo, peculiaribus moribus ob certum & peculiarem finem accommodata fuerunt, non ſine confuſione & repugnantia ad alias Reſp. planè, quoad eſſentiam & qualitates diverſas, torqueri poſſint, ſed præcepta illa æterna, cordibus humanis in primâ creatione partim impreſſâ, partim ſacris revelationibus expreſſa, quibus benè pièq; vivendi ratio continetur, nullo vel tempore vel loco variabilis. 5. *Ius divinū*

Per Jus naturale cum Ariſt. 5. *Eth. c. 10.* accipimus jus illud, quod Cicer. 1. & 2. *de legibus* tam ſollicitè inquiſivit, quodq; definit *rationē ſummā, inſitam in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria.* Eſt enim hæc juris juſtitiæq; regula, quæ, ut ait Ariſtoteles, *non inde naſcitur, quod ita huic & illi videatur, ſed communis intelligentia eam animis noſtris inſculpſit, per quam honeſta à turpibus, virtutes à vitiis ſeparamus.* Hæc autem ait Cicer. 1. *de ll. in opinione exiſtimare, & non in natura ponere, dementis eſt. Nam nec arboris nec equi virtus, quæ dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione ſita eſt, ſed in natura.* *Ius naturale.*

Jus autem poſitivum, quod Ariſtoteles vocat τὸ νομικὸν, eodem autore eſt, *quod à principio quidem, utrum ita vel ſecus conſtituatur, nihil refert, poſtquam verò conſtitutum eſt, refert, ut mina captivos redimi, præſcriptionem 20. aut 40 annis abſolvi, &c.* quod Zab. *in c. cum tanto, de conſuet.* poſitivum dici autumat, quia *poſitum in voluntate principis* eſt, & ſub perpetuo motu. *Ius poſitivum.*

Quod igitur jus divinum attinet, injurius eſt in Deum, ſive Papa ſit, ſive Imperator, ſive princeps, qui illud tollere velit. Inferior enim non poteſt violare jura ſuperioris Clem. Romani *in pr. de Elect. c. cum inferior, & ibi gl. in ver. ligare de maior. & obed.* & læſæ maieſtatis pœnam incurrit, quicunquè ex ſubditis ſibi ſumit audaciam evertendi leges & mandata ſui principis. *Non me regnante licebit,* ait Imperator, apud Guntherum *li. 8.* *Non licet maieſtati leges divinas ſuis legibus deſtruere.*

Has cuiquam noſtras impunè laceſſere leges
Ac ſi quis tumidus præſumſerit obvius ire
Supplicium præſens manifeſtaq; pœna docebit,
Non magis invictum bello, quàm legibus eſſe.

Et reperiri crederemus, qui in leges divinas ſibi id licere putarent, quod ſine piaculo in humanas non auderent? Admittemus ne adulatorias Pontificiorum voces: *Pontifici licere diſpenſare in omnibus, præterquam in articulis fidei,* Tiraq. *de remitt. pœnis in præf. n. 45.* Abb. *in c. non eſt de voto.* Lancelot. *lib. 1. c. 1. §. 4. verſ. Quinto Imperator: n. 2. per Felin. & alios,* & qui ab eo legibus ſolutus eſt divinis, illi apud Deum immortalem ſatis cautum eſſe. Felin. *in c. quæ in Eccl. col. 7. de Conſt.* Juſſit Deus, ut in matrimonio *duo* eſſent in *carne unâ*: *Gen. 2.* & tamen Papa diſpenſat, ut unus poſſit plures habere uxores. Lancelot. *lib. 2. c. 1. §. 4. verſ. Tertio collectis, n. 12.* Dictum eſt in ſacris literis, *quos Deus conjunxit, homo ne ſeparet:* & tamen eos ſeparandi licentiam ſibi ſæpè ſumit Pontifex, ſicut accepta ingenti pecuniæ ſumma Alex VI. Uladislao Ungariæ Regi poteſtatem fecit, divortium cum Beatrice faciendi, Mich. Ricc. *in fin. hiſt. Vngar.* ut non immeritò Lutherus dixerit: *pontifices vendere conjugia, ut mercatores ſolent merces.* Im Buch von Ehſachen/ *Ann. 22.* qui idem & diſpenſat in gradibus prohibitis, abſolvit à juramento & jus divinum verſat, prout ſibi videtur. Qui limitandi leges divinas potentiam majeſtati concedunt, id ſemper addunt, ſi *cauſa ſatis probabilis* id exigat, Gratian. *c. diſpenſationes, c. tali, 1. q. 7.* Soto. *1. de Iuſt. & jur. q. 7. art. 3. gl. in l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ.* Deci. *in c. quæ in Eccleſ. n. 13. de conſtit.* Mynſing. *Cent. 5. obſ. 97.* At quæ poteſt eſſe cauſa probabilis ad non obtemperandum Deo, ad conculcanda ejus juſſa, ad iniquitatis eadem alliganda. Certè Gregorius IX. *in c cum tanto de conſuetud.* apertè præſupponit, contra jus divinum nullam probabilem cauſam ſufficere, cum in jure poſitivo demum diſtinguat, utrū cauſa ſit probabilis, vel non, per quam illi derogari poſſit. Roch. *ad d. c. cum tanto, ſect. 2. n. 3.* Qui enim leges alterius corrigit aut illas iniquitatis accuſat, aut ſe ſapientiorem facit, qui, quod illi ignotum fuit, intellexit. Injuſtè igitur Achab, qui Nabotho vineam eripuit, quod duplici lege divinâ prohibitum erat, tum, quia non licebat agros de tribu in tribum transferre, *Numeror. c. ult.* tùm, quia nefas erat, poſſeſſionem alicui ſine cauſa eripere. Lex divina eſt; *qui gladium accipit, gladio peribit: Qui profundit ſanguinem humanum, ſanguis ejus profundetur, Gen. 9. Levit. c. 24. Matth. 5. Deuter. 15. Exod. 21.* Pontifices tamen autoritatem ſibi ſumſerunt etiam contra hanc legem diſpenſandi, pœnam capitis in caſtigationem vel ignominiam quandam ridiculam, addita levi multa, convertentes, quorum illicitam indulgentiam Petr de Ferrar. *in pract. t. Forma inquiſit. in gl. n. 47.* meritò inſectatur, ut & Johan. Faber. *in §. fin. Inſt. de iis, qui ſunt ſui juris.* Boer. *in deciſ. 109.* quicquid contra

contra ſentiat Hyppol. de Marſ. §.*ult.in fin.* Communior enim & receptior interpretum opinio eſt, pontificem poſſe quidem declarare jus divinum, ſed non de eo diſpenſare, *gl.communiter.probata in c.non eſt,in verb.autoritate de vot.gl.in c.quanto in ver. abſolvi de jurej. gl.in c.prop. ſuit, in verb. diſpenſare de conc.præb.* Soto.*lib.1.de juſt.& jure q.7.art.3.* Covar. *de Matrim.part.2.c 6.§.9.n.10.& ſeqq.* Jacob.Almain. *in tr.de pot.Eccleſ c.13.* Declarare autem nihil aliud eſt, quam interpretari mentem legis, & dijudicare, an id, de quo agitur, ſub jure communi, contineatur, *l.ſcire leges de legibus, l.ult. C. eod.* ut, ſi quis votum fecerit, pontifex declarat, id intelligendum, ſi exequi poſſit, *gl. in d. c.non eſt.& d.c.abſolvi.* Diſpenſare verò eſt, ſtante legis obligatione, aliquem obœdientia legis eximere, ut declarat Thom. *ſecunda ſecundæ q.88.art.10.* Soto & Covarr. *d.loc.* Diſpenſatum igitur eſt contra juris divini præſcriptum in concilio Ancyrano, ſi per Canones pœnitentiales corporalem pœnam anticipari velint, quando ſtatuitur: *Homicidium voluntarium uſq; ad exitum vitæ pœnitentiæ ſubjiciatur. Quod caſu commiſſum eſt, quinquennii pœnitentiam habeat.* Item ex Burch. lib.19. *ſi homicidium feciſti voluntariè, 40. dies continuos, quod vulgus teutonice Carrinam vocat, in pane & aqua jejunes & ſeptem annos ſequentes pœnitentiam agas. Si homicidium feciſti in bello, tres quadrageſimas pœniteat. Si caſu aliquem occidiſti, jejunes Carrinam, & quinquennio pœniteas. Si occidiſti vel parentes, vel uxorem, vel ſeniorem tuum, per totam vitam pœniteas, & in ultimo tandem vitæ termino viaticum tibi conceditur. It. diſt.50.cauſ.33. quæſt. 2. & pluries alibi,* ubi ludicræ pœnæ graviſſimis ſceleribus irrogantur.

Peccatur quoq; contra jus divinum, quando malefactores Eccleſiarum beneficiis tuti redduntur contra magiſtratuum imperium, de quâ re præter alios infinitos pulcrè diſſeruit Thom. Morus *in Eduar.V.vita* ſub perſona Richardi.

Item quando ex occurſu Cardinalium capitis damnati Romæ liberantur, Ba. Salyc. *in l. addictos in fin.C de appell.* Laud. *in tr. de Card. verſ.ſextò Cardinales habent ex privilegio,* Fel. *in c.quærenti col.pen. de off. deleg.* licet jure id cautum neget Caſtrenſis *in l.addict. C. de Ep. aud. in fin.* ideoq; cum curia Florentiæ teneretur, ſollicitè ſcribit, caviſſe judices, ne ducerentur rei per ea loca, quibus Cardinales obviarent. Dubitat de hujus quoq; privilegii Valore Barb. *in tr.de præſtant. Cardin.n.9.q.1.part.per totam* Ant.Corſ.*in ſing. verb. Cardinalis.* Sed idem privilegium Epiſcopo quoq; Genevenſi datum erat, ut quemcunq; juberet, etiam poſt latam ſententiam, is ab ipſo loco ſupplicii retraheretur, & liber eſſet: *Le Cittad. de Genev.* perinde ut apud Romanos, Veſtales à ſupplicio jam jam inferendo liberabant, cuicunq; occurriſſent, Plut. *in Num.* & à verberibus abſolvebatur, ſi quis ſupplex ad pedes flaminis Dialis procubuiſſet, Gel.*lib.20.c.15.* Plut.*in Prob.* Memorabile

6. *Reus mortis non debet eximi ſine cauſa à ſupplicio*

Digitized by Google

eſt, quod Rothomagenſis Eccleſiæ Canonici, jam inde à D. Romani tempore conceſſum obſervant, ut pridie diei, quem in hanc rem feſtum colunt, ex facinoroſis hominibus, qui tùm captivi detinentur, ſceleratiſſimum ſibi dedi poſtulent, quem ut audiverunt confitentem, & ad vitam emendandam admonuerunt, publicis Ceremoniis tùm in templo, tùm in foro contiguo, magnificè adornato, ab omni ſupplicio immunem pronunciant, Ian le Taylon *in hiſtor. Normannor.* quam conſuetudinem licet Bodin. 1. *de Rep. c. ult.* ab Henr. III. ſublatam dicat, meo tamen tempore in uſum redierat. Simili errore Johannes Vicetinus Monachus, poſtquam vulgi animos ſibi religionis opinione obſtrinxerat, carceribus patefactis, obæratos omnes, ipſo non ſolum patiente, ſed annuente magiſtratu, dimiſit, Sigon. *l. 17. hiſt. Ital.* nec non principes, qui quando vel urbem inaugurandi gratia ingrediuntur, vel quando uxores partus difficiles aut felices edunt, carceres aperiunt, Chaſſan. *conſ. Burg. des Juſtic. §. 5. ver. Archidiac. n. 2.* ob eam cauſam, ob quam Halyc. *lib. 4.* reprehendit Romanos, quod ſæpè teſtamento omnes ſervos libertate dònarint, *ut poſt obitum ſuum probitatis laudem adipiſcerentur, & multi pileati funus ſuum proſequerentur, inter quos multi fuerint malefici, recens è carcere egreſſi, qui ſcelera innumeris ſuppliciis capitalibus digna perpetraverint.* Quod ſi fiat in criminibus contra ſolam principum perſonam commiſſis, ſicut David Simei & aliis ſuis adverſariis gratiam facit eo die, quo factus erat Rex, *2. Reg. c. 19.* ſpeciem quandam habet clementiæ, *l. 1.* & ibi Alber. *n. 1. C. ſi quis Imp. maled. c. inter querel. 23. q. 4. c. de occidendis 23. q. 5.* Gomez. *c. 13. de tortur. reor. num. 38.* ſed ubi vel Reip. vel aliorum intereſt, ut maleficia puniantur, errant, qui importunam iſtam clementiam Deo gratam eſſe opinantur. *Auguſtus non niſi unum Caſtritium, per quem de conjuratione Murenæ cognoverat, è reorum numero eripuit, ac ne eum quidem, niſi precibus exorato coràm judicibus accuſatore*: Sueton. *in Auguſt. c. 56.* & rectè cenſet Iſern. *in c. Un. §. committent. quæ ſint regal.* conceſſiones principum, ut rei eripiantur ſupplicio, non valere, *arg. l. quicunq; C. de divrſ. off. li. 12.* quoniam deſtrueretur nervus diſciplinæ & induceretur peccatum, *c. fin. gl. ult. c. fruſtra diſt. 8.* Bojard. *in addit. ad Clar. §. læſæ maieſt. n. 2.* Sic enim Caſſiodorus ait: *lib. 11. Ep. 40. benigni principis eſſe, ad clementiæ commodum tranſilire interdum æquitatis terminos, quando ſola miſericordia eſt, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant.* Et quidem, ſi Claudiano fidem habemus:

Ignoſcere pulcrum
Iam miſero, pœnæq; genus, vidiſſe precantem.

Sed ſicut in omnibus virtutibus Ariſt. *2. Eth. c. 4.* apponit hanc limitationem, quibus, quando & quomodo oportet: ita eadem in clementia eò magis neceſſaria eſt, quod hujus cum extremo, quod in defectu conſiſtit, maior convenientia eſt, adeo ut πρᾳότης utrumque ſignificet, & mediocritatem & defe-

defectum. 4. *Eth. c. 11.* Sæpè igitur ſit, ut qui clementiæ laudem nimium affectat, in extremum incidat, quod iis quidem accidere videmus, qui facinoroſis hominibus miſericordiam deberi putant, de quibus tamen Ambr. *lib. 1. off.* accipit illud Deuteronomii: *Non miſerearis ejus*, ut explicat Iſidor. Peluſio: *lib. 4. Epiſt. 89.* & idem Ambroſ. *ſerm. 8. in Pſ. 118. verſ. 2. injuſtam* vocat *miſericordiam, quæ iis impenditur, qui maleficiorum voluntatem non depoſuerunt. Miſericordius*, ait Aug. *Ep. 54. ad Macedo. opem noſtram talibus ſubtrahimus quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adjuvat, ac non potius ſubvertit atq; opprimit, c. 1. 14. q. 6.* quam ſententiam Johannes gloſſator *in c. non inferenda, gl. ult. 23. q. 3.* affert ad probandam ſuam opinionem, qua illud Salomonis *Prov. 24. Eripe eum, qui ducitur ad mortem*, interpretatur in eum ſenſum, quaſi jubeat Salomon eripere à morte per ſupplicationem eum, qui juſtè ad mortem ducitur. Quomodo enim juſtum cenſeri poteſt, quod ipſam juſtitiam, hoc eſt, voluntatem Dei convellit. Quæ poteſt juſta ſubeſſe cauſa, per quam liceat tueri contra vim divinæ legis, quos ea vel ab aris & ſacrario ad locum ſupplicii abripere jubet. JCti docent, privilegium in præjudicium tertii non ſubſiſtere, *l. prætor ait 2. §. merito: §. ſi quis à principe 16. ne quid in lo. public. l. luminum 4. de ſerv. urb. præd. l. Quintus 15. l. Divus Pius 16. de ſerv. ruſt. l. Iure nat. de* R. I. *l. præſes 6.* C. *de ſervit. l. nec avus*, C. *de emancip. lib.* Bart. *in l. 1. §. merito, ff. ne quid in lo. publ.* Bald. *in c. propterea quid ſit inveſtitura feud. gl. in c. inaudita ver. non intelleximus de reſtitutione ſpolior.* ex quo gl. *communiter probata fin.* & ibi Angel. & Bart. *in l. venia* C. *de in Ius vocando*, colligit, pœnã, in præjudicium tertii, principem vel Eccleſiam remittere non poſſe, nec mulctam parti applicandam, Chaſſan. *in conſ. Burg. rubr. 1. §. 5. verſ. Archid. n. 163.* Soto 4. *de Iuſt. & jure, q. 5. art. 4.* Meno. *arbit. q. 96. n. 1.* Gomezius *in §. pœnales n. 29. Inſtit. de action.* Lancelot. *li. 1. c. 1. de Imper. §. 4. verſ. decimo ſeptimo n. 3.* Gail. 1. *obſ. 14. c. veniens de præſcript.* Tiraq. *de jur. primig. q. 40. num. 212.* Atqui quot modis injuſta iſtâ clementiâ aliis præjudicetur, dici vix poteſt. Fit enim injuria legi divinæ, quam neceſſe eſt in ejus autorem ipſum redundare, qui & eam non rarò vindicare ſolet, ſicut Ambroſ. *d. ſermon. 8. Saulem* propterea ait *contraxiſſe offenſam, quod miſeratus eſſet Agag hoſtium regem, quem prohibuerat divina ſententia ſervari*, & ipſe Innoc. III: *in c. licet de Simon.* dicit: *Licet Heli ſummus ſacerdos in ſe bonus exiſteret, quia tamen filiorum exceſſus efficaciter non corripuit, & in ſe pariter & in ipſos animadverſionis divinæ vindictam excepit, dum filiis ejus in bello peremtis ipſe de ſellâ corruens, fractis cervicibus expiravit*, de quo Addit. *in gl.* verſus addit:

Lex divina exigit ut crimina puniantur.

Vulnere crudeli fractus cervicibus Heli
Corruit à ſella, triſti veniente novella:

Ex quo meritò infert Pontifex: *ad corrigendos ſubditorum exceſſus tanto diligentius debere prælatum aſſurgere, quantò damnabilius eorum offenſas deſereret incorre-*

Digitized by Google

incorrectas. Moyſes enim cum admonuiſſet Judices, ut juſtitiam facerent unicuique, rationem adjungit: *Quia Dei eſt judicium. Deutero. 2.* & Joſaphat ad conſtitutos à ſe judices dicit: *videte quid faciatis: non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini, & quodcunq; judicaveritis, in vos redundabit, 2. paralip. c. 19.* de quo Sandricht *lib. 3. art. 30. judex ea hora, qua judicat, judicatur à Deo;* quæ ratio ſatis indicat, divinæ juſtitiæ intereſſe, ne crimina remaneant im-

Intereſt Reip. ne crimina maneant impunita

punita: Sed & Reip. intereſt *l. 51. ff. ad l. Aquiliam*, ubi Baldus ait: *publica diſciplina favorem dictare ac ſuadere, ut maleficia puniantur,* ita ut ex hoc privilegio etiam præjudicium ſit naſciturum contra Rempubl. quo caſu audiendus eſſet Atejus Capito: *Non debere patribus eripi vim ſtatuendi: neq; tantum maleficium impunè habendum: ſanè lentus in ſuo dolore eſſet Imperator: Reipubl injurias ne largiretur.* Tac. *lib. 3. Annal.* Rationem aperit Cic. *lib. 1. off. Oportet* enim *eum, qui laceſſierit, ſuæ injuriæ pœnitere, ut & ipſe ne tale quid poſt hac committat, & cæteri ſint ad injuriam tardiores.* Congruit enim bono & gravi præſidi curare, ut pacata atque quieta ſit Reſp., quam regit, quod non aliter obtinebit, quàm ſi eam purget à malis hominibus, *l. congruit 13. ff. de off. præſid.* quorum caſtigatio facit ad quietem Reip. *l. opprimendorum in fin. C. Quando lic. unic. ſine judice.* Deindè replet Remp. malis hominibus, qui eos è medio non tollit, ex quo creatur periculum bonis, ſicut Ambroſius *d. ſermon. 8.* docet, quando ait: *ſi quis latronem abſolvendum putet, nonne innocentes tradit exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem.* Et Cic. *act. 2. in Ver. Verrem* ait, *non majus in ſe ſcelus concepiſſe, cum fana ſpoliaret, cum tot homines innocentes necaret, cum cives Romanos, morte, cruciatu, cruce affecerit. cum prædones duces accepta pecunia dimiſerit, quam eos, qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum jurati ſententia ſua liberarent.* Ac tantùm abeſt, ut ad meliorem frugem redituri præſumantur, qui ita liberati ſunt, ut potiùs ad peccandum denuò invitentur, quia *facilitas veniæ incentivum tribuit delinquenti. c. eſt injuſta miſericordia 23. q. 4. c. ut clericorum, de vit. & hon. cler.* atque non tantum illi, qui abſolutus eſt pœnâ, ſed etiam aliis aperit peccandi feneſtram. *Nonne,* ait idem Ambr. *cum uni indulget indigno, plurimos facit ad prolapſionis contagium provocari, d. c. eſt injuſta c. loci, verſ. proinde 35. q. 9. Nov. 17. c. 5.* quas ratio-

In præjudicium læſi nequit pœna remitti

nes jam antea adduxerat Plat. *5. de ll.* Deniq; creatur etiam præjudicium iis, in quos peccatum commiſſum eſt, quia, explicante Ariſt. *5. Eth. c. 7. (ſecundum diſtinctionem Iohannis Bernhardi Febriani)* juſtitia commutativa, ad quam etiam pœnæ pertinent, nihil eſt, quam æqualis diviſio lucri & damni, & injuria ex contrario, quando alter plus habet lucri, alter plus damni. *Hanc igitur injuriam cum ſit inæqualis, ut judex æquet, propterea aditur. Nam cum hic percuſſus eſt, ille percuſſit, hic interfecit, ille autem interiit, affectio & actio in partes non æquas diviſa eſt, ſed judex de lucro detrahens, damno redigere ad æqualitatem eos debet, quod niſi fiat, conqueruntur homines, ſuæq; injuriæ ſatisfactũ negant.*

Non

Non fit autem hoc, quando maieſtas homicidæ pœnam condonat, ex quorum *ſupplicus cognatis & affinibus interemtorum ſolatium naſci* debebat, *l. capitalium § famoſos 15. ff. de pœnis.* Jus enim & actionem alteri quæſitam princeps ſine cauſa tollere nequit, Lancel. *li. 1. c. 1. de imper. ut. §. 4. v. 17. n. 4.* Et hanc cauſam affert etiam Thomas 2. *2. q. 67. art. 4.* pro ſuâ opinione, quod à pœnâ legibus præfinita non ſit recedendum, quod de judicibus inferioribus, qui ſunt miniſtri legum, Bellov. *li. 2. pract. crim. c. 4. n. 64* in univerſum quidem verum eſt, *l. 1. §. 11. ff. ad SC. Turp. c. licet, & ibi gl. in ver. pœnam pecuniariam de pœn.* Tiraq. *in præf. de pœnis temp. l. ſi quis 1. C. de ſer. lib. 12 l. ſerv s in fin. C. ad l. Iul. de vi* quia leges ſunt, quæ damnant, ideoq; eædem tantum abſolvere poſſunt, *l. 5. de re jud.* Goddæ. *ad l. 131. §. 1. n. 3. de V. S.* ſed in maieſtate res diſtinctione eget.

Alia enim, dicente Symmacho *lib. 10. Ep. 63. eſt conditio magiſtratuum, quorum corruptæ videntur eſſe ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores: alia Divorum principum poteſtas, quos decet acrimoniam ſeveri juris inflectere. Iudicibus*, ait Auguſt. *li. de fato ſtatutum eſt, ne liceat in reum datam ſententiam revocare. Nunquid & ipſe Imperator ſub hac erit lege? Nam ipſi ſoli licet revocare ſententiam & reum mortis abſolvere, & ipſi ignoſcere.* Ita ſanè Claudius Imperator non ſemper præſcriptam legum ſecutus duriciam, lenitatemq; mulctarum ex bono & æquo, perinde ut afficeretur, moderatus eſt. *Nam & iis, qui apud privatos judices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones, & in maiori fraude convictos, legitimam pœnam ſupergreſſus, ad beſtias damnavit.* Sueton. *in Claud. c. 14.* Ipſi ſoli, inquit Auguſt. quia culpæ condonatio tam propria eſt maieſtatis, ut illi tantum competat primò & per ſe, cujus eſt legum autoritatem tollere. Quod enim Valerius notat *li. 8. in pr.* M. Horatium à Tullo Rege priùs damnatum, poſtea provocatione ad populum abſolutum fuiſſe, quod etiam Fabius allegat contra ſuum Dictatorem, Liv. *lib. 6.* & Bodin. rectè allegatum putat, *1. de Rep. c. 10.* in dubio relinquit Forſter. *lib. 1. jur. civil. Rom. c. 20. n. 8.* illud Liv. *lib. 1.* & Halycar. *lib.* [illegible] adeoq; tota Romana hiſtoria falſitatis convincit. Nam plenam in ſummis judiciis poteſtatem Romulum ſibi reſervaſſe, ſupra oſtendimus, eamq; primùm Tullus in hoc caſu ad populum remiſit, ambiguus, Utrum condemnare an abſolvere hominem deberet, cum ad illud facti atrocitas, ad hoc egregia rei virtus, & nuper liberata patria ſtimularent. Sic etiam ſenatus legatorum, qui contra Gallos in acie ſteterant injuſſi, cauſſam ad populum, Liv. *lib. 5.* Tiberius Piſonis accuſationem ad Senatum rejecit, Tacit. *lib. 3. Annal.* ob difficultatem rei, *& ut procul eſſet omni ſuſpicione.* Quod verò ex cauſa & indulgentia factum eſt, pro lege Fabius allegare non potuit contra maieſtatem Dictatoriam, quam ſine provocatione creatam alibi contra eundem Bodinum oſtendimus. Extra Dictaturam pœnæ coutonatio in populi poteſtate tantum erat, ut docet Cic. *pro*

7. *Sola Maieſtas habet vim condonandi crimina.*

dom. ſuâ, quando poſt latam ſententiam damnatis ſpacium datum dicit *ad placandum & miſericordiam, ſi exorari poßit populus, & ſuffragatio pro ſalute elaborari*: & quidni? cum *de capite civis, niſi per magnum comitiatum, alioſque, quos Cenſores in partibus populi locaſſent, agi fas non eſſet*, Cic. 3. *de ll.* quo argumento L. Cotta Ciceronis exilium maximè damnabat, *nihil de eo actum dicens jure, nihil more majorum, nihil legibus: non potuiſſe quenquam de civitate tolli ſine judicio, de capite non modo ferri, ſed ne judicari quidem poſſe, niſi comitiis centuriatis: vim fuiſſe illam, flammamq; quaſſatæ Reip. perturbatorumq; temporum, jure judiciiſq; ſublatis.* Cic. *pro Publ. Sext.* Et quanquam idem eundem, qui nulla lege abeſſet, nullâ lege reſtitui, ſed ſenatus autoritate revocari oportere dicebat, Cn. tamen Pompejus cenſuit, ad ſenatus autoritatem populi quoq; Romani beneficium adjungendum eſſe, Cic. *pro eod.* atq; ita in forum progreſſus ad ſuffragia cives vocavit, qui unis votis Ciceronis reditum decreverunt Plut. *in Cic. Solus* enim *populus utitur judicio mortis*, puta, ſi de cive agatur, & *ſuffragia fert vel ad condemnationem vel abſolutionem*, ut ait Polyb. *lib. 6.* ideoq; cum de Fabii Ambuſti filiis Gallis dedendis ageretur ſenatus cognitionem ad populum rejecit, *ubi tanto plus gratia atq; opes valuere, ut quorum de pœna agebatur, ii tribuni militum conſulari poteſtate in annũ inſequentem crearentur.* Liv. *lib 5.* Ejuſdem populi beneficio abſoluti ſunt M. Flavius à crimine ſtupratæ matris familias: Liv. *lib 8.* Rabirius à crimine perduellionis, qui condemnatus à judicibus ad populum provocavit: Dion. *lib. 37.* M. Æmilius Scaurus repetundarum reus: A. Attilius Calatinus proditionis accuſatus: Q. Flavius Angur, à C. Valerio ædile ad populum reus actus: P. Claudius, quod religionis vetuſtiſſimum morem neglexiſſet, & patriæ pulcherrimam claſſem amiſiſſet, in judicium populi tractus, multique alii, quos recenſet Valer. Max. *lib. 8. c. 1.* Nec ſine cauſa ſtomachati ſunt patritii, cum tribuni ad cauſam Marcii Coriolani diſceptandam tributa comitia indicerent, cum ea ad Centuriata pertineret. Sed & populus hoc faciebat, ut cum in centuriatis pauperiorum vota præoccuparentur, æqualiter cognoſcendi de controverſia facultatem ſibi daret, & hac ratione totius ſenatus pro Coriolano deprecatione rejecta, reum condemnavit. Halycarn. *lib. 7.* Pari viâ modoq; proceſſum eſt in condemnatione A. Virginii & Q. Pomponii tribunorum plebis, quos ſenatus omni modo abſolutos volebat, ſed vicit ſenatus gratiam plebis ira, & peſſimo exemplo innoxii denis millibus gravis æris condemnati ſunt. Liv. *lib. 5.* Delata ad principes Rep. jus illud quoq; ad ſolos principes tranſiit, ſicut Antoninus & Verus reſcripſerunt, *pœnam minuere vel in integrum conſtituere, ad ſolos principes pertinere. l. Divi fratres 27. l. ad beſtias 31. l. relegati 4 in fin. ff. de pœnis. l. ſi deportatus 2. l. ult. de ſent. paſſ. & reſt. tot. tit. C. eodem* Clar. *§. fin. pract. crim. q. 59.* Anton. Peregr. *lib. 1, de jure fiſc. tit. 2.* Chaſſan. *de glor. mund. part. 5. conſ. 25, num 54.*

Et in

Digitized by Google

Et in *l.12.C de pœnis*, vetant Impp. *vanas populi voces abſolutione facinoroſorum flagitantiu auſcultare*: Quod etiam Carolus V. cum ſumma jura Senatui Mediolanenſi concederet, ſibi retinuit, ne illi damnatos reſtituere fas eſſet. *in d.conſtit.de ſenat.* Palatinus Ungarorum, *licet omnia poſſit, abſente Rege, quæ is poſſet & deberet facere præſens, ab hac tamen tanta potentiâ exemtæ ſunt gratiæ & donationes jurium ad coronam devolutorum, una cum cæteris, quæ ſemper directè ad regiam maieſtatem pertinuerunt. Articuli propoſiti Emerico de Zapolya a Matthia Rege, verſ.10.* Solum enim principem in eo honorari ſcribit Bald. *in l. cunct. populos col.8.C.de ſum.Trin.* quod apud eum *omnis pœna ſit arbitraria*. & in hoc ſolam principis voluntatem ſufficere, quæ pro cauſa eſt, dicit Lucas Pen. *l.contra.verſ.27.C.de re militari.li.12.* quod uti cœpimus declarare in ſolis legibus merè poſitivis, quas non ſuſtentat ratio naturalis, procedit. Nam in divinis ne cauſa quidem ſufficit, propterea *quod jus illud immutabile eſt*, quam cauſam gl. *in fin.C.ſi contra jus vel util. publ.* ad hoc adducit, Lancelot. *lib.1. c.1.de Imper.§.4.verſ.Quinto Imper.n.1.& verſ.29.n.1.* quæ non minus procedit de jure naturali, ut infra demonſtrabimus, & ad idem adducitur à gl. & ibi Roccho Curt. *n.1. in c.cum tanto de conſuetud.* Immutabilia enim deſinunt eſſe talia, quando mutari incipiunt.

Et proinde Ludovicus S. cum alicui ſcelus condonaſſet & mox incideret in verſ. *Pſalm.106. Beati qui faciunt juſtitiam*, hominem revocavit, gratiamque irritam fecit. Antimach. *lib.2. th.7.* Et neſcio an exemplum ad hanc rem accommodatius proferre poſſim, quam Tulli Romanorum Regis, quem de Horatii parricidio ita ſecum diſputantem introducit Halycarn. *lib.3.Neque*, inquit, *cæde abſolvere eum, qui fatebatur à ſe ſororem indemnatam occiſam, præſertim ea de cauſa, ob quam leges nequaquam occidi vetabant, benè factum arbitrabatur, ne diras & piaculum eius, qui cædem patrarat, in ſuam familiam converteret: neque etiam præclarum putabat, ut parricidam, interficere eum, qui pro patriâ caput ſuum periculis obiectare non dubitarat, & qui tanti imperii acceſſionis ſibi autor fuerat. Tandem optimum factu judicavit, ejus rei cognitionem populo permittere, à quo cum abſolutus fuiſſet: rex arbitrabatur non ſufficere iis, qui pietatem erga DEOS cuſtodire velint, tale de illo homine judicium: ſed accerſitis Pontificibus, juſſit DEOS & genios placari, & luſtrari hominem luſtrationibus, quibus ſolent cædes non voluntariæ expiari.*

Potuiſſet ne aliquid ab homine Chriſtiano fieri religioſius, & quo conſcientiæ magis conſuleretur? Atqui inter Chriſtianos inventi ſunt, qui nec conſcientiæ nec iræ divinæ habitâ ratione, legem divinam ita temperarunt, ut quod illa morte piandum vellet, ipſi vix pœnâ pecuniariâ multandum putarint. Talem enim legem tulerunt patritii Mediolanenſes, cum in urbem recepti à plebejis, exilium ſuum in eos vindicare cuperent, ſcilicet,

ut ſi quis nobilis popularem interfeciſſet, ne amplius, quam ſeptem libris tertiolorum multari poſſet Sigon. *lib.* 5. *hiſt. Ital.*

Lex Polonorum de homicidio

Talis eſt lex Polonorum, quâ Caſimirus Magnus ſe dicit *corrigere voluiſſe rigorem legum divinarum & humanarum, lib. primo* ſtatut. Polon. *c.* 15. *art.* 6. *l.* 7. Hoc ſcilicet erat Regis humani, accuſare iniquitatis leges divinas, eaſque idcirco abrogare, quaſi ipſe ſapientior eſſet ipsâ ſapientiâ, & quod hæc juſtum eſſe jubet, ille nimii rigoris accuſatum damnare deberet. Apud Curt. *lib.* 8. neſcio quis ad quem dicit: *ſuperiores oportet eſſe, à quibus leges, queis vivamus, accipere debemus.* Ita & ego: Potentiorem oportet eſſe, qui leges alicujus figere vult & refigere. Tantum autem abeſt, ut cauſam poſſint afferre probabilem, ut nihil adduci queat, quod non in eos retorqueatur. Cauſa enim rationabilis *ſecundum gl. in c. cum tanto, verb. rationabilis de Conſuet* eſt, quam non improbant jura, ſeu eſt cauſa publicæ utilitatis, *ut per Abb. & Dd. in c. quæ in Eccl. de conſt. c. diſpenſationes verſ. intuitu utilitatis* 1. *q.* 7. quæ ſententia potiòr eſt propter ea, quæ publicæ utilitati condonantur, *per not.* à Gotheſ. *ad l.* 51 §. 2. *ad l. Aquil.* Quæ autem publica utilitas ex impunitate iſta exſpectari poteſt? ea ſcilicet, quam Sigiſmundus ipſe in Comitiis Petricovienſibus 1523. inde ſecutam dicebat, *quod nemo vel in ipſis templis, nedum domo tutus eſſe potuerit, d. c.* 15. *lib.* 1. ſtatut. Polon Prilnſ. *in præfat. ejusdem. c. art.* 6. adeò ut & ipſe coactus fuerit pœnam duplicare. Rectius autem feciſſet, ſi ad præſcriptum divinæ legis eam reduxiſſet. Nam non reddidiſſet homines proniores ad peccandum, quod fieri neceſſe eſt, impunitate propoſitâ, *c. eſt injuſta, in fin.* 23. *q.* 4. *cum concord.* Nec moramur diſtinctionem Alexandri *in l.* 1. *quid quiſquè jur.* qui iniquam cenſet legem eſſe, ſi *modica ſit pœna pecuniaria, ſecus ſi ſit magna, quia pecunia eſt quaſi ſanguis hominis, ut not. at gl. communiter probata, in l. advocati, in verb. vitam, C. de advocat. diverſ. jud. gl. in l. lex quæ tutores, in verb. vitam, C. de admin. tut.* latè Tiraq. *de Nobilit. c.* 31. *n.* 364. *& ſeqq.* Zoannet. *in tr. defenſ. part.* 1. *num.* 39. 47. Nam, ut in Jobo *c.* 2. dicitur: *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſuâ*, & corporis vel levicula percuſſio, quavis pœna pecuniaria creditur eſſe maior *l. in ſerv. in fin. ff. de pœn.* Sed & alterum, ſeu ſecundum tantum ſanguinem dicunt eſſe opes, Felin. *in c. cum oporteat, col.* 5. *verſ. Et adde quod inimic. de accuſat.* Butr. *in c. accedens, le.* 2. *in notab. Ut lit. non conteſt.* quem facilè quis perdit, ut primum retineat, imprimis, quia divitiis abundant, quibus multa irrogatur. Nam ſi multæ irrogari debent, ſecundum diverſitatem cenſus, ut non abſurdè diſputat Bodin. *lib.* 6. *de Rep. c. ult.* planum eſt, illi, qui aliquot millia aureorum in bonis habet, nihil decedere, ſi decem aut viginti aureis multetur. Neq; enim Neratius, cum ſervum ſe ſequi juberet cum ſacco, ut multam perſolveret, quibus ipſe colaphum inpegiſſet, multam iſtam pro pœnâ habuit, quippe divitiis ſuis inde ne tantillum quidem diminutis, Gell.

lib. 20.

lib. 20. c. 1. Nulla igitur rationabilis cauſa aſſignari poteſt, ad id, ut ad peccandum via aperiatur, *l. convenire de pact. dotal. l. ſi à reo, §. Item quod vulgo de fidejuſſ.* nec ulla conſuetudo id inducens ſubſiſtere poteſt, *c. ex parte de conſuetud.* Bald. *in l. eam quam, col. 12. C de fideicom. & in l. 1. col. 6. C. de his quæ pœn. nom.* Abb. Hoſtienſ. Joh. Andr. Roch. Curt. *& Dd. communiter ad c. cum tanto de conſuetud.* Raven. *de conſuet. ſect. 2. n. 44. 47.* idque multò minus, quia cauſa Reip. agitur, quæ requirit, ut delicta puniantur: *l. Ita vulneratus 51. §. æſtimatio ad l. Aquil. c. ut famæ de ſent. excom.* & quia præcepta juſtitiæ convelluntur, quæ pœnas Arithmeticâ proportione irrogare jubent, *5. Ethicor. cap. 4. & 7. Scriptum enim novimus in lege divinâ: ita magnum judicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio perſonarum. c. novit de judic. c. in judic. de R. I. in 6.* Nunquam igitur princeps jurisdictionis ſuæ limites tranſilire, falcesq; in alienam immittere meſſem debet: nec ullum juſſum principis ullavè conſuetudo lege divinâ efficacior meliorvè putari debet, *c. ult. de reb. Eccl.* ex quo conſidera, 9.

Bannitus an impunè interficiendus.

quid cenſendum de irrationabili Italorum conſuetudine, quam edicta principum & civitatum quotidiè probant: *Bannitum videlicet impunè a quovis occidi poſſe,* cum omni homini privato dictum ſit: *Non occides.* Jul. Clar. *in §. homicidio, verſ. plærunq; etiam,* & ex eo Fichard. *in verb. Bannitus.* Gomez. *ſuper l. 76. Tauri. n. 15.* Farin. *q. crim. 103. n. 1.* Jac. de Aren. *in tr. de Bannit.* Nellus *in eod. tract.* Abbas *in c. cum tanto de conſuet.* Felin. *c. quæ in Eccleſiar. col. 2. & 3. de conſtit.* Lancelot. *li. 1. c. 1. de Imp. §. 4. verſ. Quinte Imp. n. 3.* Roch. Curt. *in c. cum tantò ſect. 2. n. 13. de conſuet.* contra quos tenet Hyppol. Marſil. *prac. crim. §. aggredior, n. 12.*

Conſuetudo Maſsilienſium.

Aut quid cenſendum de Maſſilienſium, ſive conſuetudine, ſive lege, *quâ venenum reſervabatur cicuta temperatum illi, qui cauſas ſexcentis (id ſenatui nomen) exhibuerat, propter quas vitâ egredi vellet.* Val. *lib. 2.* Licet enim Petrus Quinqueranus Bellojocanus eam probabilem quodam modo faciat, tanquam longis doloribus lentæq; tabi citum remedium, effugere tamen non poteſt, quin illam divinis præceptis contrariam confiteri cogatur. Heliodorus *lib. 2. hiſt. Æthiop.* crimen Divinæ maieſtatis incurrere, dicit qui ſibi ipſi vitam abrumpit, quem Egeſippus *lib. 3. c. 17.* ingratum vocat, quando citius à ſtatione decedere velit, quam placeat illi, qui vitam donavit. Plato eam rem, quò ad noſtrum inſtitutum eleganter declarat *in Phædon.* quando ait: *Servos nos Dei eſſe, in hunc orbem juſſu ejus detruſos, nec minorem inde illi fieri injuriam, quam Domino, ſi quis ex ejus ſervis ſibi manus inferat in fraudem Domini,* quod & Cic. *lib. 8. Tuſcul. & in ſomn. Scip.* innuit: *Piis omnibus,* inquit, *retinendus eſt animus in cuſtodia corporis, nec injuſſu eius, à quo ille eſt datus, ex hominum vita migrandum eſt, ne munus humanum aſsignatum à Deo defugiſſe videamur.* Tamen & Cic. *li. 9 Ep. Catonem præclarè ſuâ manu, Pompeium, Lentulum & cæteros alienis manibus fœdè periiſſe,* ſcribere non erubeſcit. Rectius Darius, mortis jam certus: *Ite,* inquit, *milites, conſulite vobis, ego hic*

legem fati mei expecto, Forſan mireris, quod vitam meâ manu non finiam, alieno ſcelere, quam meo, mori malo. Curt. *lib. 5.* Sic & Martial.

Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit,
Hic rogo non furor eſt, ne moriare, mori.

Sed de hoc vide Siman. *in Cathol. Inſt. t. 18. num. 21.* Placam *in Epot. delict. c. 23. n. 2.* Sot. *de juſt. & jure 5. q. 1. art. 5.* Menoch. *arb. jud. caſ. 284. de præſ. lib. 5. præſ. 13.* Tiraquel. *de Nobil. c. 31. n. 559. & ſeqq.* Item, cum juſſimus quisq; honorare patrem & matrem, qua autoritate Hebo Remenſis Archic. cum aliis Epiſcopis potuit armare Ludovici Pii filios contra patrem: Thegan. *in Vit. Ludov. libell. de Exauctor. Ludov.* aut Urbanus Papa Contado filio bellum injungere contra Patrem Henricum: Sigon. *lib. 9. hiſt. Ital.* aut poſt, Epiſcopi aliquot Germaniæ & pontificiarum partium ſtudioſi principes Henricũ IV. contra eundem Henricum patrem: Avent. *lib. 5. Ann. in fin.* imprimis cum illi, qui Bannitum impunè occidi poſſe diſputant, id tamen negent, filio licere in patrem. Felin. *d. c. quæ in Eccl.* Lancelot. *d. verſ. Quinto Dec. in d. c. quæ in Eccl. num. 14.* Farinac. *crim. q. 103. num. 275.* Carer. *in pract. de Homic. §. 6. n. 4 § 7. n. 38.* Covarr. *de matrim. part. 2. c. 7. §. 7. n. 8.* qui omnes reiectâ Bartoli opinione, Angeli opinionem ſequuntur, *in l. ſi adulterium §. liberto ff. de adulter.* Nec immeritò crudelitatis accuſat proſcriptiones Syllæ Plut. *in Syll.* quod *proſcriptis nec à parentibus, nec à filiis, nec à patribus hoſpitium præberi vellet, ſed eos trucidari juberet, ſive Dominus inciderit in ſervum, ſive pater in filium.* Plut. *in Syll.* Item, cum ſcriptum ſit: *non mœchaberis, Exod. 20. Matth. 5.* quid ſtatuendum de Eveni Regis Scotorum lege, quâ *præfectis in ſuo cuiq; territorio ſponſarum virginitatem delibandi copiam faciebat*: Hector. Boet. *hiſt. Scot.* Quam legem, licet Malcolinus III. ſuſtulerit, dimidia tamen auri marca ſeu aureo nummo, ut videtur velle Polydor. *lib. 10.* virginitatem redimendam reliquit. Volſinienſium ſervi occupatâ urbe, lege ſanxerant, ut ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenua nuberet, cujus caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet. Val. *lib. 9. c. 1.*

Filio non ſurgendũ contra patrem.

Lex Scotorum.

10. *Ius naturæ a principe tolli nequit.*

De jure naturali quid ſentiendum, ex dictis nemini ignotum eſſe poteſt. Eſt enim & ipſum ſcintilla divinæ mentis poſt lapſum in mentibus hominum relicta, qua inter honeſta & turpia diſtinguimus. Non, quod putemus, *κοινὰς ἐννοίας*, quas nonnulli menti implantatas fingunt, Phil. Melanth. *in lib. de an.* Althuſ. *libr. 1. Iurisp. c. 1.* eſſe integras propoſitiones menti inſculptas, cum Ariſt. *3. de An.* rectè docuerit intellectum eſſe puram potentiam, in quâ quidem nihil ſit ſcriptum, ſed quæ tamen inſtar raſæ tabulæ omnia poſſit recipere. Verum, ſicut in oculo vis quædam eſt colorum diſcretrix, ita in mente deprehendimus naturalem facultatem, quæ contraria objecta inter ſe, bona à malis, honeſta à turpibus ſecernere novit, ex cujus

cujus judicio, modò non ſit falſâ opinione præoccupatum, ut docet Ariſt. 5. *Eth.c.10.* dependet illud jus, quod quærimus, quod ſicut recta ratio eadem eſt apud omnes gentes, ita & ubique, quantum quidem humana fert conditio, immutabile eſt. Cic.1. *& 2.de ll. Huic legi* ait Lactant. *lib.6.c.8.* ex Cic. *de Republic. nec abrogari fas eſt, neq; derogari ex hac aliquid licet, neq; tota abrogari poteſt. Nec verò aut per ſenatum aut per populum ſolvi hac lege poſſumus. Neq; eſt quærendus explanator aut interpres ejus alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſthac, ſed & omnes gentes & omni tempore una lex, & ſempiterna & immortalis continebit, unusq; erit communis quaſi magiſter & Imperator omnium Deus ille, legis hujus inventor, diſceptator, lator, cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabitur, atq; hoc ipſo luet maximas pœnas, etiamſi cætera ſupplicia, quæ putantur, effugerit.* Hactenus Lactant, qui ne partem quidem juris naturalis tolli poſſe docet, quod *diſpenſare* vocant quidam, idemq; aſſerit Gratian. *in pr. diſt.5. & in fin. diſt.6. & utrobiq; gl. & in c. cum tanto verb. Naturali de conſuet.* Abbas verò *in c. fin. de conſuet.* Roch. Curt. *in c. cum tanto de conſuet.* cum nonnullis aliis, ita putant diſponi poſſe contra jus naturale, ut ſi non in totum, ſaltem ex parte tollatur, quod meritò reprobatur ex hac ratione, quia totum immutabile eſt, *l. ejus 8. ff de cap. min. § naturalia, Inſt. de jur. nat. & gent. cum concord.* Petrus Raven. *de Conſ. ſect.3.n.9.* Thom.1. *2.q.54. art.4.* & nihil aliud eſt, quam recta ratio & fundamentum virtutum. Ergo quicquid fit contra illud, vicioſum eſt, & contra rectam rationem, quia *ſi unum contrariorum eſt bonum, alterum relinquitur eſſe malum, c. hoſpitiolum diſt. 32.* Quod verò tale eſt, nullâ ratione defendi vel ſubſiſtere poteſt. Cravett. *de antiq. temp. 1. part. princ. in pr. num.45.* Mynſing. *Cent.5. obſ.97.* Zaſ. *ad l.2.§. Eodem temp. de orig. jur.* Menoch. *arb. jud. q.7.n.71.* Curt. Jun. *conſ.138.n 5. communem dicens.* Cuno *de pact. c.24.n.4.*

Sit igitur iniqua vel potius nulla lex, quam tulit interrex *ut Dictator, quem vellet civium indicta cauſa impunè poſſet occidere.* Cic.1. *de ll.* Iniquum fit, quod Tiberius Aſinium Gallum eodem die, quo ſuus conviva erat, & amicè cum eo compotabat, abſentem in ſenatu damnari fecit. Dion. *lib. 58.* & T. Quintius cum tribunus filium ſuum Cæſonem in vincula adduci juberet, clamabat contra, *cui reo capitalis dies dicta ſit, & de quo futurum propediem judicium, eum indemnatum indicta cauſa non debere violari.* Liv. *lib. 3.* quia defenſio eſt juris naturalis, quam princeps nullus tollere poteſt. *gl. in Clem. paſtoral. in not. de ſentent. & re judic.* Hyppol. de Marſil. *in l. unius §. cogniturum n.38. ff. de quæſt.* Zaſ. *in l.2.§. eodem tempore n. 23. de or. jur. in l. princ. n. 4. de ll.* Roſent. *de feud. c.10. concl. 41.n.83.* Menoch. *de recup. poſſ. rem.8.n.54. arb. jud. q.17.n.6.* Villalob. *in lit. P. n.295.* Covar. *pract. q.23.n.6.* niſi factum ſit notorium. Tum enim, *evidentia facti non indiget clamore accuſationis*, ut ait gl. *in d. Clem. paſt.* de quo diximus alibi. Et ſic Dictator de Sp. Melii interitu Servi-

II. *Nemo damnandus indicta cauſa.*

Servilium Halam Magiſtrum Equitum excuſavit. Liv. *lib. 4.* Absq; hoc fuerit, rectè inſectatur Cic. Clodium, quod ſe non accuſatum damnaſſet. *Quid enim ait, iniquius, quam qui neq; adeſſe, ut juſſus, neq; citatus, neq; accuſatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, cives ſuffragium ferre, & eam legem putare. Prudentius à maioribus noſtris ſancitum erat: ne niſi prædicta die quis accuſetur, ut ter ante magiſtratus accuſet, intermiſſa die, quam multam irroget, aut judicet, quarta ſit accuſatio trinum nundinum pro dicta die, qua die judicium ſit futurum.* Cic. *pro dom. ad Pontif.*

An princeps ſubditos cogere poſſit ad conjugiū.

Sit etiam iniqua lex Guilielmi I. Regis Siciliæ, *ne fas ſit patri, ſine licentiâ Regis filiam elocare.* Summon. *lib. 2. Hiſt. Neapol. c. 3.* Item, conſuetudo Anglorum, quâ pupillo ſui feudatarii Dominus offert matrimonium, And of the Ward refuſe to take that marriage, he or ſhe muſt pay the value of the marriage, Which is commenly rated according tho the profit of his lands. Smit. *li. 3. de Rep. Ang. c. 5.* Quia, ut ait Plin. *in pan. lex & vis naturæ ſemper in ditione parentum liberos eſſe juſſit*, & quæ in dominio noſtro ſunt, princeps ad ſe amovere non poteſt. *l. venditor. § ſi conſtat, ff. commun. prædio.* Bartol. *in l. ult. C. ſi contra jus vel utilit.* Quin etiam nihil tàm naturale eſt, quàm ut liberum ſuum arbitrium habeant, quos lex & natura liberos eſſe ſinit: imprimis in eligendo conjugio, cujus vota unicuiq; debent eſſe libera, *l. Titia 134. in pr. de V. obl. l. 2. C. de inut. ſtipul. l. nec fil. l. neq; ab initio, C. de nupt.* adeò ut Scipionis uxor, cum maritus filiam ſe deſpondiſſe Tib. Graccho diceret, indignabunda reſponderet: *non debuiſſe eum, inconſulta matre, filiam deſpondere, etiamſi Tiberio Graccho locari potuiſſet. In vit. Scip.* Proinde Henricus III. Galliarum Rex in comitiis Bleſenſibus 1576 *art. 281.* vetuit nobiles & principes *de contraindre leurs ſubiects ou autres bailler leurs filles, niepces, ou pupilles en mariage, a leurs ſerviteurs ou autres contre la volonté & liberté, qui doibt eſtre en tels contracts ſur peine d'eſtre privez du droict de nobleſſe, & puis comme coulpables du rapt.* Addit, iisdem pœnis multatum iri, qui precum ſubreptione à principibus reſcripta elaborarint, ad obtinendam ſponſam invitis parentibus, vel invitam ipſam, imitatus Honorii & Theodoſii Impp. conſtitutionem, quâ tale ſponſalium genus prohibent, & *qui principis literas ſuper ea re habere meruerit, amiſſione bonorum & deportatione multant, & amiſſo jure matrimonii, liberos inter juſtè ſuſceptos eſſe non patiuntur. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcr.* quod idem ſub pœnâ excommunicationis prohibetur, ſc. *ne quis regio beneficio poſtulet uxorem, c. nullum 36. q. 2.* ubi gl. rationem addit, quia *libera debent eſſe ſponſalia, c. requiſivit de ſponſalibus.* Connan. *lib. 8. c. 2. n. 5. & 6.* idq; inter cæteras injurias, ob quas ab Alberto Megapolitano defecerunt Sueci, poſuerunt, quod nobiliſſimæ virgines & viduæ in extraneorum, ſæpè etiam indignorum matrimonia conſentire cogerentur. Joh. Magnus *lib. 21.*

Simili

Maieſtas nequit revocare ultimas voluntates ſubditorũ.

Simili argumento concludit Covar. *Var reſol.lib.3.c.8.* Tapia *in l.fin. c.9.part.2.n.26. de conſtit.* ultimam voluntatem ſubditorum non licere principi revocare, *per l.ſi teſtamentum, C.de teſtam.l.ſi donationem C de revoc.donat.* Sicut Caligula teſtamenta Primipilarum, qui ab initio principatus Tiberii, neq; illum, neq; ſe hæredem reliquiſſent, ut ingrata reſcidit: Sueton. *in Calig. lib.38.* quia libertas teſtandi jure naturali & gentium competit *l.milites C.l. nec enim §.& deport.ff. de militar. teſtam.* Hoc enim eſt dominium, ſc. *facultas diſponendi de re ſua, l.in re mandata, C. mand.* quod unicuiq; permiſſu naturæ in rem ſuam competit, ex quo concludimus, quod nec princeps alicui dominium quæſitum auferre ſine cauſa poſſit, quia non debet oriri diſpendium, unde ſperabatur compendium. *c.pervenit 21.q.3.c.qualiter & quando de accuſat.l.meminerint, C.unde vi.* Sed de hâc re agendi locus erit alibi.

Ex eodem fundamento inferimus, non licere principi venire contra contractus ſuos, etiam de plenitudine poteſtatis, ut ait Caſtald.de *Imp.Imp. q.111.verſ.octuageſimo primo*, & Eberhard. *in Tep.in lo.à plenitudine poteſt.n.30.* Licet enim Deus, ut ait Jaſon. *in l.5 in pr.n.22.23. de condict. cauſ. dat. ſubiecerit principibus leges, imo*, ut ait Iſer. *in uſib.feud. univerſum mundum, non tamen ſubiecit contractus*, qui ſunt juris gentium, *l.donationes C.de donat.inter Vir. & Uxorem, l. Cæſar.ff.de publ.& vectigalibus c.1.de probat.l.2. C ne fiſcus rem quam vend.evin.* Zaſ *ad l.2.§.eodem temp.n.21.de Orig.Iur.* Caſtren.Cyn. *& Dd.ad l.digna vox C.de ll.* Imol. *& Dd.in c.1.de probat.* Vaſq. *lib.1. contro. Illuſtr.c.3.n.1.* Cuno *de pact.c.24.n.1.& ſeqq qui infinitum Dd. cumulum affert,* Car. Tap. *in l.fin part.2.c.9.n.3 de conſt.princ.* Rauchbar. *lib.2.q.11.n.5.* Schurffius paſſim in conſiliis, & præcipuè *conſ.72.n.8.in 2.Cent.* ubi diſputat, an princeps ex contractu obligetur civiliter vel naturaliter, quanquam communis Dd. opinio eſt, eaq; verior, non obligari eum, niſi naturaliter, ita tamen ut obligationem ne plenitudine quidem poteſtatis diſrumpere poſſit, Anto. de Butr. *c. quæ in Eccl.col.pen ibi Dd. de conſtit.* quia nihil tam naturale eſt, quàm fidem ſervare, *l.1.* & ibi Jaſon. *de pact.* Coraſ *lib.2. Miſcellan.* c. *ult.n.5.* cum Deus ipſe ſuis promiſſis hominibus ſeſe obſtringat. Cogite, inquit, *apud Hierem. c.45. populos omnes totius orbis terrarum, ut inter me & populum meum judicent, ſi quid à me fieri debuit, quod non fecerim: Hier.11.ut ſervem juramentum, quod juravi patribus veſtris*, ex quo dicit Salomon: *Domine Deus Iſrael, qui cuſtodis pactum & miſericordiam ſervis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo. Qui cuſtodiſti ſervo tuo David, quæ locutus es ei: ore tuo locutus es, & manibus perfeciſti. 3.Reg.c.8.* Item: *Noluit Dominus diſperdere domum David propter pactum, quod inierat cum eo, quia promiſerat, ut daret ei lucernam & filiis eius omni tempore. 2.* Paral.c.21. Item: *Dixit Dominus, & non faciet? locutus eſt, & non implebit? Num. c.23.* Quod ſi princeps ad hoc exemplum ſe componere velit, ut omninò debet, ita res ſuas vitamque eum inſtituere oportet, ut cum Auguſto, cum

12.

Maieſtas nequit reſcindere contractus.

populus promiſſam ab eo liberalitatem poſceret, dicere ſemper poſſit: *Bonæ fidei ſum*. Sueton. *in Aug.* Hæc enim bona fides tam propria eſt principi, ut Bald. *in c. un §. 1 ſi quis v. de pac. Conſt. m ieſtati ei is congruum* dicat eſſe, *ut omnes eius contractus ſint bonæ fidei*, quia omnis malitia à principe videtur remota. § *illud Nov. 81.* Cravett. *de antiq temp. 1. part. princip. in pr. n. 13.* Gothof. *ad Nov. 105. c. 2. in fin.* Menoch. *arbitr. jud. q. 7. n. 72.* Zaſ. *conſ. 10. n. 5. 6. ubi plura coacervat. lib. 2.*

13. Quanta igitur ſit principis poteſtas in leges divinas & naturales, ex dictis perſpicuum eſt, quas tollere vel ex toto vel ex parte princeps quidem non poteſt, niſi ſumma neceſſitas id exigat, quod tamen aliter fieri nequit, niſi quatenus peccatum nullum incurratur. Declarare tamen eas, & conſideratis circumſtantiis cum æquitate diverſitati factorum accommodare maieſtati principis convenit. Varietas enim circumſtantiarum variat jus, Ariſt. 3. *Eth. c. 1.* & multa, *quæ natura videntur honeſta eſſe, temporib⁹ ſunt inhoneſta.* Cic. 3. *de Off.* Et in hoc conſiſtit jus primum majeſtatis, quoad divinas leges, & jus naturale.

14. *Leges civiles tollere poteſt Maieſtas.* Quoad leges merè civiles, & quibus non ſubeſt cauſa aliqua naturalis, in iis jam conſiſtit tota vis maieſtatis. Abſit enim Bruto credamus, *q. 3.* qui negat principem lege clementiorem vel ſeveriorem eſſe debere, non ſecus, ac ſi magiſtratus vel judex eſſet, quibus tamen licet leges aliquo modo *juvare, ſupplere, corrigere. l. jus a § 1. de juſt. & jure.* Dictatori Romani non conceſſerant, niſi precariam Monarchiam: in hujus tamen poteſtate erat, gratiam facere vel condemnare, ſicut Papyrius non ante à pœna abſolvit Fabium, quam Tribuni interceſſionem ſuam revocarent, & ad preces deſcenderent, ut, quod poteſtate jubere non poterant, precibus impetrarent. Liv. *lib 8.* Minus ne igitur poteſtatis Regi dabimus, quam Dictatori? aut, ut Stoici Deum fatalibus decretis: ita Regem legum vinculis includemus, qui ad inſtar Jovis Homerici, filio ſuo Sarpedoni nihil remedii præter lachrymas afferre ſcientis, *Juſt. in Paran. ad gent. in pr.* id tantum dicere poſſit: *Dura quidem lex eſt, ſed ita ſcripta?* Quare igitur *Dominus legum* dicitur, cum ſit miniſter? quare dicit Innocen. *ſupra ius diſpenſare poſſumus: c. propoſuit de conceſſ. prabon.* aut quid hoc titu i eſt: *Canon animatus in terris: c. ipſi ſunt. 9. q. 3.* aut *lex animata, Nov 105. in fin. conditor legum*, Symma. 10 *Epiſt. fons iuſtitiæ*, Socin. *conſ. 164. n. 5. Vol. 2.* in cujus *pectore reſident omnes leges, l. omnium, C. de teſtam. c. 1. de conſt.* Corn. *conſ 10 num. 14. vol. 1.* ſi princeps legibus non minùs ſubjicitur, quàm magiſtratus? ſi Apollonius Thyanæus rectè dixit ad Domitianum: *Hæc mihi dicta ſint de legibus, quas ſi tibi imperare non putaveris, ipſe non imperabis.* Philoſtr. *lib. 8.* Oportet igitur omnia, quæ de poteſtate abſolutâ tam prolixè diſputavimus, corruere, aut idem, qui condit leges, eaſdem *Sed ſine fraude aut dolo.* deſtruere poteſt, idque etiam ſine cauſâ, quippe, qui eſt earum Dominus

gl. in

gl.in l.fin.C.ſi cont.jus & util.publ Cuno *de pact.lib.1.c.6.n.245.* Quanquam in eo non procedet ſine peccato, nec faciet, quod decet, ſed quod licet. *Semper enim evidens utilitas demonſtrari debet ad convellenda ea, quæ diu certa fuerunt. l.2.de conſt.princ.* Quod ſi in abrogatione fraudem admiſcuerit princeps, peccatum adhuc erit gravius. Fraudem dico, quam Cic. 1. *de off. calumniam* quandam vocat, & *nimis callidam, ſed malitioſam juris interpretationem, ut ille, qui cum 30. dierum cum hoſte pactæ eſſent induciæ, noctu p pulabatur agros, quod dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ*; aut ut Solymannus Hebraymum Baſſam altè ſtertentem interfici juſſit, cui viventi nunquam erepturum vitam jurarat, Taliſmane Sacerdote dicente, dormientem inter vivos non cenſeri: Jovius *lib.33. in fin.* aut ut ille, qui ſtipulatus redire in caſtra Hannibalis, poſtquam in ea pedem retulerat, ſimulavit ſe Romæ aliquid oblitum, & ita rediens putavit, jurejurando ſe exolutum, Cic. *3. Off.* quem imitatus Archiepiſcopus Moguntinus Atto Adel Palatinum Franciæ Orient: quem ſalvum ſe reducturum promiſerat, vix arce egreſſum ſub ſpecie ſumendi jentaculi reduxit, deinde Ludovico tradidit, religione ſe exolutum primâ reductione dicens. Luitprand. & Vrſpergenſ. Crantz. *lib.2. Metrop.c.25.* Sic Triumviri, cum legis vim erga impubem, ſalvâ lege exercere non poſſunt, toga virili eum ante tempus induerunt, poſt ut virum punierunt Dion *lib.47.* Quâ fraude, ſed multò ſceleratiùs, Tiberius uſus eſt contra filiolam Sejani, quam, cum inauditum eſſet, virginem ſc. impubem inveſtamque, *explicante* Lipſio, ſupplicio affici, juxta laqueum & Carnificem comprimi juſſit. Tacit. *5. Annal.* Radamiſtus Pharaſmanis Iberiæ Regis filius, cum promiſiſſet Mithridatem Armeniæ Regem, avunculum ſuũ, neq; ferro neq; veneno lædere, culcitris oppreſſum præcluſa anima enecuit cum uxore & liberis. Baptiſt. Fulgoſ. *lib.9.* Andreas Eborenſis *in memorabilibus exemplis de prodit:* Henricus VII. Rex Angliæ, ducem Suffolcium, quem à Philipp. Hiſpano eâ conditione traditum acceperat, ut vita integra maneret, à filio juſſit interfici, idque teſtamento ita caverat, morte exolvi omnia promiſſa arbitratus Mich. de Montag. *liv.1.des Eſſ. c.7.*

Ftaus igitur abſit, adſit juſta cauſſa, nec quiſquam audeat poteſtatem derogandi ſuis legibus principibus abjudicare. *Licet enim Regi in civitate, cui regnat, jubere aliquid quod neq; ante illum quiſquam, neq; ipſe unquam juſſerat.* Auguſt. *li.2.Confeſſ.c.8.c.quæ contra diſt.8.* Atq; ita princeps non tantum in- 15. *Princeps reſtituit honoribus.*
dulget & abolet pœnam criminis, Azo *in t.de gener. abolit.* ſed etiam reſtituit in integrum, hoc eſt, delet infamiam, reddit bona, honores, reducitque in priſtinum ſtatum, *l.ante pen. & per tot. C de ſent.paſſ.l.1. C.de deſertor. lib. 12. l.Imperialis § nam omnium ſecula C.de nupt.l. Barbarius de off prætor.l.quidam conſulebant de re jud.l.in crimin 2.§.fin.in fin.ff de quæſtion § 2.ibi, indulgentia principis Inſt. Quibus mod jus patriæ:* Deci. *conſ.445.n.70.li.3.* Salic. *in l.cum indulg.*

col 2. C. *de ſent.paſſ.* Chaſſan. *Conſ.Burg.rubr.1.§.5. verſ. Archidiac. n.7.* Zaſius *ad l.2.de orig.juris,verſ.eodem temp. n.18.* Lancelot. *lib.1.de Imper. c.1.§.4. verſ. decimoſept.* Odd. *in tr. de reſtit. in integr. q.92.art.9. n.91.* Matth. Steph. 2. *juriſdict.c.1.memb.2.n.122.* Schneidevv. *de feu. part.3. n.63.* quod ampliùs quid eſſe indulgentia dicit Alber. de Roſa *in l.cum ſalutatus.* C. *de ſen. paſſ.* Ita Salomon Abjatharum à morte abſolvit. *3.Reg.c.2* Populus Romanus L.Quinctium Flaminium, à Catone meritò Senatu motum, contra nervum diſciplinæ Cenſoriæ, ad locum ſenatorium redire juſſit: Plut. *in Quinct.in fin.* nec ulla ætas exemplis caret. *Eus* enim *eſt, cuivis principi,* ut ait Theodor. apud Caſſiod. *lib.3.variar. Ep.46.maculoſas notas viciatæ opinionis abſtergere:* quod facit Antonius, quando Julianum Licinianum ab Ulpiano legato in Inſulam deportatum, in gratiam recepit, his verbis: *Reſtituo te in integrum provinciæ tuæ. Vt autem ſcias, quid ſit in integrum reſtituere, honoribus & ordini tuo, & omnibus cæteris te reſtituo, l.cum ſalutatus 1.* C. *de ſent. paſſ.* Id enim intereſt inter ſententiam judicis & principis, quod illa mutari non poſſit, *l. quod juſſit de re jud.l.in crimin.1.§.fin.ff.de quæſtion.l.pœnam.* C. *de pœn.* ſicut de ſenatu, quem Tiberius in Curiam judicum transmutarat, Tacitus innuit, quando dicit *lib.3. Annal. Factum quidem SC. ne decreta patrum ante 10. diem ad ærarium deferrentur: idq; vitæ ſpacium damnatis prorogaretur. Sed non ſenatui libertas ad pœnitendum erat,* quia judicem oportet obſervare legem, & ſecundum illam in ſceleroſos & noxios proferre ſententiam, *l.cum reus* C. *de pœn.* Ideoq; *nemo* ait Cic. *pro Ligar. apud judices, ita ſolet cauſam agere: Ignoſcite judices, lapſus eſt, non putavit, ſi unquam poſthac. In ſenatu verò & apud populum, & apud principem & ubicunq; juris clementiæ eſt, habet locum deprecatio:* princeps enim: *A quo ſæpè rei, nullo licet ære redemti, Accipiunt propriam donato crimine vitam.* Gunth. *li.4.* quia arbiter eſt, dominusq; ſuarum actionum, propria ſua ſententia ſeſe obligare non poteſt, quin liceat ſibi ſemel latam ſententiam revo care, *d.l.in criminib.in fin.de quæſtion.* Clapmar. *de arca: rerump.li.1.cap.17.* & proinde legibus, quæ ſunt mortuæ Imperatorum voces, derogare. Itaq; veniam ætatis concedit princeps, & qui per ætatem munerum capaces non forent, in iis annos ſupplet, Gœdd. *ad l.21. num.19.20. de V.S.* quomodo Scipio *ſe ſat annorum habiturum* dicebat, *ſi populus Romanus voluerit.* Tiberius Neronem ingreſſum juventam commendavit patribus, *utque munere capeſſendi vigintiviratus ſolveretur, & quinquennio maturius quam, per leges, quæſituram peteret, poſtulavit: prætendebat ſibi atq; fratri decreta eadem, petente Auguſto.* Tacit.3. *Annal.* Ipſe etiam Auguſtus *magiſtratus atq; honores & ante tempus, & quosdam novi generis perpetuosq; cepit: conſulatum 20. ætatis anno invaſit: ſecundum poſt 9. annos, tertium uno anno interiecto geſſit, ſequentes usq; ad undecimum continuavit.* Suet *in Aug c.26.* Pompejo populus decrevit triumphum, cum eâ ætate eſſet, in quâ ipſi ne ſenatori quidem eſſe liceret, quâ de causâ Sylla

Sententia judicis nō revocatur

Maieſtas in pluribus diſponit contra leges.

Sylla eum,ut petitione deſiſteret, admonebat, *triumphum leges nemini, niſi Conſuli,aut prætori concedere,hanc fuiſſe cauſam, cur Scipio victis Carthaginenſibus triumphum non poſtularit, quia neq; Conſ. neq; prætor rem geſſerat.* Plut. *in Pomp* Sed tamen Q. Publio idem jam antea datum erat, in quo duo ſingularia notat Liv. *lib. 8. prorogationem imperii, non ante factam, & acto honore triumphum.* Item, Arrogationem ſolus populus, Gell, *lib.5. c.19.* & poſtea princeps facit,*l.2.de adopt.§.1.Inſt.Eod.* qui idem iis, quæ jure aliàs non ſubſiſterent,dat autoritatem & valorem. *Adoptio non jure facta*, ait Marcellus, *à principe confirmari poteſt.l.adoptio 38. ff. de adopt.* Nuptæ priùs conſulari viro impetrare poſſunt à principe,ut nuptæ iterum minoris dignitatis Viro nihilominus in conſulari maneant dignitate, ſicut Antoninus Auguſtus Juliæ Mammeæ conſobrinæ ſuæ indulſit. *l.nuptæ ult.ff.de ſenat.* Poteſt etiam à principe impetrari,ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat, *l.ſolet 19.ff de his qui not.infa.*Impetravit etiam præfectus prætorio, ut ab ipſius ſententia non appellaretur,*l.un.ff. de off.præf.præt.*Impetrarunt Ambroſius, Nicolaus & Severus,ut,quamvis ſacris non initiati, tamẽ Epiſcopi fierent. Clap.*d. lib.1.c.12.*

Innumera ſunt id genus privilegia, quæ tamen nemini, niſi ſoli majeſtati licet concedere. Privilegia voco, quæ in ſingulos irrogantur, ſive ad pœnam eorum,ſive ad commodum,idque præter jus commune & ordinarium. Nam Cic.*pro dom.ſuâ ad Pontif.* pœnam in cives Romanos, ſine judicio,Syllano tempore, latam,legemque Clodiam:*Velitis, jubeatis ut M. Tullius in civitate ne ſit*, privilegium vocat.*Vetant*, inquit,*leges ſacratæ, vetant XII.tabulæ leges privatis hominib.irrogari.Id enim eſt privileg.*Idẽ *in 3.de ll.in fi.In privatos homines leges ferri noluerunt. Id enim eſt privilegium*,ex quo colligit Iſidor. privilegium dici ex eo,quod in *privatos* feratur,&ſit q.*privata lex,lib.5.Etym. c.18.*quem ſequitur gl. *in c.privilegium diſt.3.& in c.ſicut Rom.in verb. ut liberè de reſcript.*Horat.Lut. *in tr.de privil.ſcholaſt.in pr. n.2.* Gellius verò *li. 10. c.20.* privilegium derivat potiùs à vocabulo *Privus*, quod antiqui pro ſingulis dixerunt, Viglius Zuich. *Inſtit.de teſtam.in pr.n.9.*Hottom.*de verb.juris in verb. privilegium* Cujac.*15.obſ.c.8.* quæ derivatio ſonum vocabuli melius videtur exprimere, ſed in re coincidit cum priori. Eſt enim, ut Cicero definiit,privilegium,*lex de privato lata,quâ juri communi derogatur,l. 19.ſingulare, l.jura, ff.de ll.l.1.§.1.ad muncip.c.petiiſti 7.q.3.* ſive unus tantum ſit privatus, ut Menander,*l.5.§.ult.de capt.& poſt.*Hoſtilius Mancinus,*l.ult.de legat.* ſive plures, qui tamen unius nomine veniunt *gl.in c privileg.in verb.privilegia diſt.3.*Jam ſatis ſuperque demonſtratum eſt,juri communi derogari neminem poſſe, præter eum,qui illud cuſtodit, ut loquitur Plat. itaque legibus duodecim tab.cautum erat: *Vt neq; privilegium irrogari liceret, neq; de capite, niſi comitiis centuriatis rogari.*Cic.*pro Sext.& pro dom.ſuâ.*Balduin. *in l.12.tab.* Hottom.*in*

16. *Privilegia irrogare Majeſtatis eſt.*

expl ll.12 tab. Quid enim iniquius ſit iſtâ lege privatâ, cum legis hæc vis ſit, *in omnes ferri*. Cic.*3.de ll* Cujac *lt.15.obſ.c.8.* Quid crudelius, quam *vitæ civium à quovis magiſtratu periculum creari poſſe?* Cic. *pro dom. ſua*. Quid indignius, quàm miniſtro legis in legem imperium dare? proinde Cicero, ubique inſectatur legem Clodii, de ſuo exilio latam: *Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur*: quod pro nullâ prorſus haberi debuerit, quoniam *contra leges ſacratas & XII.tab.lata fuerit, ubi nulla vox audita conſulum, ſed conſtitutum, illo anno, quantum in illis duabus Reip peſtibus fuit, jure poſſe per operas concitatas quemvis civem nominatim tribuni plebis conſilio ex civitate exturbari.* Cic. *pro Sext.* Unde L. Cotta dicebat, nihil omninò actum fuiſſe de Cicerone: Præter enim quam quod comitia illa eſſent armis geſta ſervilibus, præterea neque tributa capitis, neque comitia rata eſſe poſſent, neque ulla privilegia, Cic.*3. de ll.* utpotè maximo comitiatu non illata, ſicut populus, cū SCtum de reditu Ciceronis perſcriberetur, negabat, ſe ſuffragium de illo tuliſſe. Cic *pro Sext.* Nec tantum pro ſe, ſed & contra Verrem ex hac lege diſputat. Cic. *act.1.in Verr.* quod prætor edictum iis verbis conceperit, *ut quilibet poſſet intelligere, unius hominis cauſa conſcriptum eſſe tantum, quod hominem non nominet, cauſam totam perſcribat: jus, conſuetudinem, æquitatem, edicta omnium negligat.* Id vero iniquum erat, cum leges non debeant concipi niſi generaliter, *l.Iura ff.de ll.* ut omnibus ſint æquales.

Meliori ratione nituntur privilegia ſtudioſorum, quorum 180. collegit Rebuff.*in tr. de hac re*: quæ Horat. Lutius in pauciora, expunctis generalioribus, contraxit, *in tr. ejusd. tituli.* Item privilegia Doctorum & Nobilium, quæ collegit Tiraq. *de Nobil.* c. *12.* unde & harum dignitatum collationem princeps ſibi reſervat, aut quibus vult, & quo modo, communicat.

17\. *Quomodo poteſtas creandi nobiles pertineat ad Maieſtatē.* Non enim tantum nobiles creandi poteſtatem inter jura majeſtatis reponimus, quia nobilitas eſt ex majoribus dignitatibus, quæ à principe fluunt, tanquam ex fonte, ſicut Fridericus II. in privilegio Duci Auſtriæ conceſſo, *de fulgore*, inquit, *throni Cæſarei, velut ex ſole radii, ſic cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas memorati numinis non ſentiat detrimenta*, apud Petrum de Vineis *lib.6.Epiſt.26.* Præpoſ. *in c.un.n.2.quæ ſunt regal.* Caſtrenſ. *in l.quoties in fin.C.ub.ſent.* vel Clar. Bald. *in c.un.§.judices de pac.jur. firm.* Alber. *in l.Imperatores in pr.ff.de Decur.* Prnckman. *de Regal.§. ſoluta poteſtas, memb.1. eff.4.num.15.* Borcholt. *de feud.c.4.n.12.* Tiraq. *de Nobilit.c 6. num.1. & 2.* quapropter Obrecht. *in diſput.de Regal.th.104.* tria facit Regalia, quæ dicit dignitatem ſpectare: verum etiam, quia nobilibus tot & tanta indulta ſunt privilegia, quæ tam totius reip. quàm autoritatis principis intereſt, ne conferantur, niſi iis, quos dignos judicavit princeps. Non enim is patietur, ut beneficia & immunitates, quas à nemine præter principem concedi oportet, *l.1.C.de immunit.nem.conced. lib. 10.tot.t.* C.*de Cenſib. l.un.& ibi gl.* C.*de his*

qui

Digitized by Google

qui à princip.vacat.accep.li.10. Tapia *in rubr.de Conſtit.prin.c.4.n.30.* à quovis in ejus præjudicium promiſcuè tribuantur. Propterea enim Ariſt. *1 polit.c.4.* alios ſcribit ſervos *ubiq;* vel *abſolute*, ſcilicet, qui natura tales ſunt, alios *apud Barbaros, vel hos vel illos tantum*, id quod explicat per Nobilitatē. Quoſdam enim *ἐ μόνον παρ' αὐτοῖς ἐυγενεῖς, ἀλλὰ πανταχοῦ νομίζουσι τοὺς δὲ βαρβάρους οἴκοι μόνον.* Sequuntur opinionem Ariſtotelis Oſorius *lib 1. de Nobil.civ.c.4.* & Pogius *in libel.de Nobil* quorum hic, alios Germanos, alios Gallos, alios Italos, alios Britannos nobiles vocat: ille vero dividit nobilitatem, ut alia ſit omni ex parte abſoluta, alia domi tantum locum habeat, quam definiunt *qualitatem per principem illatam, qua quis ultra honeſtos plebejos acceptus oſtenditur* Bart. *in l. .n.62.C.de dignit.lib.12.* Alvar.c. *§.cæteri n 5.ad ſi Quis dicat: Dux.* Guido Pap *deciſ.190.n 1.circa med.* ex quo explicat Tiraq. *de Nobil q ult. n.155.* proverbium illud Ciceroni uſitatum, *Domi nobilis*, vel *nobilis apud ſuos* apud Liv. *li.7.Capit.in Albin* intelligens per illud hominem patriæ ſuæ more ſeu principis ſui ſtatuto tantum nobilem, quia Cic. *act.6.in Verr.* tanquā duo diverſa proponit: *Domi nobilem* eſſe, & *foris* etiam *ſplendidum*, & *lib.2. Ep.ad frat.ep 12.* Oroſium equitem vocat *domi ſplendidum, atq; etiam gratioſum extra domum*, nec non & Tacit. *li.2. hiſt. in fin.* Sabinum deſcribit, *domi ſimul & militiæ clarum.* Quanquam Eraſmus *in Adag.* aliam multò latiorem proverbii, ſignificationem afferat. Cum enim alia nobilitas ex jure gentium oriatur, ut quæ virtutem habet pro fundamento, aut genus, qualem apud plæraſque gentes hodiè agnoſci pro ſolâ ferè nobilitate, ſi Turcas excipias, videmus: alia vero ex Reip. quâdam conſuetudine ſtatutovè, aut ex voluntate principis, hæc poſterior non latiùs patere poteſt, quàm termini Reip aut poteſtas principis. *Si quis* ait Boetius *lib.3.de Conſol. Philoſoph. multiplici conſulatu functus, in barbaras fortè venerit nationes, venerandumne honor barbaris efficiet? Vaneſcunt illicò, cum ad eos devenerint qui dignitates non eſſe exiſtimant.* Nec enim poteſt quis alteri Reip. leges ponere juberevè, ut pro nobili habeatur, quem ipſe talem eſſe vult, multò minùs, ut honores privilegiavè nobilibus conceſſa, utenda fruenda concedat. Neque enim legitimatio facta à Comite Imperiali in dominio Venetorum operatur circa bona exiſtentia in eorum dominio, abſque illius dominii conſenſu, *ſicut* Eraſmus Moſculus *ex pluribus Conſiliis* Socin.Iun. *collegit, maximè conſ.100 Excellentiſſimus artium & Medic.Doctor.n.10.& ſeqq.uſque ad n.28.lib.2.conſ.21.n.6 li.4.* idque ob defectum poteſtatis, *text. eſt in c venerabilem, ibi, Inſuper Qui filii ſint legit.* Covar. *de matrim. par 2.c.ult §. 8.n. 43.* Jaſon. *in conſ.70.lib.3.* Kirchov. *in com opin.v.rb legitimatio, qui adducit plures.* Nec poteſt Imperator legitimare in terris Eccleſiæ, *quam communem opinionem* dicit Imol. *in Conſ.60.n.8. li.1.* Dec. *in l fin n 6.in pr.ff.de jurid. omn. jud.* multò minus ad ſpiritualia: *gl. communis in c.lege in ver.diviſis Imperiali lege, diſt.10.& in c.officia, diſt.50.* ſicut

Duplex nobilitas.

è com-

è contrario nec Papa poteſt legitimare in civilibus & prophanis,ex defectu poteſtatis,& quia non ſunt ſubditi,*gl. in c.per venerab. Qui filii ſint,leg.* Covar. *de Matrim.par.2.c.ult.§.8.n.47.* multò minus ad ſucceſſionem feudalem, *Afflict.in c.naturales not.2.n.30.& ibi Dd.ſi de feud.defun.* quia ſceptra non ſunt confundenda,ut benè voluit Alvarott.*in d.c.naturales,in fi.per l. conſulta Divalia.C.de teſtam.c.novit.de jud.* Eman.Soar.*com.opin.in lit.L.n.106.* Communiorem dicit Kirchov.*d.lo* Zaſ.*Epit.feud.part.8.n.75.*Roſenthal. *de feud.c.7. concl.19.n.10. in gl.ubi cumulus autoritatum.* Atque ita apparet, quare nobiles creandi facultatem inter jura majeſtatis hoc loco connumeremus,quia per dignitatum iſtam collationem ſimul conferuntur privilegia, ſeu derogatur juri communi,quod à nemine niſi majeſtate fieri poteſt Proinde Plin *in Paneg.*ait:*Cæſaris eſſe,ut nobiles conſervet & efficiat,*id quod Regi Perſarum quoque tribuitur,*in li.Heſter.c.6.*ſed aliquando latiùs,quando ſcribitur: *Hic honorabitur,quemcunq; voluerit Rex honorare:* & Bald ait: *princeps,quem vult, nobilitat.*Bald.*in l.ſacrilegii C.de diverſ. reſcript. quem citant & probant* Tiraq. *de nobilit.c 6.num.1.* Rain. *in tr.nobil.in 1.q. princi.* Chaſſan. *Cata gloria mund. conſ.25.*Matth.Steph. *2.de Iurisd.c.1.m.2.n.74.*Palæot. *de Noth. Spur. fil. c.54. n.7.c.62.n.1.& paſſim alibi*, eſtque communis opinio Ictorum, ſoli principi hoc competere, adeò ut etiam indignus pro nobili ſit reputandus, quem nobilem juſſit eſſe princeps, Raynud *d.tr.in 3.q.4.quæſtionu princip.*per Bart. *in l.1.col.8.verſ.ſequitur in deſinit.illata C.de dignit.*Tiraq.*d.c.6.n.25.*.modo ex certa ſcientia,&non ignoratâ hominis conditione id jubeat.*Sacrilegii enim inſtar eſt,dubitare an is dignus ſit,quem elegerit Imperator: l.diſputare 2.C.de crim. ſacrileg.* & præſumitur princeps cum indignis ejus moribus diſpenſare voluiſſe: *arg.l.quidam 57.ff.de re jud.* Legitimatio pari paſſu ambulat cum nobilitatis conceſſione,adeò ut Budæ: *in l ult.ff. de ſenat.* natalium reſtitutionem idem eſſe dicat cum nobilitatione, quoniam etiam plebeiis ſordida conditio ábſtergetur, quando ad nobilitatem aſcendunt. Quod ſi accuratius paululum conſideraverimus,minùs propriè dictum reperiemus, quia nobilitas à natura non competit,ſed ex lege humana,ut docet Ariſt. eumq; ſecutus Boetius,*lib.3.Philoſoph.conſol.*

Legitimare maieſtatis eſt.

Omne hominum genus in terris, ait,
Simili ſurgit ab ortu:
Quid genus & proavos ſtrepitis,
Si primordia veſtra,
Auctoremq; Deum ſpectes,
Nullus degener extat:
Ni vitiis pejora fovent
Proprium deſerat ortum. Quod Germani dicunt: Adam hacket Und Eva ſpan / Wer war do ein Edelman / & horum imitatione Angli,

When

Digitized by Google

When Adam dolue/and Eva ſpan/Woh was then a gentelman. Quo themate celebris ille ſeditionum concitator, Johannes Ball, uſus legitur in cõcione, quâ plebejos excitabat contra nobiles, inæqualitatem dignitatum hominum injuria obortam dictitans, eamque ad primam æqualitatem revocandam, in quâ Deus unumquemq; creaverit. Thom. Walſingh. Stovv. Helinshod. *in Rub. 11.* Ideoque nemo præſumitur nobilis, ſed qui nobilitatem allegat, eam probare debet, *l. non ignorat,* & ibi Bald. *in pr. C. qui accuſ. non poſſ. gl. in c. ſi fortè de Elect.* Alvarot. & Afflict. *in c. un. de pac. ten.* Differunt igitur inter ſe. Palæot. *de noth. & ſpur. c. 62. n. 3.* & pro rebus diverſis ponuntur, *l. etiam fœminæ ff. de jur. aur. annul.* Utrumque tamen majeſtatis propriũ eſt, idque perſpicuè probatur *per tex. in c. venerab. de Elect. & per l. qui in provincia in fin. 57. ff. de rit. nupt.* ubi D. Marcus & Lucius Imperatores Flaviæ Tertullæ liberos in eo ſtatu confirmant, ac ſi legitimè concepti fuiſſent. Ex quâ causâ Juſtinianus, quartum modum ſputios, (ſic vertit Haloander) reducendi introduxit per reſcriptum principis. *Nov. 89. per tot.* Cujac. *ad Nov. 74.* Vult. *comm in Inſtit. ad § ult. n. ult. de nupt.* Lanceloтt. *lib. 1. c. 1. §. 4. de Imper. verſ. 20.* Tiraq *in l. ſi unquam in verb. donatione largitus n. 275. cum ſeqq. C. de revoc. donat.* cui parem vim cum reliquis aſſcribit, Bart. *in l. ex facto ad SC. Trebell. per §. illud in fin d. Nov. 89. cui adde §. quoniam, Nov. 74.* adeò ut eum etiam in præjudicium legitimorum filiorum ſubſiſtere poſſe ex communi opinione aſſerat Gail. *lib. 1. obſ. 142. n. 8.* modò reſcriptum conceptum ſit, cum clauſulâ, *non obſtante, vel de plenitudine poteſtatis.* Licet tale principis reſcriptum iniquitate peccatove carere, minimè aſſerere audeat, de quâ re tamen ut prolixius diſputemus, inſtitutum noſtrum non patitur. Tantum enim hæc privilegia attingimus, quatenus ſub juribus majeſtatis continentur, quorum primum caput ita explicavimus, videlicet, poteſtatem condendarum legum, quæ includit etiam poteſtatem derogandi, *arg. l. qui damnare ſi de re judic. l. qui juſſit Eod.* ſive in totum ſive in parte, quod fit multis modis, quorum præcipuos enarravimus, ut ex iis cæteri intelligerentur: Condonationem pœnæ, reſtitutionem ad famam & bona, privilegiorum irrogationem, natalium reſtitutionem, facultatem nobilitandi & eximendi è vulgo, per quæ & cætera, ſi quæ ſunt ſimilia, intelligi volumus, utpotè, quod princeps juris jurandi gratiam facit, ſicut Tiberius Equiti Romano gratiam fecit, ut uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquã repudiaturum ante juraverat. Tacit. *Annal.* Severus & Antoninus reſcripſerunt, gratiam ſe facere jurisjurandi ei, qui juraverat, ſe ordini non interfuturum, & poſtea Duumvir creatus erat, *l. ult. ff. ad municip.* Mynſing. *3. cent. obſerv. 99* Covar. *part. 1. relect. cap. Quamvis pact. §. 3. de pact. in 6.*

Item quod jus nundinarum concedit. *l. Nundinas 1. ff. de nund. l un. C. eod.* Bocer. *c. 2. de Regal. n. 238.* Obrecht. *in diſput. Regal. th. 191.* diſtinguens inter 18. *Ius nundinarum.*

Digitized by Google

ter nundinas & mercatus, quos vocat Wochen Marckte cum Sichard. *ad rubr C. de nundinis & mercat. n 4.* qui hos, ait, carere privilegio, cum ex obſervantia potiùs dependeant, quam jure, Teſſaur. *deciſ. 264. num 4.* Sic Servius præter alia etiam feſti & mercatus celebrandi ritus conſtituit. Halycarn. *lib. 4.* Carolus IV. Francofurtenſibus jus nundinarum abſtulit, & Moguntiam tranſtulit, quod tamen mortuo Gunthero, interceſſione Rudolphi Palatini & Marchionis Brandeburgenſis iis reſtituit. Cario. *lib. 5. Chron.* Poſſe enim principem jus illud, quod ad ſe pertinet, transferre. Natta conſuluit *conſ. 511. & ſeqq.* Teſſaur. *deciſ. 264 n. 3.* quod tamen olim etiam à ſenatu petebatur. Briſſon. *1. ſelect. antiq c. 15.* Gothofr. *ad l Vn. C. de nund.* cujus veſtigium notat Plin. *5. Ep. 4.* inquiens: *Solers vir Prætorius à ſenatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris nundinas permitteretur.* In Galliis ſoli Regi reſervatur, qui de nundinis diſponit ad arbitrium, ſicut extant Philip. VI. *des foires de Champaigne & de Brie* Caroli VII. & Ludovici XI *des foires de Lyon.* Henrici II. *des foires de S. Denis*, & aliorum reſcripta, quæ largiuntur privilegia tàm mercatoribus quàm aliis nundinatum venientibus, quæ certè præter principem indulgere nemo poteſt. Chopin. *liv. 3. du Domai: tit. 12. n. 9. gl. corporis Gal. li. 4. tit. 12. l. 1. in rubr. des foires.* Cæterum, cum talia ſint infinita, ſufficit ea in genere propoſita, & inter jura majeſtatis redacta eſſe. Explicatio particularis aliò pertinet.

CAPUT IV.

DE POTESTATE CONSTITUENDI MAGISTRATUS ET EXTREMA provocatione.

SUMMARIA.

1 *Deducitur ſecundum Maieſtatis ius ex legibus Publicola, & oſtenditur, quomodo extrema provocatio & ius magiſtratuum cohæreant.*

2 *Poteſtas magiſtratibus conceſſa radicem habet in maieſtate, in qua ſumma eſt & propria.*

3 *Extrema provocatio nequit à maieſtate abdicari.*

4 *Appellatio tollitur à principe aliquando, ſalva eiusdem maieſtate.*

5 *In ſuam maieſtatem & ius natura peccat, qui vetat ad ſe provocari.*

6 *An valeat conſuetudo, ut in criminalibus non appelletur.*

7 *Remota appellatione, nihilominus reſtant alia remedia contra iniquam iudicis ſententiam aut rei circumventionem.*

8 *Stultum eſt putare, à maieſtate appellari poſſe.*

9 *Diſtinguitur inter conſtitutionem magiſtratuum & electiones.*

10 *Maieſtas continet in ſe omnium magiſtratuum iuriſdictiones.*

11 *Magiſtratuū creatio pertinet ad maiora maieſtatis iura.*

12 *Imperatores primi Roman reverà cōſtituerunt maiores magiſtratus, licet ſe-*

cet ſecus facere aliquando viderentur.

13 *In Comitiis, curia, vel Senatu dicti magiſtratus, nihilominus ſuam poteſtatem ab alio, penes quem eſt majeſtas, habere poſſunt.*

14 *Majeſtatis criminis ſe alligat, qui magiſtratum propria autoritate init.*

15 *Verum principes Germaniæ, qui juriſdictionem habēt hereditariam, magiſtratus annumerandi, & a majeſtate Imperatoria dependeant, & qua via ad tantam pervenerint potentiam.*

16 *Ad hoc caput pertinet etiam [illegible]torum.*

17 *Quantum in comitiis ad mutandam Rempubl. ſitum ſit.*

VEnio ad ſecundum caput jurium majeſtatis, quod poeta hoc verſiculo inſinuavit.

Tu regere Imperio populos, Romane, memento. *Virg. 6. Æn.* 1.

Illud enim imperium, quo populi reguntur, pro ſecundâ parte majeſtatis ponimus, quam omnium optimè complexus eſt Valerius Publicola, duabus primis legibus, quibus Flor. *lib. 1. cap. 9.* maximè auctam liberi populi majeſtatem teſtatur, quasque Antonius patronas civitatis vocat, de provocatione agens apud Cic. *2. de orat.* Tertia enim, quam addit Plut. *in Val.* ad vectigalia pertinet. Prima igitur, quam ſolam recenſet Flor. hunc habuit ſenſum, ut eam refert Halyc. *lib. 5.* *ſi quis Romanus magiſtratus aliquem, vel capite plectere, vel virgis cædere, vel pecuniis multare velit, licere privato homini ab illo magiſtratu ad populi judicium provocare, nec interea magiſtratui licere in eum animadvertere ullo modo, donec populus de eo ſuis ſuffragiis ſtatuerit.* Hanc legem tranſtulit Cic. *3. de ll.* in ſuas leges: *magiſtratus*, ait, *nec obedientem & noxium civem multa, vinculis, verberibusq; coercento: ni par majorvè poteſtas populusvè prohibeßit: ad quos provocatio eſto.* Alibi & *in 2. de Orat.* vocat eam *patronam civitatis, vindicem libertatis.* Altera verò cavit, ne quis Romæ magiſtratum gereret, niſi à populo eum accepiſſet, capitali ſtatutâ pœnâ in eum, qui contra feciſſet, & propoſitâ impunitate ei, qui ipſum occidiſſet, Liv. *lib. 2.* Plut. *in Valer.* Duo igitur his legibus complexus eſt, jus extremæ provocationis & creationem magiſtratuum, quæ duo licet alii pro diſtinctis juribus recenſeant, ab uno tamen principio emanant, & ſe mutuò ſubſequuntur. Magiſtratum enim creare non eſt eligere aut nominare aliquem, cui magiſtratum commendatum velimus, ſed & eidem, vim, poteſtatem, jurisdictionē, in quibus conſiſtit officium & natura magiſtratus, attribuere. Interrex quidem dicebat Dictatorem apud Romanos: Cardinales nominando eligunt Papam, Clerici Epiſcopum, *c. dilectiſſimi 8. q. 2. cum concord.* ſed poteſtatem unà non tribuunt, quam non habent. Majeſtas vero ita eligit, ut ſimul poteſtatem & imperium communicet, ideoque magiſtratuum creatio præſupponit ſemper in creante ſummam jurisdictionem, eamque propriam, quia nemo poteſt mandare alteri, quod ipſe non habet. *l. quacunq; 1. ff. de ff. de off. ejus, cui mand. juris.*

Leges de provocatione Valerii.

2. *Summa poteſtas, qua magiſtratus utuntur manet penes majeſtatem.*

Si igitur Maieſtas cenſores conſtituit, oportet penes ipſam eſſe poteſtatem cenſendi, qua Servius, quanquam Regum omnium maximè popularis, liberrimè tamen uſus eſt, *populo Romano relato in cenſum, digeſto in claſſes, curiis atq; collegiis diſtributo*, ut ait Flor. *li.1.c.6.* Liv. *li.1.* Halycar. *li.4.* latè, nec dubitarunt Imperatores exemplum ſequi. Julius enim Cæſar cenſum non modò diligenter egit, adeò ut etiam in privatorum familias & res domeſticas inquireret, ſed etiam nudatos opere cenſorio, aut ſententiâ judicum de ambitu condemnatos reſtituit, Suet. *in Cæſar c.41.* in quo verè ſuprema maieſtas conſiſtit. Cenſuræ enim & judicia magiſtratibus mandari, & ſolent & debent: ſed ſupremum judicium oportet penes maieſtatem remaneat, quam etiam populus, quanquam nulli magiſtratui parem Cenſoribus autoritatem indulſiſſet, adeò, ut Plut. *in Cat Maior* Cenſuram meritò vocet *faſtigium ceterorum honorum, & reliquarum Reip. adminiſtrationum quaſi præfectionem*, ſibi ſemper retinuiſſe intelligitur. Cum enim C. Claudius Nero, & M. Livius Salinator in odio eſſent, quod in ſe mutuò & in totum populum nimis ſeveram tuliſſent ſententiam, Cn. Bebius Trib. plebis diem ad populum utriq; dixit: quanquam ea res conſenſu patrum diſcuſſa eſt, ne poſtea obnoxia populari auræ Cenſura eſſet. Liv. *li.29.* L. quoq; Flaminium à M. Portio Catone ſenatu motum, populus juſſit ordinem repetere, Plut. *in Flam.* & ſtatim poſt geſtam Cenſuram Titus Quintii frater ad populum confugit, cauſamq; eiecti fratris dicere Catonem coegit, nec non tribunos inſtigavit, ut ob cætera ejus acta Catonem ad populum vocarent, duobusq; talentis multarent. Plut. *in Cat. Maj.* Appii Claudii acta non tantum ſecuti Conſules iniquitatis apud populum accuſata reſcindi fecerunt, ſed & P. Sempronius ipſum adhuc Cenſorem cauſam dicere coegit. Liv. *lib.9.* Sed ad Imperatores redimus, ex quibus Julius Cæſar recenſionem populi, & reliqua ei affinia munia, tanquam Cenſor peregit. Dion. *li.43.* Plut. *in Cæſ.* Auguſtus licet Cenſores longo intervallo creari deſitos reduxerit, Suet. *in Aug. c.37.* tamen ſenatum ipſe ſecunda lectione correxit, lorica ſub veſte munitus ferroq; cinctus præſidens, *Id.c.53.* impetratiſque à Senatu X. adjutoribus, unumquemq; equitum rationem reddere vitæ coegit, *Id.c.39.* nec non alia multa Cenſoria munia obiit, idq; ex conſilio Mecœnatis, ut ipſe maiorum rerum cognitionem ſibi retineret: minoribus luſtrandis ſubcenſores crearet, ſic dictos, quod ſumma Cenſura principis eſſet. Dion. *li.52.* Sed & Claudius geſſit Cenſuram intermiſſam diu poſt Paulum & Plancum Cenſores, luſtrumq; condidit, Tacit. 11. *Annal.* Sueton. *in Claud. c.16.* ſeq; perpetuum Cenſorem dixit: Dion. *li.53.* poſt cujus ætatem Imperatores rem ipſam quidem retinentes, nomine tamen abſtinuerunt. *Id.ib.* Unde eſt illud Martialis de Domitiano *li.6. Epigramm.*

Cenſor.

Digitized by Google

Cenſor maximè, principumq; princeps.

Et D. quoq; Veſpaſianus cenſuram cepit, Suet. *in Veſp. c. 8.* & ejus filius Titus unà cum patre. *Idem in Tit. c. 6.* & Domitianus, qui ſuſceptâ morum correctione, multum luxuriæ ademit *Id. in Domit. c. 8.* Verum Tiberius eam curam à ſe in magiſtratus amoveri petit, quando conſulentibus Ædilibus, an legem ſumtuariam reductam cupiat, reſpondit: *mihi neq; honeſtum ſilere, neq; proloqui expeditum, quia non ædilis, aut prætoris aut conſulis partes ſuſtineo: maius aliquid & excelſius à principe poſtulatur: nimis leve eſt, de quo ædiles admonent, ſi cætera reſpicias. At herclè nulli dicunt, quod Italia externæ opis indiget, quod vita pop. Romani per incerta maris & tempeſtatum quotidiè volvitur, ac niſi provinciarum copiæ & dominis & ſervitiis, & agris ſubvenirent, noſtra nemora ſcilicet, noſtræq; villæ nos tuebuntur? Hanc curam ſuſtinet princeps: hac omiſſa funditùs Remp. trahet: reliqua, ſi quis ex magiſtratibus tantam induſtriam ac ſeveritatem pollicetur, ut ei obviam queat, illi commendamus.* Tacit 3. *Ann.* Nimirum huc usque rectè ſenſit, curam rerum inferiorum magiſtratibus relinquendam, quod & Romulus in primâ Reip. conſtitutione fecerat, minutiores cauſas Senatoribus delegando, Halyc. *lib. 2.* & Servius imitatus erat, publica tantum ſibi reſervando, privatis privatos judices conſtituendo: Halycarn. *lib. 4.* Cæterum & illud de utroq; diſcendum eſt, quod ultimam & ſummam jurisdictionem ſibi liberam ſervarint.

3. Hæc enim ita propria eſt maieſtatis, ut ab eâ avelli nunquam poſſit, quin ipſa unâ diſtrahatur. Conſiſtit enim maieſtas in imperio, quod habet in ſubditos. Imperium illud metimur legibus & juriſdictione, quorum alterutrum vel utrunq; qui non agnoſcit, nec maieſtatem agnoſcit, ſicut Eduardus Niger princeps Walliæ, quod ſe Regis Francorum Imperio non teneri putabat, etiam provocationem ſubditis ad curiam Regis non concedendam putabat, *diſant: que le Roy de France avoit quittè tous reſſorts & toutes juriſdictions, quand il rendit ces terres au Roy Edovard ſon pere*: Froſſar. *li. 1. c. 246.* quibus verbis provocationem maximè excluſam arbitrabatur: cui tamen Gaſcones objiciebant, quod Rex non potuerit jus appellationis extremum ab alienare aut transferre in alium *ſans le conſentement des prelats, des Barons, des cites, & des bonnes villes de Gaſcogne, qui ne l' euſſent jamais ſouffert, ni ne ſouffriroient, s' il eſtoit à faire.* Quod conſenſum illorum & alienationem, quæ à neceſſitate exprimitur, totiusq; Reip. ſalvandæ cauſa fit, attinet, de iis alibi diſputavimus: fundamentum eorum ex iis, quæ jam deducimus, dependet, quod ſcilicet provocatio extrema inter jura maieſtatis enumeretur, quæ abalienari nefas eſt, de quo inter leges Regias Hiſpanorum invenitur *lex 9. tit. 4. part. 5.* ſtatuens, quod licet caſtrum quoddam ex cauſa abalienatum ſit cum vectigalibus & mero imperio, ſumma tamen jurisdictio intelligatur excepta, & quod ad principem appelletur. Item alia *l. 6.*

Provocatio ultima nequit abdicari.

tit. 13 li. 3. Ordin. quæ vetat ultimæ provocationis præſcriptionem, cujus rationem affert Covar. *pract qq c. 4. n. 1.* quod ſuprema iſta juriſdictio ſit forma & ſubſtantialis eſſentia maieſtatis regiæ, quam idcirco Romulus penes ſe retinuit, quando ſenatoribus judicia conceſſit; ſed ita ut ipſe, ne quid ab aliis peccaretur, præcaveret. Halycar. *lib. 2.* App. enim Claudius, quod provocatio patribus ablata eſſet, *Conſulum* quidem *minus, non imperium* dicit, *ubi ad eos, qui unà peccaverant, provocare liceat*, Liv. *li. 2.* quod apparuit in Volerone Publio, qui citatus à Conſule, tribunos appellabat, iisq; auxilium ferre recuſantibus, cum Coſſ. ſpoliari hominem, virgasquè expediri juberent: *provoco*, inquit, *ad populum*, ſimulq; adjuvantibus advocatis, quo infeſtius ſpoliabat lictor, eò ferociùs clamare, *provoco & fidē plebis imploro*, inq; confertiſſimā plebem receptus, lictoris vim & Conſulum imperium eludere. Liv. *li. 2.* & Decemviris Rempubl. occupantibus *nihil in populo præſidii contra eorum potentiam fuiſſe* ſcribit Liv. *lib. 3. ſublatā provocatione*, quaſi in hâc totam vim conſiſtere vellet.

4. *Iudices legibus alligati judicare poſſunt remota appellatione.*

Quod præcauturus Servius legum præſcriptis judicum ſententias alligavit, *Id. li. 4.* ut potiùs ipſe per leges, quam judices, condemnare videretur, quod quando ſit, ut ſupra reſpondimus, maieſtas poteſt appellationem in cauſis nonnullis tollere, ſalvâ nihilominus ſuâ autoritate. Nec enim dubium eſt, appellationem ſtatuto tolli poſſe, ſicut à Nerone cautū, ut omnes appellationes à judicibus ad ſenatum fierent, Sueton. *in Neron. c. 18.* & à D. Marco ſæpè judices dari ſolitos refert Ulpianus, *a quibus appellare non liceret, l tractandum 1. §. interdum à quibus appel.* idq; etiam inferiorum ſtatutis fieri potuiſſe, tradit Emanuel: Soar. *in commun. opin. lit. A. n. 197.* ſed generali uſu & conſuetudine abrogatum eſſe. Juli Clar. *pract. crim §. ult. q. 94. verſ. cæterum.* Mynſing. 1. *Cent obſ. 3. n. 4.* Iniquum enim ſit inferiorem poſſe jura ſuperioris prævertere, aut tollere omnino, *c cum inferior de maj. & obed.* Nihil vetat autem ſuperiorem jus ſuum mandare alteri, modò id fiat ſine præjudicio tertii. Mandare dico, quia tum poſſeſſio & ſuperioritas principi ſeu mandanti reſervatur, ſicut Cnidii ſexaginta viros, quos amymonas vocabant, quotannis Reip. adminiſtrandæ cauſa creare ſolebant qui quidem factorum ſuorum rationem nemini reddere, ſed evoluto anno accuſationes privati audire & cauſas dicere cogebantur. Ita Decemviri Romani creati erant ſine provocatione, nec quod C. Julius P. Sextio diem dixit ad populum, jure quodam coactus fecit, ſed ut moderationis ſuæ exemplum plebi oſtenderet. *Accuſator*, ait Liv. *li. 3. extitit ad populum, cuius rei legitimus judex erat, deceſſitq; de ſuo, ut demtum de vi magiſtratus, libertati populi adjiceret.* Ita Dictatori poteſtas ſuprà provocationem erat, quippe, *contra quam nec tribuni, nec populus univerſus hiſcere, aut oculos attollere audebat*, Liv. *lib. 6.* Verum temporis modus poſitus erat, quibus poteſtatis non poterat poni, ut ratio

Remittens à ſe appellatione retinet juriſdictionem ſupremam

rei

Digitized by Google

rei geſtæ ab iis repeti & accuſari privati & ad cauſam dicendam cogi poſſent. Auguſtus etiam appellationes quotannis, urbanorum quidem litigatorum, prætori delegavit urbano: at provincialium conſularibus viris, quos ſingulos cujusq; provinciæ negotiis præpoſuiſſet. Suet. *Aug. c.33.* Sed eum tamen, firmandæ dominationi, & jure poteſtatis tribunitiæ, graviorum rerum appellationes ſibi ſervaſſe colligit Lipſius *com. in lib. 14. Tac. Ann.* ex oratione Mecœnatis ad Aug. apud Dion. *lib. 52.* Sic à Nerone cautum memorat Suet. *in Neron c. 17. in fin.* ut omnes appellationes à judicibus ad ſenatum fierent. Et tamen Tac. 14. *Ann.* principi hac cautione jus ultimæ provocationis minimè ereptum indicat, quando ſcribit: *Auxit patrum honorem ſtatuendo, ut qui à privatis judicibus ad ſenatum provocaviſſent, ejusdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui Imperatorem appellavere.* Eo enim res ſub Caligula jam redierat, ut judicia quædam ſenatus tractaret, ita tamen, ut ab eo princeps appellaretur. Dio. *lib. 58.* Sic Fridericus I. judicia quidem Italiæ civitatibus concedit, ſed ita ut ad ipſius Miſſum appelletur, quem promiſit ſe miſſurum in Italiam, ne cogantur appellationis cauſa usq; in Alemaniâ venire *c. un. §. in cauſ app. de pac. Conſtant.* Sic enim & feudiſtæ tradunt: Barones debere Capitaneos & Auditores in feudali territorio deputare, ne vaſalli juris obtinendi cauſa cogantur extra territorium proficiſci. Frec. *de feud. li. 2. autor. 10. n. 3.* Heigius *li. 1 q. 9. n. 4.*

Quod verò Carolus IX. Rex Franciæ matris conſilio, ut putatur, nimium audiens, Carolum Lotharingum jure maieſtatis in ducatu Barrenſi donare niſus eſt, in eo non minùs judicatus eſt maieſtati detrahere voluiſſe, quem Johannes Rex, quod Eduardo Anglo Aquitaniam totam ſine provocatione, pacto Carnutenſi ceſſerat. Cujus enim provocationem tibi non retines, ejus ne ſuperioritatem quidem habes, quam abdicare ſalvo imperii jure, princeps non poteſt. In magiſtratibus, qui nomine principis judicant, alia ratio eſt, quippe, qui precariâ tantum poteſtate utuntur, ideoque cauſa iis committi poteſt, remota appellatione, ut ait Alexan. *3. in c. 1. in fin. de reſcript. c. paſtor. de appell. c. ſuper. quæſt. §. ſi verò de off. de leg.* à ſolo principe. Mynſing. *Cent. 1. obſ. 3. per l. 1. ff. quib. appell.* cujus rei multæ ſunt cauſæ, ne lites fiant immortales, quas Reip. intereſt citò definiri, *l. properandum 13. C. de judic. l. cum quidam 21. in fin. C. de fid. inſtru. c. fin. & ibi gl. in Verb. finem de dolo, & contum. c. conſtitutis in fin. de procur.* ut magiſtratuum, qui ſunt imago principis, reiq; ſecundum leges judicatæ maior ſit autoritas, utque princeps litium componendarum onere minus gravatus, expeditior liberiorq; ſit, ad majora Reip. munia ſubeunda. In Germania appellatio ad Cameram interdicta eſt, niſi ſumma, ob quam appellatur, conſiſtat unter funffzig Guldē Hauptguts. *Ordin. camer. part. 2. tit. 25. §.* vnd ſonderlich (quæ ſumma quantum & apud quos principes aucta ſit, vide Myndan. *in c. de privil. quor. ſtat.* Petr. Denaiſ.

5. Peccat in ſuam maieſtatē & jus natura, qui ad ſe vetat provocari.

naiſ. *jur. camer. tit. 271. n. 14.* Wilhel. Rhoding. *pandect. Cameral. li. 1. de juriſd. Cam. tit. 20.*) ſicut olim Italos appellare prohibuerat Fridericus I. niſi quantitas 25. librarum imperialium ſummam exceſſerit, *c. un. §. In cauſ. appell. de pac. Conſtant.* quia ne ſic quidem tot litibus definiendis ſufficit Camera, ne dum ſi omnes cauſæ promiſcuè ad eam devolvantur.

In criminalibus verò quoties corporalis pœna infligenda, minimè admittitur appellatio ad executionem impediendam. *Ordin. Camer. part. 3. tit. 28. §. Item* nach dem auch/ quod jam Carolus V. prohibuerat in comitiis Auguſtanis *An. 1530. §. Item* als jegt etliche Gail. *lib. 1. obſ. 128. id juri communi repugnare dicens.* Mind. *de proceſſ. lib. 1. c. 9. n. 4. & 7.* Mynſing. *Cent. 4. obſ. 41.* Bender. *de rev. c. 33. n. 11. c. 34. n. 3.* Knichen. *in comm. de Elect. & Duc. Saxon. privil. de non appell. c. 2.* Rauchbar. *q. 8. n. 45. li. 2. qq. Iur. Civ. & Saxon.* qui illud de appellationibus ad cameram tantum accipit cum Vultej. *li. 2. Iurisp. Rom. cap. 33. in not. ad n. 45.* Moller. *li. 4. Semeſt. c. 33. n. 7.* Reuſ. *li. 2. deciſ. 23. num. 21.* Paur. *2. de jurid. c. 4. n. 155.* Idem|& uſum forenſem apud Anglos, Smitius *li. 3. Reip. Angl. c. 1. & 2.* & Hiſpanos obtinuiſſe teſtatur Covar. *pract.*|*qq. 23. n. 5. in fin.* ſimulq; reprehendit quaſi rem iniquam, de quâ paulò poſt aliquid tangemus. Ab ipsâ verò camerâ non magis appellatur, *Ordin. Camer. part. 1. tit. 3. in princ.* quam ab octo curiis maioribus Franciæ, Liv. 1. *du corps du droict. de France t. 11.* aut à Rota Romana & ſenatu Mediolanenſi: ex quo videretur inferri poſſe, non tàm propriam eſſe maieſtati provocationem, quin etiam magiſtratibus concedi poſſit, ſicut Caligula omnibus magiſtratibus (indefinitè enim loquitur|Sueton. *in Calig. c. 16.*) liberam juriſdictionem, & ſine ſui appellatione conceſſit: quod, quicquid ſit, quantum ad maieſtatis diminutionem, ſubditis certè maximum infert detrimentum, quoniam judices licentiâ efficiuntur negligentiores, minusq; curioſè ſentias ad juſtitiæ normas trutinant, quippe, quas ut reſcindat ſuperior, injuſteq; pronunciantibus pœnam irroget, non timent, quo ipſo ad continendam intra juſtitiæ limites judicum ſententiam, nulla melior ratio inveniri poteſt. Præterea remotâ appellatione tollitur defenſio juſta, quam, quia naturali jure debetur, nullus princeps auferre poteſt. *Clem. paſtoralis de re jud. ad fin.* Arius Pinel. *C. de reſc. vend. 1. part. rub. c. 2. n. n. 20. & 21.* Ponunt autem jura appellationem inter defenſionalia præſidia, *c. ſuggeſtum de appell. c. omnis oppreſſus 2. q. 6.* ideoq; patet Florentinos non nullam habuiſſe cauſam irruendi in ducem ſuum Franciſcum Valerium, quod civibus ad populum provocantibus, capitis ſupplicium irrogaſſet: Bodin. 1. *de Rep. c. 9.* & rectè Philippus Bellus Rex Galliæ, cum parlamentum Tholoſanum|conſtitueret ſine appellatione, addit, *ſi gentes conſentiant, quod à præſidentibus in parlamento prædicto non appelletur.* Liv. 1. *du corps du droict. tit. 11. l. 1. in fin.* Niſi enim ſpecialiter ex certâ causâ prohibita ſit appellatio, ſemper admittitur, etiam in

Defenſio naturali jure debita tolli nequit.

crimina-

Digitized by Google

criminalibus, quod tanquam communi opinione roboratum præſupponit Boſſ. *in pract. tit. de appell. n. 4.* & tradit gl. *in c. 1. Verb. ut liberè de reſcript. gl. in l. qui reſtituere ff. de rei vind.* commendata à Bald. *in c paſtoralis col. 3. de appell. & in l. un. col. 2. ſi de moment. poſſ.* Gail. 1. *obſ. 1. n. 28. per tex. in l. addictos C. de appell. l. 2. C. ſi pendent. app. l. 2. C. quor. app. non recip.* Communem facit Rauchbar. *q. 8. n. 8. li. 2. qq. Iur. Civ. & Sax.* Prohibetur autem, quando factum ita notorium eſt, ſive ex propriâ rei confeſſione, ſive per certa teſtimonia, ut defenſione, quæ ad executionis & juſtitiæ impedimentum tenderet, egere non putetur, nec aliam ſufficienté appellationis cauſam allegat appellans, *l. 2. & ibi gl. in not. & Dd. l. fin. C quor. appell. non recip. c. ſunt quorum 2. q. 6. c. cum ſpeciali § porro,* & ibi Joh. Andr. Abb. Decius *& Dd. communiter de appell. in 6. c. Romana §. ſin autem Eodem.* Eamq; communem opinionem dicit Boſſ. *in pract. tit. de appell. n. 27.* Benedict. Capra *in tract. notorii poſt reg. 65. poſito 4. memb. princ. n. 113.* relatus in Theſaur. *comm. op. Lit. A. n. 7.* Covarruv. *pract. qq. c. 23. n. 5.* Rauchbar. *q. 8 n. 17. 18. lib. 2. qq. Iur. civil. & Saxon.* obſervarique de conſuetudine dicit Carrerius *in pract. crim. in pr. n. 17.* Viv. *comm. opin. in Verb. appellans.* Clar. *in pract. § ult. q. 94.* Emanuel Soar. *in Comm. op. lit. A. num. 192.* Remedia enim defenſionis iis tantum introducta ſunt, qui gravantur, *c. ſuggeſtum, & ibi gl. ult. de appell. §. Aliud ad hoc Nov. 119.* ne occaſio juris ad iniquè trahatur compendium. *l. fin. in fin. C. de Uſucap. pro emtor. c. Quod nonnullis in fin. & ibi gl. ult. de privil.*

Quod igitur Caligula omnibus promiſcuè magiſtratibus ſine provocatione judicandi poteſtatem conceſſit, in eo iniquam legem tulit, ſed & maieſtatem ſibi ademiſſet, niſi ſupplicationem reſervaſſet. Licet enim à præfecto prætorio non appelletur. διὰ τὸν ὄγκον ἢ τὸ ὕψος τῆς ἀρχῆς, *ut ait Theodorus Hermopolites*: tamen adverſus ejus ſententias ſupplicare licet, *l. ſi quis adverſus juncta authen. ſeq. C. de prec. Imp. offeren. l. un. C. de ſent. præfect. prat. §. noſtros autem Nov. 82. l. ult. §. 5. C. de temp appell.* & ſi princeps appellationem non receperit, nihilominus ipſi ſupplicare præcipit Ulpian. *l. Ei cuius §. non recepta de appell. reci.* Sunt enim diverſa remedia, ut docent Oldennort. *in tr. de re jud.* Rebuff. *tr. de ſupplicat. ſeu errorum propoſitionibus.* Kirchov. *in Comm. opin. verb. appellatur.* Supplicatio enim quæ & *querela recurſus & retractatio* ſeu ἀνάληψις *§. noſtros Nov. 82. l. cum quidam in fin. C. de fid. inſtrum. l. cum anterior §. 5. C. de tempor. & repar. appell. §. 1. in pr. Nov. 113. & διδασκάλικον* ſeu *διδασκαλία* dicitur, *Nov. 119. §. aliud ad hoc.* Gothofr. *d. Nov. 82. 113. 119. & d. l. un. C. de ſent. præf. prat. & in l. 4. C de prec. Imp. off.* reſpicit proprii erroris veniam, vel adverſarii circumventionem, ut docet Hermogenianus, *l. præfecti etiam prat. 19. ff. de minor.* appellatio verò iniquitatem vel imperitiam judicantium. *l. appellandi uſus in pr. ff. de appell. & relat.* Atq; ita in Anglia, licet à judicio XII. virorum appellatio omnis vetita ſit in criminalibus, aliud

7. *Remota appellatione, non removentur alia cōtra ſententiā judicis.*

tamen injuria gravato remedium datum eſt, quod vocant the repriving to the priſon, hoc eſt, reductionem ad carcerem, to declare te matter to the prince and obtayne after a time for the priſonner his pardon. In civilibus verò, licet appellatio itidem excluſa ſit, propoſitio tamen erroris & ſupplicatio, quam vocant ſupplication to the prince, and complaint to te Chanceller, non minus in uſu eſt, quam in aliis Rebusp. Smitius *lib.3. Reip. Angl. c.1.& 2.* In Galliâ licet à curiis maioribus non appelletur, tria tamen alia contra earum Arreſta remedia proponit Papo: *3. Notar. 10. c. des moyens contre arreſts & lib. 19. Arr. tit. 8. c. de la forme des jugemens & arreſts & remedes contr' iceux,* reviſionem ſcilicet, quæ fit ab alio ſenatu, propoſitionem erroris, quæ ad eundem remittitur & ſupplicationem, quæ adjungit novas exceptiones & productiones, vel dolo, vel ætate, vel errore omiſſas. Galli appellant *requeſte civile, ſupplication ou propoſition d'erreur, reviſion. Car la voye de nullitè n'a lieu en France par l'edict de Francois le premier donnè à Chantelou au Mois de Mars 1545.* Fontan. *in pract. Maſv. tit. de appell. gl. corp. Gall. lib. 7. tit. 6. & 11.* Chaſſan. *in proœm. Conſ. Burg. verb. de noz parlements num. 4.* In Camera Imperiali duo quoq; ſunt remedia *ex ordinat. part. 3. t. 53. § fin.* Syndicatus, qui ex dolo & malitia permittitur, & Reviſio, quæ ex imperitiâ. Utrumq; obtinetur ex beneficio Imperatoris & ſtatuum, cum literis ſupplicibus primū adeatur Archiepiſcopus Moguntinenſis, als deß Reichs Ertzcantzler / der ſolchs Keyſerlicher Majeſtat / auch den Churfürſten / Fürſten / Prelaten / Graffen vnnd Städten / ſo zu der Jährlichen viſitation verordnet / anzeiget / mit begehr / daß ſie ihre Commiſſarios ſampt ſeiner Liebd vnnd Keyſerlicher Majeſtat commiſſariis zu gebetner reviſion ordnen vnd ſchicken wollen. *In form. ordin. Camer. part. 3. tit. 53. § primo & fin* quod confirmatum fuit in comitiis Spirenſibus 1570. §. auß beſondern Anſehnlichen. Gail. 1. *obſ. 153. in fi. & obſ. 135. itid. in fin.*

Summa igitur jurisdictio, ſive per viam appellationis, ſive per viam ſupplicationis ſemper remanet penes ſummam maieſtatem, id quod Mecœnas Auguſto quoq; ſuaſit: *ipſe,* ait, *ſeorſum de cauſis, in quibus provocatione certatur, judicium facies, quæ à maioribus magiſtratibus, tutoribus, præfecto urbis, ſubcenſore, præſidibus provinciarum, annonæ procuratore & nocturnæ cuſtodiæ magiſtro ad te referuntur: Nemo enim ita merum imperium obtinere debet, ut non ab eo provocari poſſit.* Dion. *li. 52.* Ab ipsâ verò maieſtate ſtultum eſt putare, quod

8. *A maieſtate non appellatur.*

appellari poſſit. *l. 1. §. 1. à quibus appell. non licet, c. cuncta 9. q. 3.* Ad quem enim appellabitur? non ad eum, cujus par poteſtas eſt, quia parem non habet, nec appellatio verè ad eum datur, ſicut Aſconius, quando Cicero *act. in Verr. I.* Piſonem interceſſiſſe dicit, quod Verres aliter, quam edixerat, decreviſſet, malè notandum putat, appellationem cauſæ ad collegam factam eſſe, cum collegæ interceſſio tantum facta fuerit: ſed ad ſuperiorem, cum

appella-

appellatio ſemper procedat ab inferiori ad ſuperiorem, & ſupra oſtenſum ſit, maieſtate nihil eſſe ſuperius, niſi ab eadem ad ſeipſam putemus appellandum eſſe, quomodo Græcorum quidam à Philip. Macedonum Rege poto ad eundem ſobrium appellavit. Valer. Max. *lib. 6. c. 2. Ærod. lib. 2. rer. judi. tit. 42. n. 2.* & ab Imp. malè informato ad eundem meliùs informatum provocari poſſe argumento eſt *l. 1. § Quid ergo eſt? Quando appelland. c. biduum verſ. rurſus, ibi, Quia non adverſus principē 2. q. 6.* Dauth. *tract. de Teſtam. n. 36. in fin.* Quod enim ab Imperatore quidam ad Papam appellandum putent, alibi refutavimus, & negat ipſe Pontifex à judice ſeculari ad ſe appellari poſſe, *c. ſi duobus §. deniq; de appell. gl. in c. quoniam in verb. diſcrevit diſt. 10. & in c. cuncta in verb. de qualibet 9. q. 3.* quia in temporalibus non habet niſi caſualem jurisdictionem, *c. licet de foro comp.* ſeu in defectum, ut ait Anton. Roſell. *in tr. de pot. Imp. & Pap. in §. Cæſarem à nullo per d. c. ſi duobus.* Lancelot. *de Impera. li. 1. c. 1. §. 4. verſ. vigeſimo ſexto gl. in c. ad Apoſt. de re jud.* Hoſti. *in c. cauſam, qui filii ſunt legit. per d. c. cauſam, & c. per venerabilem eod.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 14.* Thom. Mich. *in diſp. de Iurid. Rom. Imp. th. 43. arg. tit. 7. pari. 2. Ordin. Camer ibi.* Doch dieſelben auß dem Reich. Matth. Stephan. 2. *Iurisd. c. 1. m. 2. num. 197.* Ludov. Molin. *tr. 2. de juſt. diſp. 29. concl. 1. §. ſecundò infero* Et Conradus Romanorum Rex Trajectenſes, quod ad Pontificem Rom. provocaſſent læſæ maieſtatis reos pronuntiavit: Otto Friſing. *de reb. geſt. Frider. Imp.* Henricus III. etiam ſacerdotibus Turingis extrema omnia minatus eſt, ſi ad Pontificem, ut dicebant, provocare pergerent Sigon. *lib. 9. hiſt. Ital.* Ultima igitur provocatio indubitatum maieſtatis argumentum eſt, quia fundatur in ſupremâ jurisdictione, quæ ſi in ſummitate ſuâ conſideretur, provocationem parit, quia, ut ait Plin. *ad Veſpaſ. in præf. ſummum quisq; cauſæ ſuæ judicem facit, quemcunq; eligit, unde provocatio appellatur.*

Ad papam ab Imperatore no appellatur.

Si verò alias de ſe propaget jurisdictiones ad Remp. gerendam, aliud jus producit, nimirum, magiſtratuum creationem, quæ nihil aliud eſt, quā conceſſio jurisdictionis particularis in ſubditos. Diſtinximus enim ſupra, inter nudam electionem ſeu nominationem, & inter conceſſionem poteſtatis. Hæc enim ſoli maieſtati reſervatur, illa etiam magiſtratibus communicari poteſt. Judicum enim collegiis ſæpè videmus dari poteſtatem cooptandi collegas, quam Ludovicus XII. ſtatuens, ut conſiliarios curiarū electuri jurent in manus præſidentis, proprio nomine appellat, *Election & Nomination li. 1. Corp. Gall. tit. 12. l. 7. §. 2.* Confirmationem enim Philippus VI. ſibi reſervarat *in edicto anni 1344.* Tempore, quo Longobardi dominabantur Italiæ, ſenatus Rom. retinuit poteſtatem eligendi Senatores & magiſtratus, quam Caſſioderus vocat *judicium Senatus, li. 1. 2. 3. Var.* quaſi electionem iſtam pro commendatione tantum haberet, nullius autoritatis futura, niſi Regis accederet conſenſus. Cum Germani eandem ſuæ ditionis

9. *Diſtinguitur inter nominationem & cōſtitutionē magiſtratuum.*

feciſſent, civitatibus copiam fecerant conſules ſibi conſtituendi, alioſve magiſtratus, ſed quos nuncii Imperatoris ratos haberent, accepto ab iis juramento, ſicut Otto M inſtituit, Sigon. *lib.7. Ital. hiſt.* & Fridericus I. confirmavit. *6. un. §. privilegia de pac. Conſt.* Otto Friſing. *in reb. geſtis Friderici.* Quin etiam magiſtratibus ea cura ſæpè demandatur, ſicut Carthaginenſium πενταρχίαι à populo electæ Centumviratum viciſſim eligere ſolitæ ſunt, qui maximus omnium magiſtratus apud eos fuit. Ariſt. *2. polit. c.11.* Apud Romanos Cenſores poteſtatem habebant legendi Senatum, ſicut App. Claudius & C. Plantius, cum Senatum recenſerent, etiam libertini generis homines allegerunt, quod ſequentis anni Conſules reſciderunt apud populũ. Liv. *lib.9.* M. Sempronius Sophus, Valerius M. Senatum quoque legerunt, & 13. Senatu moverunt. Flor. *in Epitom. li. 18.* C. item Flaminius, & L. Æmilius, Liv. *lib.23.* Item C. Claudius & M. Livius, qui ſeptem notarunt, & principem ſenatus legerunt Q. Fabium Maximum, Liv. *lib.29. in fin.* Item Cato & Valerius, qui amotis compluribus primum locum ipſi Valerio dederũt. Plut. *in Cat. Maj.* Quin etiam M. Fabius Buteo Dictator ad id à C. Terentio conſule nominatus, exhauſtum infauſtis pugnis Senatum ſupplevit, centũ ſeptuaginta ſeptem, cum ingenti approbatione omnium, in ſenatum lectis, Liv. *lib.23.* M. Æmilius Lepidus & M Fulvius fideli concordiâ ſenatum legerunt, & tribus inde ejectis M. Æmilium principem conſtituerunt, Liv. *lib.40.* Titus Quintius Flaminius, & M. Claudius Marcellus ſenatum legerunt, à quibus princeps in ſenatu tertiũ lectus Scipio Africanus. Liv. *lib.38.* Huic rei Auguſtus triumviratum creavit. Suet. *in Aug. cap.37.* Permittitur etiam interdum collegæ, ut collegam ſibi ſurroget, ſicut P. Sempronius tribus pleb. in oratione contra Claudium Cenſorem meminit, L. Papyrium curſorem, demortuo C. Julio Cenſore, ne abiret magiſtratu, M. Cornelium Maluginenſem collegam ſibi dixiſſe. Liv. *lib.9. Defuncto aliquo Pontificum,* ait Halycar. *lib.2. in ejus locum ſufficitur alius, non à populo delectus, ſed ab illis ipſis, qui omnium civium maximè idoneus viſus fuerit.* Sed hoc non eſt magiſtratus creare, quos qui creat, iiſdem dat poteſtatem ad eorum officium requiſitã, quæ à ſolâ majeſtate dependet.

10. *Præſentia majeſtatis facit quieſcere magiſtratum.*

Ideoque ſicut creato Dictatore, reliqui magiſtratus exceptis tribun. pleb. magiſtratu ſe abdicabant, Plut. *in probl. Rom.* aut, *ut idem in Camill.* nihil valebant: Ita ratio majeſtatis exigit, ut, dicente Gunthero *lib.2.* princeps

præſens quaſi maximus omnia judex
Claudere jura manu cunctaq; recidere lites
Debeat, atq; omnis judex, omnisq; poteſtas,
Atq; magiſtratus ipſo præſente quieſcant.

Iura & magiſtratus ait Fridericus I. *à nuncio noſtro accipiant, ſi præſentes fuerimus, à nobis ipſis, §. privilegia de pac. Conſt.* quod quidem etiam ſecundum jus Saxonicum obſervatur

tur: *art. 60. lib. 3.* In welche Statt der König kompt/da ſind jhm alle Gericht geöffnet/vnd muß der Vnterrichter nichten inhalten. Zobel. *part. 1. differ. 1.* In jure Romano tum demum, ſi Rex proprio motu cauſam ad ſe vocet. Vital. de Cambanis *in tractat. clauſularum, clauſula: Quod non ſit melior conditio occupantis, col. ult. per l. judicium, 58. de jud. gl. ult. in c. ut noſtrum de appellat.* Magiſtratuum enim autoritatem excludit præſentia principis, in quo eſt plenitudo jurisdictionis & imperii, cujus argumentum olim erat gladius & pugio, Inſignia Imperatoria, quibus magiſtratibus omnibus non erat uti permiſſum. Pro prætori enim præfectove non licebat gladio ſe accingere. Dion. *li. 53.* Et Piſo accuſabatur, quod cũ gladio in curiam introiiſſet. Tacit. *Annal.* imò Teridatem Armeniæ Regem, cum regnum à Nerone petitum veniret, juſſerunt præfecti gladium diſcingere, alioquin ad ſalutationes Imperatoris non admittendum, quod is tamen, qua erat aliàs animi abjectione, facere recuſavit. Dion. *lib. 63.* At Auguſtus, cum ſenatum recenſeret, ferro cinctus præſedit. Suet. *Auguſt. lib. 35.* Commodus Imperator à militibus ſalutatus, & per vicos circumlatus gladium D. Julii manu tenebat, detractum delubro Martis, & in prima gratulatione ſibi à quodam porrectum, ex quo Clapmar. *lib. 1. de arc. c. 17.* exiſtimat fluxiſſe conſuetudinem curiæ tradendi regna per gladium, cui addo, quod & præfecto prætorio munus tradi ſolitum fuerit cum gladio, quomodo Trajanum dixiſſe refert Xiphilin. *è Dion.* cum illi gladium commendaret: *Accipe gladium, quo, ſi juſtè imperavero, pro me, ſi injuſte, contra me uteris.* Erat enim hæc Imperii nota, prout clarè oſtendit Tacit. *lib. 3. hiſt. in fin.* quando ſcribit: *Vitellium ſenatui imperium redditurum, aſſiſtenti Conſuli, exolutum à latere Pugionem, velut jus vitæ necisq; civium tradidiſſe.* Item Sueton. qui ſcribit, *Galbam, ut Cæſaris appellationem ſuſceperat, iter ingreſſum eſſe paludatum, & dependente à cervicibus pugione ante pectus: in Serv. Galb. c. 11.* nec non Dion. *li. 58. Auguſtus*, ait, *à ſe deſignatis etiam hoc tribuit, ut gladium & jus capite plectendi milites haberent.* Ejus loco geſtaſſe Reges Benomotapæ in Æthiopiâ jaculum, teſtis eſt Oſorius, *lib. 1. de rebus Ind.* Id vero apud ſolam majeſtatem manet, magiſtratibus precariò datur, ideoque meritò magiſtratuum creatio inter jura majeſtatis reponitur, *in c. un. ibi, poteſtas conſtituendorum magiſtratuum ad juſtitiam expediendam, de Regalibus*, quam inter majora Regalia meritò commemorat Caſtald. *tr. de Imp. q. 110. caſ. 17.* Vultej. *de feud li. 1 c. 5. n. 7.* Zaſ. *Epitom. feud. part. 5. n. 14.* Reliqui unà cum cæteris ponunt & explicant, Iſer Bald. Alvarott. Præpoſ. *ad §. dict. verſ. magiſtr. in d. c. un.* Sixtin. *de Regalibus c. 17.* Borcholt. *de Regalibus n. 86.* Roſenth. *c. 5. feud. concl. 87.* Caſp. Anton Teſſaur. *fil. in addit. ad præfat. deciſion. patern. ad n. 13.* Matth. Steph. *2. de iurisd. c. 1. m. 2. n. 69.* Martin. Land. *in notis ad c. 1. quæ ſint regn. facit etiam § judices*, & ibi Bald. Rav. *de pac. ten. & jur.*

Inſignia poteſtatis in principe Rom.

firm. quamvis ſatis negligenter, cum tamen vix aliud in toto capite Regalium, dignitate, utilitate, nobilitate, huic æquale nominetur.

Cur ſoli magiſtratus ad juſtitiã exprimãtur in c. un. quæ ſint regal.

Non exprimit quidem Imperator *in d.c.* niſi magiſtratus ad juſtitiam, quia, ut ſupra ex hiſtoriis ejus temporis diduximus, non complexi erant JCti Bononienſes, niſi ea regalia, quæ dubium erat, Utrum Imperatori deberentur: Sed planum eſt, & conſtat ex hiſtoriis à tempore Othonis M. usque ad Rudolphum Habſpurgenſem, mitti ſolitos nuncios, miſſos vel Vicarios Imperatorum in Italiam, qui reliquis magiſtratibus præeſſent, eorumque res geſtas examinarent. Imò Imperator ipſe *in c. 1. §. Iudices de pac. jur. firm.* non tantum judices, ſed & locorum defenſores, & quoscunq; magiſtratus, voluntate ſuâ conſtitui teſtatur, & Radev. *lib 2. c. 5.* Mut. *lib. 18. Chron.* Sigon. *12. hiſt. Ital.* Duces Marchiones, Comites, Conſules à Friderico jure Regalium creatos referunt, quorum officium ad plura extenditur, quam ad exercendam juſtitiam.

An majores vel omnes magiſtratus creare debeat majeſtas.

Revera enim omnium magiſtratuum creatio ad hoc jus pertinet, inprimis tamen ſuperiorum, & ut vult Molin. *in conſuetud. Pariſ §. 1. gl. 5. n. 58.* regiorum, quem immeritò reprehendit Roſenth. *d. concl. 87. in lit. A.* quia eorum magiſtratuum creatio inter Regalia numerari debet, quæ majeſtati ſoli competit, nec magiſtratibus jure ſaltem ordinario communicatur. Statutorum enim promulgatio quia & civitatibus, ſubditis & collegiis competit, inter Regalia non recenſetur, ut nec alia minutiora, ut poteſtas multandi, coercendi, & quæ ſunt ſimilia, licet mediatè à majeſtate dependeant. Sicut enim Plato gubernationem mundi ita diſtribuit, ut ſummus ille Deorum moderator & arbiter, ſummam rerum, præeminentiæ ſuæ congruentem ſibi ſumat, reliqua inter minores Deos diſpertiatur: ita majeſtas non niſi ſumma, ſuaque excellentia digna ſibi reſervare, reliqua magiſtratibus permittere debet; ſecus atque Athenienſes facere conſueverant, qui non mittebant in provincias ſociasve civitates prætores, præfectos, legatos, ſed omnes Athenas venire, indeque jus petere cogebant. Xenoph. *de Republ. Athenienſ.* Neque etiam Halycarnaſſæus audiendus, *li. 4.* qui Servium putat dimidium potentiæ regiæ detraxiſſe, quod privatas cauſas, quas, qui ante præfuerant, reges ipſi audire ſolebant, privatis judicibus diſceptandas committeret, cum id unumquemque principum, qui & dignitati ſuæ & Reipubl. conſulere velit, facere oporteat, quomodo Mecœnas conſuluit Auguſto, *ut cætera magiſtratibus permitteret, de majoribus ipſe cognoſceret.* Dion. *li. 52.* Extat apud Tacit. *3. Annal.* non inelegans Tiberii Epiſtola ad ſenatum, quâ de minorum rerum cura ſe excuſat, easque ad magiſtratus deferri poſtulat, *ſe nec ædilis, nec oratoris, nec conſulis partes ſuſtinere: majus aliquid & excelſius à principe poſtulari:* & paulò ante idem ſenatus die caſtigarat per literas obliquè patres, *quod cuncta curarum ad principem reiicerent: M. Lepidum &*

Iunium

Digitized by Google

Iunium Blaſum nominans tantum, jubensq́; ipſi ſenatores ex iis proconſulem Africæ legerent. Tacit. *3. Annal.* Pertinet ad Pontificem collatio omnium beneficiorum, *c. cuncta per mundum 11. q. 3.* quippe, cui cenſentur beneficia totius mundi manualia, ſecundum Bald. *in l. reſcripta C. de prec. Imp. offer.* & tamen minorum officiorum provisio Epiſcopis demandata eſt, *tot. tit. de off. ord.* ad quos pertinet, *ut ait Leo Papa, regere Eccleſias per ſacerdotes & cæteros clericos, ut ſibi neceſſarium viſum fuerit, Eccleſiaſticâ utilitate cogente; c. regenda junctis, c. ſeqq. 10. q. 1.* Sic à prætore judices, à proconſule legati, aliique magiſtratus inferiores dicebantur. Soli vero majores magiſtratus, Conſules, proconſules, prætores, Cenſores, ædiles, ab Univerſo populo creabantur. *Me non extrema tribus ſuffragiorum,* ait Cic. *pro l. Agrar. ſed primi illi veſtri concurſus, neq; ſingulæ voces præconum, ſed unâ voce Univerſus populus Rom. conſulem declaravit.* Ita enim idem in legibus Reipubl poſuerat. *Creatio magiſtratuum, judicia, populi juſſa, vetita, cum ſuffragio, conſciſcentur, optimatibus nota, plebi libera ſunto, lib. 3. de ll.* quod ille expreſſit ex legibus Romuli, qui majorum magiſtratuum creationem ad Curiata Comitia rejecerat. Halic. *lib. 2.* Servius vero ad Centuriata à ſe inſtituta traduxerat, Halic. *lib. 4.* penes quæ in liberâ rep. perpetuò manſit, adeò ut etiam M. Attilii, & C. Martii rogatione tribuni militum ſenideni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum & Conſulum fermè fuerant beneficia: ſimulque Duumviri navales, claſſis ornandæ reficiendæque cauſa ab eodem populo juſſi ſunt Deciana rogatione. Liv. *lib. 9.* Nec ſenatus L. Marcii tribuni militum, qui reliquias duorum exercituum, P. & Cn. Scipionū, quos arma Pænorum in Hiſpaniâ abſumſerant, diſperſas mirâ virtute collegerat, earumque ſuffragiis dux erat creatus, literas agnoſcere voluit, quibus præſcripſerat: *L. Martius propr.* quoniam duces à populo non à militibus creari ſolerent. Valer. *lib. 2. c. 7.* Niſi enim à majeſtate conſtituerentur, unde haberent poteſtatem & Juriſdictionem? Minori quidem magiſtratui ſuperior, delegato delegans, mandato mandans ſuæ poteſtatis ἐνέργειαν, communicat. Sed ſi quæ poteſtas major eſt, vel novè inſtituitur, vires à nemine accipere poteſt, niſi à majeſtate, quippe quæ ſola omnem in ſe poteſtatem continet.

Ideoque & hoc jus cum Imperio ceſſit Imperatoribus, poſtquam omnis poteſtas in eos transfuſa fuit. Julius enim Cæſar, firmatâ Tyrannide, ſenatum ſupplevit, patritios allegit: Prætorum, Ædilium, Quæſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum ampliavit. *Aliam enim rationem,* ait Dion. *lib. 43. præſtandi, ea, quæ multis multa promiſerat, non habebat.* Judicia ad duo genera redegit judicum, equeſtris ordinis ac ſenatorii: tribunos ærarios ſuſtulit. Sueton *c. 41. Omnes enim magiſtratus,* ait Dion. *lib. 43. ejus poteſtati, etiam plebejos, permiſerunt, ut que ſolus milites haberet, ſolus publicas pecunias curaret,* 12. *Imperatores conſtituerūt magiſtratus. Cæſar.*

curaret, juſſerunt, quibus verbis ſine dubio ſummæ poteſtatis jura comprehendere voluit. Nam Polyb. *lib.3.* ut diſtribueret, jura majeſtatis in Rep. Rom. inter Conſules, ſenatum & plebem, ex his tribus à Dione propoſitis, poteſtatem armorum & militum potiſſimum aſſignat Conſulibus, pecuniarum & ærarii curam ſenatui: *Populo vero pars*, inquit, *aliqua relinquitur, eaq; graviſſima. Etenim ſolus ille cum honorum, tùm ſuppliciorum in Rep. poteſtatem ſortitus eſt, quibus ſoliu & potentatus & politia, ac in ſumma univerſa mortaliũ vita continetur.* Vides, quantum Polyb. huic capiti, in quo principatus & magiſtratus contineri ipſe explicat, tribuat, ſine quo majeſtatem nemo habebit, niſi mancam mutilamque. Proinde Ariſtides, ut univerſus populus poteſtatis capax eſſe poſſit, voluit, ut illius voce magiſtratus mandarentur, nullâ habitâ vel divitiarum vel paupertatis ratione. Plut. *in Ariſtid.* Et Mecœnas in eà oratione, quàm de retinendo imperio ad Auguſtum habuit, dicit: *Hos magiſtratus*, intelligit autem majores, *omnes ipſe conſtitues, neque plebi aut populo poteſtatem eorum creandorum permittes, contentionum vitandarum cauſa, neq; ſenatui, cum ita futurum ſit, ut per ambitum petantur: magiſtratuum autem poteſtatem, antiquitus iis conceſſam, nequaquam ſervabis, ne eodem res recidat, ſed honore eorum integro relicto, tantum potentiæ detrahes, ut neq; dignitas eorum diminuatur, neque novi aliquid moliendi facultas ulla adſit.* Dion *lib.52.* Neque defuit conſilio Auguſtus, qui non tantum veteres magiſtratus ſuâ autoritate refecit, ſed etiam, quo plures partem adminiſtrandæ Reip. caperet, nova officia excogitavit, curam operam publicorum, viarum & aquarum alvei Tiberis, frumenti populo dividendi, præfecturam urbis: Triumviratum legendi ſenatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum, quoties opus eſſet: Cenſores creari deſitos longo intervallo creavit, numerum prætorum auxit. Sueton. *Aug.c.37.*

Auguſtus.

Quanquam non ſubitò id egerit, ex ejusdem Mecœnatis conſilio, partim propter inſtitutorum patriæ memoriam, partim, ne protinus immutare Reip. ſtatum videretur Dion. *lib.52.* Non enim *citò mutantur Reſp.* ait Ariſtoteles *4. polit.c.5. ſed contentos oportet eſſe homines parvâ potentiæ acceſſione.* Id quod monendum putavi, ne quis fucatis vel hujus vel Julii Cæſaris, vel Tiberii ſophiſmatibus moveretur, quando videt hunc imperium quaſi de manu populi recipere, ad ſenatum plæraque referre, ab eoque admonitum conſilium mutare, tribunum plebis ſe facere, omniaque (ſicut & Mecœnas ſuaſerat) ad formam priſtinæ Reip. agere: Julium verò Cæſarem comitia cum populo partitum fuiſſe, ut exceptis conſulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidiâ, quos populus vellet, pronũciarentur, pro parte altera, quos ipſe dediſſet: Edidiſſeq; per libellos circum tribus miſſos ſcriptura brevi: *Cæſar Dictator illi tribui: Commendo vobis illum & illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant.* Suet. *in Cæſ.c.41.* Nam licet

Sophiſmata utriusque.

reliqui,

reliqui, præter Conſules, magiſtratus in ſpeciem quidem à plebe, verba ſunt Dion. *lib. 43. & populo ſecundum inſtituta majorum deligerentur, recuſante Cæſare id muneris, ut ipſe eos conſtitueret: attamen revera per ipſum creabantur, ac ſine ſorte in provincias ibant.* Conſulatus vero licet in Comitiis, tamen ex arbitrio Cæſaris dabantur, ſicut tum alias, tum verò maximè patuit, cum ante revolutum annum, conſulatum à ſe abdicatum Q. Fabio & C. Trebonio daret, illique extremo magiſtratus ſui die mortuo ſtatim in reliduas horas C. Caninium ſubſtitueret, in quem jocatus Cicero, cum frequentes eum ſalutatum irent multi, *properemus,* inquit, *priusquam magiſtratu homo abeat.* Plut. *in Cæſ.* aut ut Dion. *lib. 43. Tanta fortitudine & cura uſus eſt conſulari ſuo magiſtratu, ut ne breviſſimum quidem in eo ſomnum viderit.* Sic enim Cicero ipſe de eo ſcribit *ad Curium: Ita, Caninio Conſule, ſcito neminem prandiſſe, nihil tamen eo conſule mali factum eſt. Fuit enim mirifica vigilantia, quo ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit. lib. 7. epiſt. 30.* De eodem dicebat, *quæſitum fuiſſe: Quibus conſulibus conſul fuiſſet,* & alius quidam jocabatur: *Ante flamines, nunc conſules Diales ſunt.* Macr. *lib. 2. Saturn. c. 23.* cui exemplo non niſi unicum ſimile refert alicubi Tacit. Dupliciter autem hâc in re prævaricatus eſt Cæſar contra inſtituta majorum: quod conſulatum non toto anno, neque omni reliquo anni tempore geſſit, ſed ipſe vivus, ac neque legibus patriæ, neq; edicto quodam juſſus, eo ſe abdicavit, aliumque ſubrogavit: deinde quod is Caninius ſimul & conſul creatus eſt, & geſſit magiſtratum & depoſuit, quod quid eſt, ſi non ludos facere magiſtratum. Auguſtus verò populares magiſtratus ineundo, potentiam omnium rerum ad ſe perduxit, quæque apud magiſtratus erat precaria, propria ſibi fecit ac ſuprema, eoq; ipſo tempore, quo provincias ſenatui concedebat, in eas magiſtratus, quos vellet, mittebat. Dion. *lib. 53.* Solum illud, quod non tàm populare, quàm regium putandum eſt, ex conſilio Mecœnatis retinuit, ut permulta ad Univerſum ſenatum referret, deque ejus conſilio magiſtratus inſtitueret. Nam & *Remp.* ait Mecœnas, *communi conſilio adminiſtrari par eſt., & natura ſuapte homines gaudent iis, quæ tanquam conditione æquales à majori adipiſcuntur: omniaque quæ iis cum illorum conſilio decernit, tanquam propria laudant, ac tanquam ultrò à ſeipſis ſtatuta diligunt.* Dion. *lib. 52.*

Cōſulatus Caninii.

Non igitur ſtatim, ut magiſtratus in Comitiis univerſalibus creari videmus, comitiorum eam poteſtatem eſſe putabimus, ſed tùm demùm, quando & ab iisdem poteſtatem & jurisdictionem recipiunt, ſicut in Polonia Palatinos & Caſtellanos à ſuis quosque terris ſeu diſtrictibus, inſcio aut ſaltem non repugnante rege, ad ſummam poteſtatem evehi videmus. Priluſ. *in ſtat. Polon.* aut ut Germanorum principum ſex conventus unà cum Imperatore & ſex Electoribus, judices, aſſeſſores, & viſitatores ſeu commiſſarios Cameræ Imperialis conſtituunt. *Ord. Camer. part. 1. tit. 2. In comitiis*

13. *In comitiis vel ſenatu creati magiſtratus, non ſtatim in ſe poteſtatē nanciſcuntur.*

Conſtantienſibus ann.1507. Verum Palatinus Pannoniarum, cujus par eſt poteſtas, atque olim apud Francos Majoris domus, aut apud Imperatores præfecti prætorio, licet in comitiis eligatur, poteſtaté aliundè non habet quàm à rege, qui ipſi leges dat, ſicut à Matthia Rege præpoſiti articuli Emerico Comiti Scepuſienſi docent, quem & ipſe Matthias Michaëli Orſagh ſubrogaverat. Et eundem Michaëlem ſi Bonfinio *credimus Dec.4.li.1.* ob magna in ſe & anteceſſores ſuos merita ad eandem dignitatem evexerat Matthias, quem tam fidelem ſibi expertus eſt, ut cum reliqui proceres à Rege, excepto uno atque altero, omnes ad Caſimirum Polonum deficerent, ipſe ſolus Regis partes ſuſtineret. Atqui ſi ejus auctoritas ab autoritate procerum dependiſſet, nunquid abdicari potuiſſet ab officio, & alius contra Regẽ creari? nunquid eâdem autoritate potuiſſet populus uti erga Nicolaum Garam, cum memor dignitatis à Ludovvico acceptæ, Eliſabetham Mariamque matrem & filiam tàm ſeveriter contra omnium voluntatem tueretur: Bonfin. *dec.3.lib.1.* Etiam Mareſchalli Franciæ propter juramentum regi præſtari ſolitum *ſont tenuz de faire autre ſerment en la Cour de parlement par l'ordonance du Roy Henri.III. aux eſtats de Blois 1579.* Du Tillet *en ſes memoires.* Nec tamen autoritatem à Curiâ habent, ſed à ſolo Rege perinde, ut comes ſtabuli, cui ſolus Rex officium & poteſtatem dat, ſicut Franciſcus I. oſtendit iis literis, quibus Montmorancio id officii concedit. Du Haillan *liv.4. de l'eſtat des affair: de Franc. liv.1. du corps du droict. Franc. tit.18. l.4.* Hoc vero jus Imperatores ab initio quidem ſibi vindicarunt, ſed eo ſenſim apertius uſi ſunt, donec tandem Tiberius ruptis repagulis, ſublatisque æmulis, quos timebat, non tantum præfectos, quod juris Imperatorii ſemper fuit, ſed etiam Conſules & reliquos majores magiſtratus ſuo arbitratu abdicaret, aut conſtitueret, quod nemo manifeſtius Dione docuit *l.58. hiſtori: Aliis,* inquit, *longius, aliis brevius tempus ejus honoris conſtituebat, idq; ipſum aliis contrahebat, aliis prorogabat. Nam etiamſi quem ad totum annum conſulem creaſſet, mox eo depoſito, alium iterumq; alium ſubindè ſubrogabat. Eo modo conſulatus ferè toto ejus imperii tempore habitus. Eorum vero qui cæteros magiſtratus peterent, electos, quot videbatur, in ſenatum miſit, alios ei commendans (idq; omnium ſuffragia auferebat) alios petitioni, profeſſionique, & ſorti permittens: tum ad populum plebemq; qui utroq; modo candidati erant magiſtratuum, progreſſi, antiqui ritus cauſa, cujus nunc etiam imago extat, deſignabantur.* Quâ de cauſa meritò dixit Ictus: *lex ambitus hodiè ceſſat, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi favorem, l.1. in pr. ff. ad l. Iul. de ambit.* quod ad omnes Monarchias transferendum eſt. Apud Scotos lex eſt, referente Hect. Boet. *li.12. Hiſt. Scot. In profanis rebus nemo jus dicito, niſi quem juri dicendo majeſtas regia præfecerit. Solius regis nomine jus omne redditor, conventus indicuntor, concilia convocantor. Ne quis aliâ, quàm regiâ autoritate magiſtratum obtineto.* Apud Hiſpanos bona lex eſt, *l.1. & 2.*

Tiberius.

Lex Scotorum.

Hiſpanorum.

& 2.tit.1.li.3.ord. quæ Univerſam jurisdictionem attribuit regi, ſine cujus mandato exerceri non poſſit. Sed & multa aliæ ſunt ſimiles, quas adducunt Petr. Avendanius *in tr. de mand. Regu exeq c.1.* Covar. *c.1. pract. qq. n.9. c.4 n.3. & part 2. relect c. poſſeſſ. mal. fidei §.3. n. 3.* indeque concludunt populis regni Caſtellani jus non eſſe conſtituere ſibi magiſtratus aut judices, niſi quatenus privilegium ex liberalitate regis obtinuerint, aut eam poteſtatem præſcriptione acquiſiverint. Apud Gallos idem teſtatur Chaſſaneus *conſuet. Burg. des juſtices §. Et droicts d' icelles n.101. & ſeqq.* quod rex non tantum nova poſſit creare officia, quodque omnis penes eum ſit jurisdictio, ſed etiam quod omnes inferiorum jurisdictiones, quæ ſunt in regno ſuo, revocare poſſit & reducere ad jurisdictiones Regales. Greg. Tholoſ. *li. 9. de Rep. c. 1. n. 36.* Atque hoc notant Dd. *in l.1. ad fin. ff. de jurud. om. jud.* Iſern. *in proœm. conſtit. Neapol.* & ibi Afflictus *q.3. per l.1. ff. de conſt princ.* jurisdictionem in imperio præſumi eſſe penes principem, à quo derivetur in reliquos magiſtratus, adeò ut Zonaras rectè dixerit: *Creatio magiſtratuum pars maxima eſt muneris Imperatorii.* In more enim poſitum fuiſſe Imperatoribus, ut imperium ingreſſi, magiſtratus honoresque aliis confirmarent, aliis auferrent, nemini ignotum eſſe poteſt, & liquet ex Plin. *10. epiſt. ex l. ſed & reprobari §. Eſt autem 8. ff. de excuſ.* idque obſervari in Gallia ſub inaugurationem novi Regis, ritus inaugurandi teſtatur, & Papo. *li. 4. Arr. tit. 1. Arr. 4.* Gregorius Tholoſanus *de Republ. li. 9. c. 1. n. 34.* imò ut intelligeretur, curiæ majoris autoritatem non aliundè quam à Regiâ voluntate dependere, quotannis jurisdictio ejus confirmari ſolet à Rege ad feſtum D. Martini, quando parlamentum, ut vulgò loquuntur, aperitur Guagni: *li. 3.* Budæ. *ad l. ult. de ſenat.* Si enim magiſtratus non haberet poteſtatem ſuam ab Imperatore ſeu majeſtate, à quo habebit illam? An à ſeipſo? Atque hoc repugnat conditioni magiſtratus, quem Feſtus à magiſtro, quod idem eſt, ac guberno, derivat, quaſi diceret, magiſtratum dici, quaſi gubernatum ab alio. Et volunt ICti pæna legis Juliæ majeſtatis puniendum, qui magiſtratum in ſe ſumpſerit propria auctoritate: Guid. Pap. *conſ. 29. in pr. incipiente. Ille incarceratus.* Chaſſan. *in conſ. Burg. des juſtices Verſ. Et droicts d' icelles n.45.* quo nomine App. Claudius accuſatur à trib. pleb. *quod triennium & ſex menſes ultrà quam liceret lege Æmiliâ, cenſurâ, & quidem ſolus, gereret. Hoc enim jam regno ſimile eſſe:* ſimulque obiicit illi Decemvirum ex eâdem familiâ, *qui in annum creatus, altero anno ſeipſum creaverit, tertio nec ab ſe, nec ab ullo creatus, privatus, faſces & imperium obtinuerit, nec ante continuando abſtiterit magiſtratu, quàm obruerent eum malè parta, malè geſta, malè retenta imperia.* Liv. *li 9.* L. quoque Manlio Auli filio, cum Dictator fuiſſet, M. Pomponius Tribunus pleb. diem dixit, quod paucos ſibi dies ad Dictaturam gerendam addidiſſet. Cic. *3. Off. ad fin.* Nec dubitat Cicero Syllæ Dictaturam, in quâ, *ut ait* Plut. ſeipſum conſtituerat, nunc regnum Syl-

Gallorū.

Imperii.

14. *Magiſtratus nequit aliunde poteſtatē trahere quam à majeſtate.*

Digitized by Google

lanum, *li. 8. ad Att. ep 11.* nunc crudeliſſimam tyrannidem vocare, *1. de legibus* idem dicturus de Cæſaris Dictatura & continuatis imperiis Auguſti, cui, cum cunctaretur ſenatus conſulatum ante annos tradere, Cornelius Centurio princeps legationis Auguſti, rejecto ſagulo, oſtendens gladii capulũ, non dubitavit in curiâ dicere: *Hic faciet, ſi vos non feceritis.* Sueton. *in Auguſt. c. 26.* Pelopidas & Epaminondas capitis accuſati ſunt, tantum, quod magiſtratum quatuor menſes amplius, quàm lege licuiſſet, rei melius gerendæ cauſa, injuſſũ populi retinerent. Plut. *in Pelop.* Idem enim eſt *exercitum propria autoritate conſcribere, aut traditum ultra legitimum tempus retinere, l. lex XII. tab. § eadem ad l. Iuliam majeſt.* ubi etiam majeſtatis tenetur, *qui privatus pro poteſtate magiſtratuve quid ſciens dolo malo geſſerit.* Multò minus vero accipiet poteſtatem ab alio, quia illius magiſtratus potius dicetur, quàm hujus; nec patietur princeps unquam, ut externæ maieſtati imperium aut jurisdictio concedatur in ſuos ſubditos, ſicut Wilhelmus Rufus Angliæ Rex, cum Anshelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus Româ pallium petere, Pontificisque Romani juriſdictionem agnoſcere vellet, ne id faceret, ſeriò prohibuit: *Se enim non habiturum ullum æqualem in regno.* Paris *in Wilhelm.* Nec unquam confuſior extitit Reſp. Roman. quam cum *tribuni plebem,* ut dicebat Cincinnatus, *quaſi ſeparatum populum, ſeparatam patriam à patribus feciſſent,* Liv. *li. 3.* ſuisque magiſtratibus, quos peculiari ſuâ auctoritate ſibi conſtituiſſent, in alienos cives, puta in patritios, imperium eſſe vellent.

15. Rectè igitur Saluſtius Criſpus ad Liviam: *eam eſſe conditionem imperandi, ut non aliter conſtet ratio, quam ſi uni reddatur.* Tacit. *1. Ann. in pr.* Nec enim aliter ſalva poteſt eſſe Reſp. quàm ſi omnis jurisdictio ſit penes unam majeſtatem, & ab eâ in omnes non tantum magiſtratus, de quo jam ſatis diximus, ſed & reliquos principes & civitates inferiores promanet. Eò enim excrevit hodiè potentia principum, ut dignitates & imperia non minus propria ſibi vendicent, ac ſi reges eſſent aut Imperatores, nec eſt, qui non illud in ore habeat: *Capitaneum Regis in ſuo territorio habere poteſtatem Regis.* Caſtrenſ *conſ. 34. Incip ſuper primo dubio in 2. part. ubi dicit, eum ſtatuta quoque poſſe condere generalia, juri communi derogantia.* Ruin. *conſ. 48. incip. Videretur fortaſſis ad fi. li 4. ubi dicit, quod L. benè à Zenone. C. de quadr præſc. in eo locum habeat.* Cuno *de pact. c 6. n. 246.* Bald. *in conſ. 363. li. 1.* Socin. Jun. *in com. op. collectis per* Eraſ. Muſcul. *lit. I. n. 16. ex conſ. 7. n. 10. li. 4.* Roland. à Vall. *conſ. 86. n. 20. cum ſeq li 1.* quod tamen errore introductum, receptum & probatum putat Borcholt. *c. de Regal. n. 37. in fin.* Conſtat enim, qui hodiè Duces ſunt, Comites, aut Marchiones non aliam ab initio, quàm magiſtratuum dignitatem habuiſſe. Sonsbec. *de feud. part. 1. n 42. ex c. un. de feud. March.* id quod vel ipſa nomina, quæ adhuc reliqua ſunt, indicant. Nomẽ enim, Grave ſive Graph ut ſcribit Aventin. *in Catal. nom. German.* & Amerbach. *in Epiſt. ad Zaſ.* iisdem teſti-

Capitaneus in ſuo territorio an habeat jus Regis.

Digitized by Google

teſtibus, antiqua lingua Germanica ſignificat judicem, ex quo illud in legibus Ripuariorum *cap. 55. & 90. ſi quis judicem fiſcalem, quem Comitem vocant, interfecerit.* Comitum enim nomen prioribus Imperatoribus ignotum, à *Quid Comites.*
Conſtantino dignitatis nomine dari ſolitum, paulò poſt ad officii poteſtatem deſumtum fuit, quomodo *Comes ſacrarum largiti. num, Comes ſacri patrimonii, Comes rerum privatarum, Comes orientis, Comes rei militaris, Comes qui provincias regit. lib. 1. & 12. Cod.* imò ipſe navarchus comes dictus fuit, ut ex Euſtathio Homeri interprete docuit Cujac. *ad c. un. de iis, qui feud. dar. poſſ. li. 1.* generaliterque præfecti nomen abiit in nomen comitis, quem Suidas etiam definit quo ſit ὁ λαῶ ἄρχων, Cujac. *in parat. de off. com. ſacr. largit. lib. 1. C.* Camden. *in deſcript. Angl. tit. de ordinibus Angl.* Panciroll. *in notis ad Notit. Imp.* cum aliàs comitem definiat Ulpianus eum, *qui comitetur aut ſequatur,* ſeu, ut Labeo, *qui frequentandi cujusq; cauſa, ut ſequatur, deſtinatus eſt, l.* Item apud Labeon. *13. §. comitem 16. de injur. & fam.* ut pædagogus & comes Matronæ, *l. 1. §. omnemq; ff. eod. &* ἀκόλουθος ſic dictus, quod comitatus fuerit Epiſcopum. Duare. *1. de ſacris. 14.* Qua vero ex causâ comitis nomen ſignificationem mutaverit, non ineptè conjecturant Zaſ. *part. 5. feud. n. 7.* Camden. *d. tit. de ordin.* id factum, imitatione Germanorum, quorum Graphios, Tacit. *in li. de mor. Germ.* principibus conſilii & autoritatis gratiâ adjungi ſolitos, comites vocat: principes autem ipſos in conciliis electos jura per pagos vicosq; reddidiſſe refert: ita ut comites principum fuerint ſuccenturiati judices, quales per Graphiorum nomen à Longobardis intellectos fuiſſe Paulus Diaconus teſtatur, *lib. 5. hiſt. Long.* Nec aliud per comitem accipi vult Ictus, *in c. un. ſi de inveſt. inter dom. & vaſ. lis oriatur.* quando dicit: *Qui ſi veritatem celare voluerint, à comite vel à populo jurare compellantur,* Item Imperator *in §. poſt natal. de pac. ten. & ejus viol. Comes ſeptem teſtimonii bonos viros ſibi eligat, & cum ipſis ſagaciter diſponat. §. ad palatium, eod.* Gravii igitur ſeu Graphii judices ab initio fuerunt, ex quibus alii Pfalzgraphii dicti ſunt, quaſi curiæ judices, *Pfalzgravii*
quia Pfalß ſignificat judicialem curiam, ſicut Argentorati, Ædes publicæ, in quibus ſenatus convenit & judicia exercentur, vocantur die Pfalß & Goslaria nominata fuit ein Pfalßſtad / quod in ea Imperatorum curiæ ſolerent conſcribi. Pomarius *in Chro. Magdeb.* Burggravii v. judices caſtrorum, *Burggravii*
quorum quatuor tantum fuerunt in Germania, quorum ſedes judiciales adhuc ſunt ſuperſtites. Et notum eſt Hermannum Burggravium Magdeburgenſem, quem Imperator creavit Ducem Lunæburgenſem, judicis officio tantum in eâ urbe functum fuiſſe. Pomar. *d. chron.* Landgravii v. con- *Landgravii.*
ſtituti fuerunt comites provinciarum. Centgravii ſunt illi, quos antiqua *Centgravii.*
lex Alemanorum Centenarios vocat. *Conventus autem ſecundum conſuetudinem antiquam fiat in omni Centena, coram comite aut Miſſo ſuo, & coram centenario ipſum placitum fiat.* Marckgravii verò abſque dubio ſunt præfectis limita- *Markgravii.*

Digitized by Google

neis ſimiles, quorum mentio fit *in l. viros ſpectabiles. C. de divers. off. lib. 12.* & quorum officia ſimul & ditiones deſcripſit Lamprid. *in Alex. Sev. ſola* inquit *quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus & militibus conceſſit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicẽs, eos attentius militaturos, ſi & ſua defenderent. Addidit ſanè his & animalia & ſervos, ut agros poſſent colere, quos acceperant, nec per inopiam hominum, vel per ſenectutem poſſidentium deſererent rura vicina barbariæ, quod turpiſſimum eſſe putabat.* Amerb. *in ep. ad Zaſ.* Quanquam v. Conſtantinus non ſine detrimento Reip. legiones limitaneas ſuſtulit: Zoſim. *li. 2.* Steph. Vinand. *in Herc. prodic. in pr.* Duſa. *6. Annal. Bel.* neceſſitas tamen principes docuit, non poſſe limites cuſtodibus tutò carere. Atque ita antiqui Bojorum Reguli, quatuor tetrarchas & limitum præfectos dicto audientes habere ſolebant, quos pro libitu amovebant, præficiebantque. Ab Oriente contra Hunnos & Venetos, Anaſſi & Styriæ præſidem, qui poſtea Auſtriacus dictus eſt: ab Auſtro adverſus Italos Romanosque. Atheſinum: adverſus Bojemiæ Venedos & Sorabes Tetrarchen Boëthorum, nec non alium ab occidente variè cognominatum. Aventin. *li. 3. Ann. Boi.* Quos igitur reliqui principes ita limitibus præficere ſolebãt, Germanicâ voce Marckgravii & Marchiones dicti ſunt, ut admodum extra rem Alciatus *in lib. de ſing. Certa. c 32.* Marchionem intelligatur interpretatus eſſe, præfectum equitum, poſtquam apud Rhenanum *li. 2 obſ. Cerm.* legerat, Mar ſignificare Equum. Nam qui Marchiones vocantur, tum cum conſtituerentur, limites regnorum regendos nacti leguntur, ſicut Marchio AntWerpius, contra impetus Danorum & Normanorum, inſtitutus, cum in eum finem jam olim Merovingos ſolitos fuiſſe præſidem mittere, quem Satrapam Antorffienſem vocant, quod officium Utiloni datum à Theodorico I. memorat Avent. *4. hiſt. Bav. tr.* à quo pleriq; ſtemma paternum Caroli M. derivant. Marchio Brandenburgenſis à Carolo M. inſtitutus fuit contra Vandalos: Auſtriacus contra Hunnos: Badenſis ad tuendum Rhenum, Miſnenſis contra Boëmos, Montis Ferrati, Salutiarum limitum præfecti, alii contra alios hoſtes, *clauſtra imperii*, ut vocat Tacitus, defendenda ſuſceperunt, inde Marchiones dicti. De ducibus eadem ratio eſt, quos ab exercitu denominatos dubium non eſt. Iſidor. *lib. 9. Etymol. tit. de regnis.* Zaſ. *d. p 5. n. 6.* indeque Germanis appellantur Hertzog/ quaſi Herr deß Zugs/ Borcholt *de Feud. c. 5 n. 31.* Atque hos omnes olim à ſummi principis arbitrio dependiſſe, præter cæteros, oſtendit Marculphus, antiquus ſcriptor, quando ait: *Non facilè cuilibet judiciariam convenit committere dignitatem, niſi prius fides & ſtrenuitas videatur probata. Ergò cum & fidem & utilitatem tuam videmur habere compertam, actionem Comitatus, Ducatus, vel Patritiatus in pago illo, quem anteceſſor tuus usque nunc viſus eſt egiſſe, tibi in agendum regendumq; commiſimus.* Judiciariam vocat dignitatem, eamque conceſ-

Duces.

Omnes hi olim erant magiſtratus.

conceſſam dicit non ad poſſidendum, ſed regendum. Apertius Paulus Æmilius *in Chilper. lib. 1. Duces initiò comitesque a regibus præficiebantur gentibus civitatibusq;, at cum videretur, dimittebantur: deinde inveteravit conſuetudo, ut, niſi ſceleris convicti, abire imperio non cogerentur, idq; poſtremo, ut quisque eo munere donabatur, jurejurando Regum cavebatur.* Et tum perindè, ut de cæteris magiſtratibus planum fecimus, eorum creatio ad majeſtatem Reip. pertinebat: poſtquam unà cum feudis l. Conradi ad hæreditatem tranſierunt, licet hæreditaria ſucceſſio creationem excluſerit, tamen auctoritas & jurisdictio à principe dependet: & vacantes dignitates conferre ad alterum, quam majeſtatem, non ſpectat. *Anglorum*, ait Polyd. Virg. *in hiſt. Angl. mos eſt, ut comitatuum tituli, arbitrio principis dentur.* In Germaniâ apud Imperatorem ita manſit jus conferendi feuda, ut eorum controverſiæ ne quidem in Camera admittantur, *2. Ordin. tit. 7.* Frideric. Mind. *de proceſſ. li. 1. c. 9. n. 4.* referuntque Radevicus *li. 2. c. 5.* Mutius *lib. 18. Chron.* Sig. *12. hiſt. Ital.* Fridericum I. cum Regalia repetiiſſet à principibus & civitatibus Italiæ, regalia quoque feuda, Ducatus, Marchias & Comitatus, reſignata accepiſſe, eaque aliis reddidiſſe, aliis abjudicaſſe, de quo Gunth. *lib. 8.*

Tanta tamen clari fuit indulgentia Regis,
Vt quicunq; bona priſcorum munere Regum
Hactenus iſta fide poſſederat, idq; probare
Legitimis poterat, vel demonſtrare tabellis,
Principis aſſenſu, titulo gaviſus eodem,
Nunc quoq; poſſideat: reliquis in jura relatis.
Regia, librarum triginta millia puri
Annuus argenti fiſco ſolet addere cenſus,

Quidni enim duces creet, qui reges ipſos conſtituere poteſt: Matth. Steph. *li. 2. jurisd. c. 1. m. 2. n. 69.* Schneid. *de feud. part. 3. n. 52. & ſeqq.* Et unde habebunt, qui ſe inferiores fatentur, jurisdictionem, niſi ab eo, in quo fundatur omnis jurisdictio, & à quo fluit per conceſſiones, commiſſiones & confirmationes, & ad quem refluit per nullitates, avocationes, appellationes, ſupplicationes. Roſenth. *c. 5. de feud. concl. 4. n. 3. & concl. 87. n. 3. in fin.* Proinde meritò ad ſolum Imperatorem vel Regem, vel, ſi adæquatius loqui velimus, ad ſolam maieſtatem pertinet harum dignitatum creatio, Bald. Alvar. *in c. un. de feud. Marchio*: quæ quatenus privilegia certa ſecum conjuncta habent, ad primum caput jurium maieſtatis, cum nobilium creatione referendæ ſunt: quatenus continent obligationem ad bellica ſervitia, ad tertium jam mox declarandum referuntur: quatenus verò jurisdictionem in ſubditos exercere poſſunt, ad hoc caput unà cum reliquis magiſtratibus pertinent.

Sed & Comitiorum poteſtas hujus eſt loci, non tantum quod ad eligendos magiſtratus plerumq; indicantur, inque iis conſilium ineatur de ſumma 16. *Comitiorũ jus quare.*

huc pertineat.

ſumma rerum & præcipuis Rerump. articulis, de bello & pace, de ſocietate ineunda, de legibus ferendis & cæteris, quæ, collegit Ariſtoteles, 4. *polit. c. 14.* ſed quod ſpecies quædam jurisdictionis ſit, & poteſtatis, cogere eos, quorum intereſt, ad comitia, quo argumento nititur Bellarminus, *lib. 1. de concil. & Eccl. c. 13.* auferre poteſtatem convocandi generale concilium Imperatori, quod imperium non habeat in omnes Univerſi orbis Epiſcopos.

Aliud eſt rogare, aliud cogere ad conventus.

Aliud tamen eſt invitare ad concilium, aliud, id juris habere, ut, niſi te jubente, vel ut te invito inſciove conventus congregari fas non ſit. Illud enim ut fortaſsè honorem, ita nullum omnino arguit imperium. Nam ubi multi inter ſe coierunt populi, vel civitates ſive amicitia ſive fœdere, oportet eſſe unum aliquem vel plures, qui cæteris conventuum dies indicent, nec hi tamen in cæteros imperiũ habere poſſunt, ſocietate aliàs minimè æquali futurâ. Sic Servius Rex Roman. ex ſingulis Latinorum civitatibus optimates convocavit, denuncians illis, ſe de magnis rebus, & ad communem utilitatem pertinentibus, velle cum iis conſultare, ideoq; illos à ſe convocari: Dion. Halicar. *lib. 4.* nec tamen quicquam in eos poteſtatis habebat, quin potius, cum reliquæ civitates Romanorum potentiam ſuſpectam habere inciperent, inſciis primùm, deinde etiam repugnantibus Romanis, peculiaria ſibi comitia indixerunt. Halicar. *li. 5.* Gallos ex Univerſis regionibus convocavit Vercingentorix. Cæſ. *li. 6.* Fugato Sabino Remi per Gallias edixêre, ut miſſis legatis in commune conſulerent, libertas an pax placeret. Tacit. *lib. 4. hiſtor.* Helvetios convocat is, qui cauſam aliquam deliberandã proponere cupit, modò ratione fœderis id facere poſſit. Ut enim ſunt diverſa eorum fœdera, ita diverſimode quoq; ſe evocant. Tres enim primi Cantones evocare poſſunt omnes reliquos. Tigurini & Bernates ratione primi fœderis evocare cæteros non poſſunt, ſed hi, quia cum tribus primis Cantonibus peculiare fœdus ſancierunt, hos evocant, & Tigurinos item propter fœdus *ann. 1423.* inter eos conflatum: illi ſex reliquos primos Cantones non citare poſſunt, niſi ratione fœderis, quod cum iis peculiariter inierunt, &c. Siml. 1. *li. de Rep. Helvet. tit.* der Acht Alten örter Bund. Conventus ſingulorum circulorum Germaniæ duo primarii principes: Civitates Hanſeaticas Lubeca convocat. Abſit tamen quisquam propterea convocantibus jura maieſtatis in reliquos tribuenda putet. *Oportet enim eos, qui aliorum duces eſſe volunt, dignitate quidem, conſilio & autoritate præire: cæteris v. rebus ex æquo frui*, ut ajunt legati Corinthiorum in conventu ſociorum Spartam convocatorum. Thucid. *li. 1.* Quin etiam magiſtratibus ſæpè ea cura demandatur, ſicut in eum finem Achæi prætorem creabant, qui & civitates convocaret, & res ad deliberationem proponeret, Liv. *li. 42.* Polyb. *li. 2.* Plut. *in Arat.* nec non horum inſtitutum imitatæ magnæ Græciæ civitates, quæ Pythagoræos ejecerant, ſeu potius ad internecionem ſuſtulerant. Polyb.

Polyb. *lib. 2.* Nec non Ætoli, quos per magiſtratus à ſe creatos ad concilium convocari dicit Liv *lib. 31.* Conſulum quoque Romanorum maieſtatem Polyb *lib. 6.* maximam partem in eo collocat, quod convocare potuerint concionem, proferre edicta, & quæ in juribus decreta fuerint diſpenſare, quanquam ſtatim abſurdum ſit, magiſtratui jus maieſtatis in reliquũ Reip. corpus attribuere, & tribunorum quoq; erat, plebem convocare, & tributa Comitia habere. Tribuni tamen erant magiſtratus plebis, ſicut conſules patrum. Tùm demum verò conciliorum convocatio ad maieſtatem pertinet, quando ita uni competit, ut nefas ſit, reliquis, eo non indicente, conſilii capiendi gratia convenire, quomodo Latinis quibusdam populis pax data, *communibus tamen commerciis & conſiliis inter ſe ademtis.* Liv *l. 8* & Commodus Marcomannis & Quadis pacem dedit, ſed eâ lege: *Ne ſæpè aut pluribus locis conventus haberent: ſed ſemel in menſe duntaxat, & in uno certo loco, idq; Centurione aliquo præſente Romano.* Dion. *fragm. lib. 73.* Nec immeritò Thucydides libertatem ſociorum Athenienſium in eo collocat, non tantũ, quod ſuis legibus vixerint, ſed etiam quod conventus & conciliabula ſua libera habuerint, *li. 1. Pelopon. bel.* & legatus Philippi Regis Macedonum in conventu Ætolorum, oppoſiturus libertatem Ætolorum ſervituti Siculorum, à Romanis ſubactorum, ait: *ſicut vos Naupacti legibus veſtris, per magiſtratus à vobis creatos concilium habetis, ſic Siculorum civitatibus Syracuſas, aut Meſſanam, vel Lylibæum indicitur concilium, prætor Romanus conventus agit, eo imperio evocati conveniunt.* Liv. *lib. 31.*

Liber eſt, qui libera habet comitia.

Cum enim in comitiis plurimum momenti ſit, ſive ad evertendam, ſive ad mutandum, ſive conſervandam Remp. imò cum ſint fundamentum Reip. ut alibi dicturi ſumus, nõ poſſunt aliis, niſi ſoli maieſtati tribui, quippe in cujus, tanquam naucleri manu, non tantum navem, ſed & gubernacula omnia eſſe oportet, totam aliàs navim peſſundatura, ſi contra nutum naucleri huc vel illuc à quovis dirigi poſſint. Viderant Decemviri, quantum in hac re momenti eſſet, ideoque *opinio certa, quamvis ſine auctore, exierat, non in præſentis modo temporis injuriam eos conſpiraſſe, ſed fœdus clandeſtinum inter ipſos jure jurando ictum, ne comitia haberent, quo perpetuo Decemviratu poſſeſſum ſemel retinerent imperium. Nec fefellit opinionem eventus. Iam enim præceſſerat pars major anni, & duæ tabulæ legum ad prioris anni decem tabulas erant adjectæ, nec quicquam ſupererat, ſi hæ quoque leges centuriatis comitiis perlatæ eſſent, creandis conſulibus comitia haberentur, cum interim comitiorum mentio nulla fieri, & decemviros hoc agere, ut populo ad comitia non vocato, ipſi Tyrannidem perpetuam facerent.* Liv. *li. 3.* Qui enim poteſtatem comitiorum habet, in ejus quoque arbitrio ſitum eſt, ut res per comitia agenda vel expediatur vel omittatur. Priusquam tribuni omnia ſui juris facerent, comitia centuriata maximam partem erant in manu & poteſtate patrum, tum propter auſpi- 17.

Hh cia,

cia,quibus plebs carere putabatur,tum quod in primis centuriis ex inſtitutione Servii plus poſſent, tum quod ſine eorum autoritate comitia haberi nequirent. Romulus enim ita demũ populo ſuum jus eſſe voluerat, ſi idem patribus viſum eſſet, Dion. Halicar. *li.2.* quod poſt interregnum in hanc formam redactum fuit, *ut plebs juberet quidem, ſed ſi patres priùs autores fuiſſent.* Liv.*l.1.* Illud ex Solonis Rep. expreſſum videri potuiſſet, qui comitia quidem populi ſuffragiis committenda cenſuit, ſed quia is facilè in quamcunq; partem pellitur, nec ſatis ad eligendas res, quæ conſilio indigent, judicii habet, non aliter quicquam concioni proponi voluit, quam ſi ſenatus decreto probatum dignumq; judicatum fuiſſet, de quo ſuffragia inirentur, Plut. *in Sol.* cujus rei utilitatem explicavit Ariſt. 4. *polit. c. 14. in ſin.* quando ait, *in civitatibus quibusdam conſtitutos προβούλους καὶ νομοφύλακας, & de iis tantum rebus ad conſilium referri; de quibus illi ante deliberaverint. Per hunc autem modũ populum quidem intervenire in deliberando, nec tamen tollere quicquam de Rep. valere, cum nec alia, quam quæ ſunt propoſita, nec iis contrarium decernere poſſit.* Hac enim ratione principium deliberandi penes prudentiores remanebat: ita ut non immeritò vel hac ex cauſa patrum poteſtas in comitiis potior fuiſſe videri poſſet, ideoq; prout patres tum volebant, ita magiſtratus mandabantur. Nam cum plebs Voleronem tribunum creaſſet, Patres ad ultimum dimicationis rati rem futuram, App. Claudium Appii filium, jam inde à paternis certaminibus inviſum infeſtumq; plebi, conſulem fecêre: Liv. *li. 2.* & paulò poſt, iratâ plebe, per patres ſolos eorumq; clientes, conſules creati T. Quintius & Q. Servilius, Liv. *li. 2.* & viciſſim, cum plebs omni molimine plebejum conſulem creatum cuperet, patres, ut id impedirent, eo anno autores, ut comitia conſularia haberentur, fieri noluerunt. Procedentibus verò patrum plebisque certaminibus, cum plebs ſuis comitiis in prorogando imperio latoribus legis prævaluiſſet, patres, dolorem ulturi, SCtum fecerunt, ut conſules, inviſus plebi magiſtratus, per quindecim annos omiſſus, iterum crearentur, creatiq; ſunt L. Lucretius Flavus, Servius Sulpitius Camerinus. Liv. *lib.5.* Iterum cum populus invitis patribus creaſſet Dictatorem plebejum, conſules negarunt comitia conſularia habere, ita, ut res ad interregnum rediret. Liv. *lib.7.* Hanc igitur maieſtatis particulam patres tum adhuc retinebant, quanquam ægrè nec illibatam, quoniam plebs, ut patres viciſſim eluderet, ſi quando diſceptanda lex quæpiam, vel judicium capitis agendum, pro centuriatis tributa comitia per tribunos indici curavit, ſicut cum Coriolani cauſa dicenda eſſet, quanquam patres eam omni operecomitiis centuriatis audiendam clamarent, tribuni tamen præoccuparunt plebem ad tributa convocare, ibiq; accuſatum damnarunt. Halicar. *lib. 7.* Id autem tum fiebat, cum, ut alibi oſtendimus, Democratia poſt ejectos Reges nondum ſatis fundata eſſet. In benè autem fundatâ Rep. jus hoc

non

ſion poteſt niſi uni tribui, niſi in eam ſimiles turbas & interceſſiones introductas velimus. Romulus, licet multa alia ſenatui & populo conceſſiſſet maieſtatem redolentia, populum tamen convocandi, ſenatumque cogendi poteſtatem ſibi tantum reſervavit: Halicarn. *lib. 2.* id quod omnibus Monarchiis commune eſſe debet. Et Deus ipſe Moyſi ſimul imperium dedit in populum, & duas tubas argenteas ad eundem congregandum & movenda caſtra, *Num. 10.* Ex quo loco D. Andrevus Epiſcopus Chiceſtrenſis *in conc. de jur. convoc. cat. contra Bellarm. de Conc. lib. 1. c. 13.* rectè conficit, ad Regalia pertinere jus convocandorum cœtuum, ſive ad rerum ſacrarum ſive profanarum deliberationes. Qui enim ſine harum tubarum ſono confluxerant, *Num. 20.* graviter ab ipſo Deo puniti ſunt: Corah, Dathan cum complicibus vivi abſorpti, quod vocati reſponderent: *Non veniemus. Num. 16.* Poſt Moyſen Joſua, *Ioſ. c. 1. & 24.* regesq; & principes, uſq; ad Macchabæorum tempora, ſiquidem coram Simeone ſtatuitur, ne cui fas ſit conventum aliquem agere *ἄνευ αὐτοῦ 1. Maccab 14.* jus congregandorum comitiorum uſurparunt, ſicut de Davide, *1. Paral. 15.* Salomone, *2. Paral. 5.* Aſa *2. Paral. 15.* Joſaphat, *2. Paral. 20.* Joa, *2. Par. 24.* Joſia, *2. Par. 34.* Ezechia *2. Paral. 29.* ipſo Mardochæo, *Heſt. 9.* & Nehemia, *Nehem. 7. & 13.* aliisq; patet, ut de Regibus & principibus Judæorum nullum poſſit eſſe dubium. Anglorum princeps ſolus convocat Duces, Marchiones, Barones, aliosque, quibus licet parlamentis, quæ vocant, intereſſe, directis ad ſingulos literis, ſine quibus piaculum eſſet conventus Reip. cauſa inſtitui, Smit. *li. 2. Reip. c. 3.* ſicut tum factum fuiſſe legimus, cum Johannes ſceptris præeſſet, quod eos tamē impunè non laturos fuiſſe certò certiùs eſt, ſi is ſupervixiſſet, & vires amiſſas recuperaſſet. Et quanquam ab Henrico III ſubindè aliud atq; aliud parlamentum indici petebant, is tamen vires ſuas procerum poſtulatis minores intelligens, importunitatem eorum prorogatis de anno in annum comitiis, ſæpius eluſit. Audacius aliquantò Reges Gallorum, ex Capeti familia, ne cogerentur cujusvis convicia & querimonias audire, totum ferè jus comitiorum, tam frequenter à Merovei & Caroli M. ſucceſſoribus inſtitui ſolitorum, aboleverunt, aut ſaltem ea rariſſime inſtituerunt, de qua re, ut Reip. libertati detrimentoſa, valdè conqueritur Hottomannus, *in Francog.* Idem ſanè fecerunt, quod Tiberius, qui comitia è campo ad patres tranſtulit, ut ait Tacit. 1. *Ann.* & omne jus ſibi & ſenatui ſumſit, populo nullâ parte relicta, Dion. *lib 54.* huic fini, ut liberius inter pauciores dominaretur, quos & abſterrere facilius, & ſpe gratiæ citiùs in ſuam ſententiam pertrahere poſſet. Galli verò ne viderentur omiſſis comitiis conſilium quoque publicum excuſſiſſe, pro conventu principum, curiam judicū, pro congregatione procerum & liberorum hominū, Decadem magiſtratuum & argento conductorum hominum, introduxerunt, ex quo factum eſt, ut cum antea comitia

Digitized by Google

certarent de imperio & autoritate cum Rege, nunc is omnem ad ſe ſolum traxerit poteſtatem, quippe, qui minùs promtè ſua juſſa exequentibus dicere poſſit: *Ie ſuys Roy, ie veux eſtre obei en Roy*, quæ ſunt verba Henrici IV. cum curia Pariſienſis ſuam de pace ſententiam acceptare recuſaret. Pier. Matth. *en l'hiſtoire de la paix.* Quanquam negari non poteſt, ſicut confœderati populi, particulares conventus ſeditionis vitandæ gratia interdicere poſſunt, ſicut Helvetios feciſſe conſtat in fœdere Stancenſi, quod vocant, die verſomniß zu Stans der Acht ollen orten: ita multò magis, Reges abſolutos habere poteſtatem celebrandi vel omittendi comitia, modò id ne vergat in detrimentum Reip. nec injuria accuſaſſet Carolus V. principes Germaniæ, quod in conventu Noribergenſi an. 1524. decretum ſine autoritate Imperatoris feciſſent, & novum conventum Spiram inſcio Imperatore indixiſſent, Sleid. *li. 4.* ſi maieſtas imperii penes ſolum Imperatorem fuiſſet, nec principes id ſibi reſervaſſent, ut etiam nolente Imperatore, pro ſalute Reip. comitia habere poſſent: Schleidan. *li. 1.* quod & trium regnorum Septentrionalium proceres excipere ſoliti ſunt, quoties unum ſibi regem præfecerunt, Chytræ. *li. 2. Saxon. in fin.* id quod in Monarchia admittendum non eſſet. Nec parum ad præcavendas ſeditiones populi apud Turcas facit, quod ſublatis Nolis ratio convocandi plebem ſimul ſit ſublata, & Monſpelienſes quoq; cum magiſtratus regios crudeliter, convocato per ſonitum Campanæ populo, trucidaſſent, poteſtate pulſandi campanas multavit Rex, atque id jus tranſtulit ad Academiam. Nicol. Gill. *in hiſtor. Franc.*

CAPUT V.

DE POTESTATE ARMORUM: ET QUAE HUC PERTINENT.

SUMMARIA.

1. *Potentiores oportet eſſe in Republ. qui armorum poteſtatem habent.*
2. *Quid ſi nuſ... et Vocabulum Armandia, in c un quæ ſint Rega.*
3. *Imperatores reſervarunt ſibi publicas armorum fabricas & cuſtodias.*
4. *Ob quas cauſas maieſtas ſubditis uſum armorum inhibere, ſibi tantum reſervare poſſit & debeat.*
5. *Etiam pugiones & cultelli alicubi non ſine periculo geſtantur.*
6. *Arma non ferenda in curiam, aut palatium.*
7. *Arma olim publicis locis ſoluta fuerunt cuſtodiri.*
8. *Vtrum Ius muniendarum urbium ad Maieſtatem pertineat.*
9. *An Itali, Hiſpani, & ex parte Galli ex hoc jure meritò poſſint peregrinos prohibere arma in urbes inferre.*
10. *Quid per poteſtatem armorum præcipuè intelligatur.*

11. Pote-

Digitized by Google

11. *Poteſtas belli & pacis ad ſolam maieſtatem ſpectat.*
12. *Magiſtratus injuſſu maieſtatis bellũ nec indicere nec gerere poteſt.*
13. *Pluribus exemplis demonſtratur bellum à ſola maieſtate denunciari debere.*
14. *Fœdus ſtipulari ſola maieſtas poteſt, aut pacem ſtabilem perpetuamque condere.*
15. *Quid interſit inter ſponſionem. à magiſtratu factam & fœdus a maieſtate concluſum.*
16. *Ad hoc idem caput redigitur facultas mittendi legatos, qui jure gentium tuti ſint ab omni periculo.*

TErtium majeſtatis jus, non minus multa complectitur, nec minus magnam vim habet in Rep. quippe quod continet poteſtatem armorum, quæ qui tractant, in eorum manu dicit eſſe Ariſt. 4. *Polit. c. 9.* ut maneat vel non maneat Reſp. quod etiam legiones Romanæ ad Rheni ripam non ignorabant, cum mota contra A. Cæcinnam legatum ſeditione dicerent: *ſua in manu ſitam eſſe rem Romanam, ſua victoria augeri Remp. in ſuum cognomentum adſciſci Imperatores.* Tacit. 1. *Annal.* Quâ de causâ Mecœnas admonebat Auguſtum, ut *hujus rei ſummam penes ſe eſſe* fineret, cujus conſilium ipſe ſecutus eſt, tùm alias, tùm cum provincias ſibi & ſenatui ita divideret, *ut infirmiores, quæq; pacatiores erant, huic relinqueret, potentiores verò & quæ plus periculi oſtenderent, ac vel hoſtes accolas haberent, vel novos per ſe ipſa motus aliquos turbare poſſent, ſibi retineret.* Effecit enim ſub hâc ſpecie, ut ſenatus bonis imperii tutò perfrueretur, ipſe laboribus & periculis objectus videretur, & tamen ſub hoc prætextu, eum verè inermem imbellemq; effecit, & ad ſe ſolum arma militesque, & totam potentiam tranſtulit. Dion. *lib. 53.* Tale erat & Conſilium Cyri apud Xenoph. *lib. 7. Cyropæd. in fin.* militarem ſcientiam ſibi & proceribus ſolis reſervantis, tanquam *libertatis & felicitatis inſtrumentum. Tum, inquit, ſicut arma cæteris ademimus, ita nos ipſos nunquam ab armis deſtitui oportet, idq; pro certo habere perſuaſum, illis omnia, quæcunq; velint, maximè ſua & propria eſſe, qui quam proximè ab armis abſunt.* Neceſſariũ enim omnino eſt, ut vult Ariſt. 4. *polit. c. 13.* τὴν πολιτείαν εἶναι ἐκ τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων μόνον. Ita enim, *teſte eodem,* prima Reſp. apud Græcos conſtituta eſt ex his, qui bellum gerebant, poſteaquam defierunt regna ab initio quidem ex equitibus, in quibus tum robur belli conſiſtebat, adauctis autem civitatibus, iisque qui arma gerebant, & peditatus diſciplina inventa, plures ad communionem Reip. recepti ſunt, cum in genere tantum quis dominetur, quantum prævaleat armis, quod is quidem ſatis indicabat Senatui Rom. qui conſulatum Auguſto deneganti gladium feriens: *Hic* dicebat, *faciet, ſi vos non feceritis:* Sueton. *Aug. c. 26.* Et Cæſar, qui Metellum trib. pl. intercedere parantem, ne pecuniam ex ærario auferret, irridens, *ubi arma,* inquit *depoſuero, tunc redibis, & ſi libet, popularia iſta perorabis.* Plut. *in Cæſ.* Sylla, licet ſubornante conſule Cinna à Virginio trib. pl. in jus vocaretur, ſpreta tamẽ citatione, armis & exercitibus confiſus abiit ad bellum Mythridaticum.

1. *Poteſtas armorum ſumma in Rep.*

Digitized by Google

Plut. *in Syll.* Polyb. *li. 6.* in eo quoque collocat majeſtatem conſularem, quod bellicus apparatus ad eam pertineret, quod, *quæ viderentur, belli ſociis imperare, conſtituere millenarios duces, conſcribere exercitus ac ſeligere ſocios ac neceſſarios poſſet.*

Tribuni hanc poteſtatē conſulibus extorſerunt. Egregia majeſtatis ſigna, modo non tribunorum interceſſio ea omnia conſulibus abſtuliſſet. Nam cum L. Quintius Cincinnatus à ſeditione abducturus plebem, expeditionem in Volſcos & Æquos ſuſcipere vellet, illudentes Tribuni quæſiverunt, *quonam modo exercitum educturi conſules eſſent, quos delectum nemo habere paſſurus eſſet?* Nam cum P. Voluminus, & S. Sulpitius paulò ante poſitis in foro ſellis, delectum habere inſtituerent, eò decurrentes tribuni, concionemque ſecum trahentes, impedierunt, ita, ut quemcunque lictor juſſu Conſulis prehendiſſet, tribunus mitti juberet: imò licet App. Herdonius jam Capitolium inſideret, noctuque arma civibus diſtribuiſſent Conſules, tribuni tamen arma ponere & à ſtationibus diſcedere homines juſſerunt: Liv. *lib. 3.* ex quo patet, ut & cætera majeſtatis jura: ita hoc quoque pervicaciâ tribunorum patribus, horumque magiſtratibus ereptum ad populum tranſiiſſe.

2. *Vocabulū Armādiæ.* Non ineptè videntur explicare vocabulum, *Armandiæ*, quod *in c. un. quæ ſint Regal.* cum cæteris Regalibus legitur, qui per illud intelligi volunt, vel fabricas publicas armorum, Eguinar. Baro. Cujac. Hottom. Peregrin. *de jure fiſci, rubr. 1 n. 14. lib. 1.* Obrecht *diſp. de Regal. n. 273.* Sixtin. *de Reg. c. 3. n. 7.* Vel unà cum iis armamentaria, in quibus arma publicè cuſtodiuntur Borcholt. *de Regal. n. 22.* Vultej. *lib. 1. c. 5. n. 7.* Gothofr. *ad c. un. quæ ſint rega.* Greg. Tholoſ. *li. 9. de Rep. c. 1. n. 13.* Quicquid enim ſit de ſignificatione vocabuli, quod ineptè quidam ab armentario vectigali, Ferrar *de feud. lib. 1. c. ult.* ineptius ab ariditate, Iſer. Affl. *in de c. un. quæ ſint rega.* ineptiſſimè ab amœnis viis derivant, nulla Etymologia vocabuli magis ſatis facit, nec rem ipſam melius attingit, quam ſi deducatur ab armandis hominibus. Hoc enim, ſive fabricas armorum, ſive eorundem publica reſervatoria intelligas, non minima majeſtatis particula eſt. Et utrumque Imperatoris imperio ſubjicitur,

3. *Imperatores ſibi reſervarunt fabricas & cuſtodiam armorum.* *Nov. 85. de arm.* ubi non tantum arma alibi, quàm in publicis officinis fabrefieri prohibentur, ſed etiam inter privatos diſtrahi, aut aliò, quàm ad armamentum publicum, deferri. Quod ad ὁπλοποιίας attinet, eas imperator. *l. ult. C. de loc. cond.* intelligit cum ſcholis militiæ, quarum ibi mentionem facit, quia Notitia Romani imperii, in Scholarū recenſione, ultimam facit ſcholam Fabricenſium, & horum novendecim officinas recenſet: octo in Galliis, ſex in Illyrico, quinque in Italia, quarum nomina non eſt operæ preciū afferre. Illud conſtat, Fabricenſes hoſce publicis Imperatoris operis deſtinatos, *l. 1. C. de Fabricenſ. lib. 11.* & ſub magiſtri officiorum juriſdictione, *l. 6. & toto tit. C. eod. Nov. 85. in rubr. & per tot.* proindeque publicos tantum operarios

Digitized by Google

rarios fuiſſe, Cujac. *in l. 1. C. de ann. civil. lib. 11. & ad c. un. Quæ ſint rega.* Borcholt *de feud. c. 2. n. 8. de Regal. n. 23.* Sixtin. *de Regal. c. 3. n. 8. & ſeqq.* Quorum an ſimiles habuerint Longobardi, incertum eſt. Certè, qui Armanni vocantur in eorum legibus *l. 58. Longob. & l. 10. de præſ.* ad eos referri non poſſunt, cum ſint apparitores, & qui magiſtratibus parere dicantur. Malim autem publica armamenta, in quibus more Germanorum ſervantur arma, intelligere.

Nec enim Tyrannorum tantum proprium eſt, armorum uſum inter- 4.
dicere ſubditis, ſed & bonorum principum, ſicut Ariſtot. *5. pol. c. 11.* docet, *Principis*
quando Tyrannum, licet ad regiam gubernationem ſe accommodare velit, *eſt retine-*
jubet tamen retinere potentiam, per quam non modò volentibus, ſed & no- *re uſum*
lentibus dominari poſſit. Sicut enim Plin. ait *lib. 8. Epiſt. decipere pro moribus* *armorum.*
temporum, prudentia eſt; Ita in loco uti arcanis Tyrannorum, magnum ad rem optimè gerendam affert momentum. Abſurdum enim ſit, ferocibus & nil niſi bellum ſpirantibus populis, arma, quibus te feriant, in manus tradere. Id quippe primum imperabatur, in poteſtatem redactis hoſtibus, ut arma ponerent. *Non eſt*, ait neſcio quis, *conſuetum Romanis, pacem facere, cum eo, qui adhuc arma tenet*: nec Cæſar Gallorum aliquos prius in fidem recipit, quàm *obſidibus traditis, omnibusq; armis ex oppido collatis.* Cæſ. *lib. 2. belli Gallici.* Philiſtini id quoque caverant, ne Hebræi gladios aut lanceas fabricarent. *1. Reg. cap. 13.* οὐδεὶς γὰρ ἐπιχειρεῖ τοῖς ἀδυνάτοις. ait Ariſt. *5. polit. 11.* nec *Prima*
quiſquam imperium excutere nititur, potentia deſtitutus. Et quanquam *huius rei*
inter politicos diſputetur, ſatius ne ſit arma permittere ſubditis, eosque in *ratio.*
illis exercere, vel uſum eorum prorſus è Rep. tollere, ut Sultani Ægyptii faciebant, qui niſi à Mammelucis arma tractari non ſinebant: Petr. Mart. *in legat. Babyl.* id tamen certum eſt, ad majeſtatem hujus rei arbitrium, ſive cõcedenda arma ſive prohibenda velis, pertinere, & proindè omnem armorum poteſtatẽ in cujus manu ſitam eſſe, quod Reges Benomotapæ Æthiopiæ ultra promontorium Bonæ ſpei, quæ Auſtrali terminatur Oceano, alterutro telorum, quæ pro Regiis inſignibus geſtabant, indicare voluerunt, *Uno ſe ſcelerum vindices futuros: altero ſe vim externam ab hoſtibus armis & virtute repreſſuros* ſignificantes. Hieron. Oſor. *li. 1. de rebus Ind.* Principaliſſimum enim & potentiſſimum in regno id eſt, in quo robur belli conſiſtit. Ariſt. *2. polit. c. 7.* & neceſſe eſt eos, quibus armorum uſus interdictus eſt, fieri ſervos τῶν τὰ ὅπλα κεκτημένων. *2. pol. c. 8.* Ex quo reprehendit Philoſophus Hyppodami Remp. qui cum tres partes civium faceret: agricolas, artifices & bellatores, illis interdicebat armis, & hoc modò eos bellatoribus ſubiiciebat. Nam & idem *4. polit. c. 14.* modum docet, pauperes à Rep. amovendi, ſi videlicet iis arma habere non liceat, divites autem ut habeant, multâ adigantur.

Digitized by Google

tur. Eò enim inclinat poteſtas, quò arma, & vanus eſt ſine viribus conatus. Quid enim Æſchylus & Charimenes, & cæteri conſpirationis ſocii contra Ariſtomachum patriæ Tyrannum efficere potuerunt, quanquam in ejus interitum conjurati, cum gladiis deſtituerentur, quod eos parare prohibitum erat, & ſi quis gladium haberet, ei Tyrannus gravem multam indixerat. Plutar. *in Arat.* Quid Siculi & Neapolitani, quos ita exarmaverat Fridericus II. Imperator, ut cum à Conrado hujus filio in auxilium vocarentur, fruſtrà venirent, quod venirent ſine armis. Summont. *li. 2. hiſtor. Neapol.* Id enim incommodi conſequi principem, ſi ſubditis armis & exercitiis militaribus interdicat, jam diù præmonuerat Mecœnas Auguſtum. Dion. *li. 52.*

Ea igitur una cauſa eſt, propter quam majeſtas arma ſibi vendicat, nimirum ad majeſtatem defendendam & premendum imperio rebelles, *7. pol. c. 8.* Sed & altera non minoris momenti eſt, videlicet ob pacem publicam, cujus cura ad majeſtatem pertinet. Nec enim portandorum armorum licentia audaciam tantum ingenerat, ſed & occaſionem ſæpè ſuggerit turbarum, quam ob cauſam Imperatores tàm diligenter non tantum uſum, ſed & poſſeſſionem armorum privatorum interdixerunt. *In nulla civitate aut provincia noſtra Reip.* ait Juſtinianus, *damus licentiam privatis, aut alii cuipiam arma facere aut vendere, aut quolibet mercari modo. § Hanc igitur Novel. 85.* Nec id novum eſt, aut à Juſtiniano recens inventum, ſed in fœdere, quod expulſis regibus populo Romano dedit Porſena, nominatim comprehenſum invenimus, *ne ferro, niſi in agricultura uterentur*, Plin. *li. 34. cap. 14.* usque adeo, ut, *dicente ibidem Plinio, Stylo etiam ſcribere vetitum eſſet*, quod Iſidorus ita refert, *lib. 6. Etymol. cap. 9. Romani juſſerunt, ne ferreum graphium quis haberet.*

Secunda ratio.

Ob Pacem publicam poteſt geſtatio armorũ prohiberi.

5\. *An & pugionum.*

Nam & minores pugiones cultellivè eò periculoſiùs, quò occultius geruntur, ſicut Cæſar primum vulnus pugione accepit, Plut. *in Caeſ.* & Aratus ad Argorum Tyrannum occidendum conſpiratoribus parvos pugiones, clitellis inſutos, transmiſit: quã de cauſâ ſub Tiberio SCtum factum: *Qui in ſenatum venirent, ne quis eorum pugionem ſub ala haberet* Dion *lib 51.* Caligula cum diſcerpi Senatorem concupiſſet, ſubornavit, qui ingredientem curiam repentè hoſtem publicum appellantes invaderent, & graphiis confoſſum, cæteris lacerandum traderent: Sueton. *in Calig cap 28.* nec Poloni tàm gladios metuunt, quàm cultros, & Pius IV. Archebuſios, ſive arquebuſes malis, breviores menſura duorum palmorum geſtare vetuit, *in conſt. 65. incipien. cum vices ejus. In Bullario* Cherubi: quod Pius V. poſtea ad pugiones & cultellos extendit, ne eos quoque breviores liceret habere tribus palmis. *in conſt. 155. incip. Cum vice ejus Eod Bull.* Farinac. *prax. crim. q. 108. n. 52. 53. 80.* Tholoſ. *9. de Rep. c. 1. n. 19.* Rationé licet deſumere ex verbis Weichbild/ *art. 83. & ibi gl.* ubi dicitur: Meſſer iſt ein diebiſch mörderiſche Wehre/ das

ein

Digitized by Google

ein Schwerdt nicht iſt/vnd iſt auch zweyerley ſtraff auff die beyde geſetzet. Ideoque & armorum appellatione cultellos contineri verius eſt, *l. Armorum, 41.* & ibi Alciat. *n. 2.* Goddæ. *num. 11. l. Quod eſt §. armis de vi & vi arm.* Farinac. *prax. crim q. 108. n. 80.* Menoch. *arbit. iud. caſ. 394. n. 77.* Decian *tr crim. lib 8 c. 2. & 3.* & qui contra ſe cum cultello vel pugione venientem occiderit, ad ſui defenſionem feciſſe dicitur. Mynſing. *conſ. 27 n 8.*

Sed ad Romanos redimus, apud quos *lege Iulia de vi publicá tenebatur, qui arma, tela, domi ſuæ agrovè in villa præter uſum venationis, vel itineris vel navigationis coegiſſet, l Lege Iulia de vi publ.* quive *armatus cum telis lapidibusve in urbe fuiſſet, l. proximum ad l. Iuliam maieſt.* Et Pompeii in tertio conſulatu extat edictum, in tumultu necis Clodianæ, prohibentis *ullum telum in urbe eſſe.* Plin *lib. 34. cap. 14.* Principium accuſationis, quam Sp. Melio intentavit L. Minutius, fuit: *tela in domum Melii conferri, eumq; conciones domi habere.* Liv. *lib. 4.* L. Domitius, cum Siciliam proprætor regeret, ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat, cumque quis telo confixiſſet aprum, hominem cruci ſuffixit. Val. *lib. 6. c. 3.* Severitatem excuſavit ratio publici imperii ſecuritatisq; quam turbare ſolent, quibus cum armis eſſe impunè licet. Unde nec proconſuli, nec proprætori, nec præfecto in provincia gladium accingere fas erat: Dion. *lib. 53.* multò minùs armato ingredi curiam, quod inter cætera L. Piſoni objectũ fuit, quod cum gladio in curiam veniſſet. Tac. *Annal.* Nam etiam concedente ſtatuto, ut arma geſtare liceat, negant JCti id licere in concione vel ſenatu, *per tex. in l. Qui dolo ibi in concione, & ibi gl. Angel. ad d. l. Iul. de vi publ.* ſiquidem Imperator *in §. ad palatium, de pac. ten. & ejus violat.* vetat vel ipſos milites, quibus aliàs ſolis licet arma ferre, *§. ult. Nov. 17.* ad palatium arma portare, niſi rogatos à comite, ubi Bald. Affl. Alciat. Dd. notant in palatiis principũ nemini licitum eſſe verſari cum gladiis, aut alio genere armorum. Nec quàvis Venetiis arma geſtare liceat peregrinantibus Germanis, permiſſum etiam eſt ea portare in palatium Ducale, ſicut de palatio Venetorum teſtatur Decian. *tr. crimin. lib. 8. c. 3. n. 61.* Florentinorum Bald. *in ſumm. & ult. notab. in c. 1. §. ad palatium de pac. ten.* Si enim armorum geſtatio interdicta eſt, ut quisque tutus ſit, & extra ſuſpicionem periculi, quantò magis præſtari debet ſecuritas in iis locis, unde totius Reip. omniumque ſubditorum ſecuritas expectatur. In Galliis memini quendam ex curiâ parlamenti ad patibulum raptum, quod in eo loco furtum commiſiſſet, quamvis leviculum, in quo fures condemnari ſolent. Charondæ nota eſt lex, quam Thuriis tulit, *ne quis cum ferro in concionem prodiret, ut ad vim & cruorem usq; ſeditioſas conciones civium pacaret.* Val *li. 6. c. 5. in fin.* Quod ſi Julius quoque Cæſar ſanxiſſet, gladiis Bruti & complicium in ſenatu mactatus non fuiſſet. Plutar. *in Cæſ.*

6. *Arma non ſunt ferē-da in curiam.*

Ad ſecuritatem igitur facit lex, quæ arma poſſidere, & multò magis utendi gratia geſtare vetat. Lancelot. *de Impera. lib. 1. c. 1. §. 4. verſ. 19. num. 3.* Hippol. *in pract. crim. § pro complemento.* Decian *in tr. crim. lib. 8. c. 3.* Farinac. *Theor. & prax crim. q. 108. n. 3. & ſeqq.* qualis eſt & illa lex *ex ll. 12. tab.* repetita à Valentiniano & Valente. *Nulli prorſus nobis inſciis atq; inconſultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. l. un. C. un. arm. uſus inſc. princ interd. ſit.* Tenetur enim pœna illius ſententiæ: *Qui gladium accipit, gladio peribit. qui nulla ſuperiori aut legitima poteſtate, vel jubente vel concedente in ſanguinem alicujus armatur*, ut explicat Auguſt. *c. ille gladium 23. q. 4.* Imperator Fridericus. *§ ſi quis ruſticus juncto § ſeq de pac. tenend.* eorundem armorum, lancearum & gladiorum uſu interdicit ruſticos & mercatores, ubi gl & Alvar. per ruſticum intelligunt non colonum, aut hominem rus laborantem, ſed unumquemque, qui ruri habitat, ita ut fruſtra hinc nitantur argumento à contrario ſenſu evincere Raynund. *de Nob. q. 7. princ. in 3. effect nobilit.* & Bonus Curtilius *de nobil. in 5 part. in 29. privil.* nobilibus licitum eſſe arma portare, quod refutat Affl. *in d. § ſi quis ruſt. num. 7.* Farinac. *prax. crim. q. 108. n. 25.* Tiraq *de Nobil. c. 20. n. 69.* Et ex eo Petrus à Plach. *in Epit delict. lib. 1. cap. 8. n. 15. & ſeqq* quia ut Baldus ſummat. *l. 2. C. de condit. inſertis*, argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, ubi reſultat pravus intellectus contra legem. Atqui *d. l. un. ut arm. uſus d. Nov. 85. per tot. Nov. 17. in fin.* promiſcuè omnibus privatis interdictum eſt uſu armorum, atque adeò ipſis illuſtribus viris, Præpoſitis ſacri cubiculi, *l. ult junct. gl. in verb. ſingul. C. de præpoſ. ſac. cubic. li. 12.* dum iis illic conceditur facultas utendi cingulo, tum demum, *quando ad aſpiciendos agros vel ob aliam cauſam proficiſci voluerint.* Quin etiam, quod militantibus arma conceduntur, *§ ult. Nov. 17.* id ita intelligendum eſt, ut, dum in ex-

An nobilibus liceat arma geſtare præ cæteris.

7\. peditione ſunt, locum habeat privilegium, extra eam minus, quia & arma in publicum armamentum referri, & inde bello ingruente viciſſim depromi ſolita, multis argumentis conſtare poteſt. Clarè Liv. *li. 3.* quando App. Herdonio Sabb. capitolium tenente, *alternisq; vocibus: Ad arma, & hoſtes in urbe ſunt, per urbem ſparſis,* Conſules ſcribit & *armare plebem, & inermem pati timuiſſe, denique dediſſe arma non vulgo, tantum ut in incerto hoſte præſidium ſatis fidum ad omnia eſſet.* Liv. *lib. 3.* & paulò poſt, Tuſculanis in ſuppetias Romanorum venientibus, ait idem: *placet ferri auxilium: juventus conſcribitur, arma dantur.* Explicat omnia Cicero *pro Rabir in med. Adhibent omnes trib. pl. præter Saturninum, præter Glauciam, qui Rempubl. ſalvam eſſe vellent, arma capere & ſe ſequi jubent. Parent omnes, ex ædificiis armamentariisq; publicis, arma populo Romano, C. Mario Conſule diſtribuente, dantur.* Nec non Tacit. *1. hiſt.* quando de Othone dicit: *Aperiri deinde, ſc. poſt peractam cohortationem, armamentarium juſſit, rapta ſtatim arma, ſine more & ordine militia, &c.* Notitia imperii locum etiam aſſignat in regione ſecunda in Cœlimontio. Scipio trajecturus in Afri-

Arma olim publicis locis cuſtodita.

Digitized by Google

Africam,non modo in Sicilia,omnia pro uſu militari implevit horrea, ſed etiam armamentaria omni bellico apparatu referta inſtituit. Liv. Imò *ex l. qui commeatus.* § *fin. de re militari,* non obſcurè colligitur,eos qui militiæ primum inaugurabantur,etiam in ipsâ militia arma non habuiſſe in ſuâ poteſtate,dum ibi dicitur: *ſi tyro arma abalienaverit,armorum cuſtodis culpa plerunq; imputatur,ſi arma militi commiſit non ſuo tempore*, quod etiam ex Plut. colligere licet, *in vita Craſſ.* quando poſt Mummii fugam, *Craſſum* ſcribit *petiiſſe ſponſores a militibus cum rurſus iis arma traderet, ſe ea ſervaturos.* Turcarum v. legibus,ſi hoſtes longiùs abſint,arma carris & jumentis ſequuntur. Bodin. *4. de rep. c. 7. Camerar. 2. ſucciſ. hor. c. 45.* Atque hæc ſunt armamenta, quorum in Angliâ unum tantum eſt in turri Londinenſi, regio imperio tantum patens: in Galliâ Pariſienſe,Regio præfecto, *Grand maiſtre d' Artillerie* vocant, ſubditum. Memini me etiam Lugduni quandam armamenti ſpeciem, nec non in aliis urbibus majoribus vidiſſe, ſed nihil hæc omnia, ſi conferantur ad Arſenale Venetorum, aut regium Armamentum, quod Hafniæ in ipſo mari extruxit Rex Daniæ Chriſtianus IV. aut Saxonicum Dresdenſe,quod cum Veneto comparat Boter. *della ragion di ſtato, li. 7. in pr.* Brandeburgica, Cuſtrinenſe,Spandovienſe,Haſſicum Caſſellanum, aliaque aliorum Germaniæ principum. & civitatum,quæ hàc in parte omnes alias nationes exuperant. Nec eſt ulla magna civitas, quæ non inſtructiſſimum habeat armamentarium,inter quæ tamen potiſſima mihi viſa ſunt, Argentoratenſe multitudine machinarum fuſilium,Noribergenſe,ornamento & ſplendore præſtantiſſimum, quanquam & Lubecenſium & Auguſtanorum non inter poſtrema referenda ſint. Helvetiorum,ut Bernatum,Baſilienſium. Tigurinorum,minus repleta ſunt armis, quod lege,cuivis eorum injunctum ſit,geſtare gladium. Bodin. *4. de Rep. c. 7.* quem morem olim Parthorum etiam fuiſſe teſtatur Joſeph. *18. antiq. c. 3.* dum ſcribit, *eos nunquam diſcinxiſſe gladios.* Perſas quoque indiſcretè in conviviis & ſolennitatibus alligatos gladiis conſpici,teſtis eſt Ammian. *lib. 23.* adeò,ut ſæpè Helvetii non gladiũ deponant, cum vaccas mulgent. Utrum vero id publicè expediat, alibi diſputandi locus eſt. hic illud tantum inde oſtenſum volumus, armamenta, quæ apud Romanos in ſolius majeſtatis dominio extiterunt,etiam civitates non tantum illas,quas liberas in Germaniâ vocare ſolemus,ſed & quæ principem inferiorem agnoſcunt,ad ſe,defenſionis ſpecie traxiſſe, ex quo fit, ut armis ſuis confiſæ,obœdientiæ principum ſe ſenſim ſubtrahant, atq; nonnunquam etiam totius imperii jugo. Sicut Cominæus *lib. 10* teſtatur,quando ait: *In Germania plurimæ ſunt arces, atq; caſtella munita, quæ res licentius agendi multis occaſionem præbet.*

Armamẽta celebriora.

8.

Jus muniẽdarum Vrbium.

Eadem ratio eſt,de jure muniendarum urbium,quod & ipſum regium eſt,nec cuiquam in vitâ majeſtate uſurpandum. Genuenſes juſſit Frideri-

cus I. à munienda urbe ceſſare, Sigon. *12. Ital. hiſt.* & in univerſum, *de pace Conſt. §. libellariæ in fin.* facit Italis *poteſtatem, civitates murare vel extra munitiones facere.* Bononienſes verò cum prohibiti eſſent muros reparare, vallis, foſſis, arborumque ſtrue fortius, ac muro civitatem circumdederunt, quod eſt fraudem legi facere. Imolenſibus etiam Fridericus II. dedit poteſtatem mœnia, à Bononienſibus diruta, reficiendi & foſſas purgandi, Sigon. *lib 17. hiſt. Ital.* Mediolanenſes vero Placentini & Brixiani, quorum muros ſolo æquarat Fridericus I. inita, ope Alexandri Pontificis, conſpiratione contra Imperatorem, muros foſſasque per vim reſtituerunt. Sigon. *14. hiſt. Ital.* Stephanus rex Angliæ, ut indulgentiorem ſubditis ſe præberet, ſimulque contra Henricum II. meliùs muniret, conceſſerat ſubditis, in ſuo cuique territorio caſtella excitandi muniendique poteſtatem: mox tamen pœnituit ipſum liberalitatis, cum eos inde expireretur factos obſtinatiores, Wilhel. Malmesb. *in novell. hiſt.* facileque conſenſit Henrico II. ut quæcunque per turbas ita excitata eſſent caſtella, raderentur, & ipſe Henricus, quæ interitum effugerant, ſecundo regni ſui anno penitus ſolo æquavit. Matth. Pariſ. Wilhelmus Parvus *in hiſt. Henric. II.* Marſus Syriæ præſes, cum Agrippa murum ingentis magnitudinis circa Hieroſolymam ducere cœpiſſet, rem ad Imperatorem detulit, qui rerum novarum & turbæ ſuſpicionem captans, illi novum opus denunciavit, & ab opere deſiſtere coëgit. Joſeph. *lib. 19. Antiq. cap. 7.*

9. Id tamen hoc in jure minus eſt, ſicut paulò poſt dicemus, modò unicum adhuc prædictis affine adjecerimus, quod apud Italos potiſſimum, minus apud Gallos & Hiſpanos in uſu eſſe videmus, ut neminem ſive extraneum ſive civem arma in urbes inferre ſinant, etiamſi rectà tantum tranſire velit, ſed ablata in una porta, in alterâ exituro reſtituant, qui mos antiquus admodum fuit Maſſilienſium, cujus in ipſa narratione rationem aſſignat Valer. ideoque ejus verba affero. *ex lib. 2. c. 6. Intrare,* inquit, *oppidum illorum nulli cum telo licet, præſtoq; eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptum exituro reddat, ut hoſpitia ſua, quemadmodum venientibus humana ſunt, ita ipſis quoq; tuta ſint.* Prorſus ad eum modum Veneti, florentini, Romani, niſi, quod hoſpitia venientibus non nimis humana præbeant. Sed fieri potuit, ut Commani Segoregiorum regis ſtratagema Maſſilienſes ad eam ſollicitudinem deduxerit. Camer. *Cent. 1. c. 47.* quod ita narrat Juſtin. *lib. 43. Is igitur ſolenni Floraliorum die multos fortes ac ſtrenuos viros hoſpitii jure miſit in urbem, plures ſcirpis latentes frondibusque ſupertectos induci vehiculis jubet, & ipſe cum exercitu in proximis montibus deliteſcit, ut cum nocte prædictis aperta porta forent, tempeſtivè ad inſidias adeſſent, urbemq; ſomno ac vino ſepultam invaderent: Sed has inſidias mulier quædam Regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Græco adoleſcente ſolita, in amplexu juvenis, miſerata formam ejus, inſidias aperit, periculumque declinare*

Mos Maſſilienſium.

dinare jubet. Hoc periculum potuit inducere Maſſilienſes ad cuſtodiam tàm moroſam, quâ tamen etiam Romanos in limitibus ſui imperii uſos multis ex autoribus colligere eſt. Solus Tacitus illud pluribus in locis inſinuat, utpotè *lib. 4. hiſt.* quando Tencteros ita inducit loquentes: *Nam ad hunc diem flumina ac terras, & cœlum quodammodo ipſum clauſerant Romani, ut colloquia congreſſusq́; noſtros arcerent, vel quod contumelioſius eſt viris ad arma natis, inermes ac propè nudi ſub cuſtode & pretio coiremus:* quibus reſpondent ibidem Ubii, amicitiam & pactum ſuadentes: *ſint tranſitus incuſtoditi, ſed diurni & inermes, donec nova & recentia jura in vetuſtatem conſuetudine vertantur.* Item *in lib. de morib. German ad finem* oſtenſurus, quam fideli amicitiâ Romanis conjuncti fuerint Hermunduri, dicit: *Ideoq́; Soli Germanorum non in ripâ commercium, ſed penitus atque in ſplendidiſſima Rhætiæ provinciæ coloniâ, paſſim ſine cuſtode tranſeunt; & cum cæteris gentibus arma modo caſtraque noſtra oſtendamus, his domos villasque patefecimus, non concupiſcentibus.* Atqui Tencteri non immeritò ſibi contumelioſum id reputabant, quia licet ſuis ſubditis majeſtas imperare poſſit pro libitu, in extraneos tamen, ut id juris ſibi vendicet, humanitati hoſpitibus debitæ minus conſonum videtur eſſe, inprimis cum nec tanti ſint numero, nec talia geſtent arma, ut ab iis aliquid metuendum ſit. Debent quidem peregrini, quique per alienam ditionem iter faciunt, vel ſub alienâ jurisdictione pedem figere decreverunt, ad civium mores & conſuetudines locorum ſe conformare, *c. 1. in pr. diſt. 41. c. quæ contra & ibi gl. in Verb. ſocietate, diſt. 8. c. Illa autem & ibi gl. in verb peregrin. diſt. 12.* ex quo Affl. *in Conſt. Intentionis n. 24. de illic. port. armor* concludit forenſem vetita arma portantem, pœna ſtatutaria non minus teneri, quàm civem, quia ignorantia, quam prætexere poſſet, non excuſat, quandoquidem, ut ipſe loquitur, *de ſtatutis illius loci ſe informare debuiſſet,* ſtante præſertim generali conſuetudine, quâ armorum prohibitio probatur. Quæ enim communia ſunt apud omnes, veriſimiliter ignorari non poſſunt. Carer. *in pract. in 1. tr. de appell §. tex. ibi, Item eorum, n. 26.* Decian. *tr crim. lib. 8. c. 3. n. 26.* Clar *§. fin. q. 81. num. 2. Verſ. ſecundus eſt caſus.* Nihilominus, ſi quis ex longè diſſita & contrariæ conſuetudini aſſueta provincia, ubi ob diſtantiam ſtatuta alienæ Reip. diſcere non potuerit, nec ſuæ patriæ moribus præoccupatus, in eorum ſuſpicionem devenerit, acceſſerit excuſandus meritò foret, imprimis ſi ſtatuto gravis pœna corporis annexa fuiſſet, quæ dolum prærequirit in delinquente, qui in forenſi, veriſimiliter ob dictas cauſas ignorante, non præſumitur. Bertaz. *conſ. 46. n. 11. conſ. 173. n. 3. li. 1. conſ. 208. n. 9. & ſeqq. li. 2.* & ex eo Farinac. *prax. crim. q. 108. n. 17.* Ideoque urbis Romanæ bannimenta injungunt portarum cuſtodibus & hoſtibus, ut peregrè advenientes hoſpitiumve petentes, ad deponenda arma admoneat, ſtatutaque urbis ſuper hac re in portis urbis & hoſpitiorum affixa habeant, ipſi aliàs debitâ pœnâ afficiendi. *Vide bannim. de an. 1591. c. 17. de anno 1599. c. 25.*

Mos Romanorũ.

Peregrini arma vetita geſtãtes an puniendi.

Atque

Digitized by Google

10. Atq; hæc quidem ex hoc capite majeſtatis fluunt: verum ſupereſt aliud longè maximum, & in hac re primum, quod ſubditis communicari non poteſt, licet armamentaria poſſideant, urbes, & caſtella ſua munita habeant. Fruſtra enim aliquo modo hæc poſſident, ſi iis, niſi ad nutum majeſtatis uti non poſſint, quippe, nec bellum indicendi, nec fœdera cum hoſtibus ineundi, nec, pacem, cæterave, concluſa ab Iſidoro *in c. jus militare diſtinct. 1.* faciendi licentiam habentes, quæ omnia Imperatores vocabulo: *arma movendi*, comprehenderunt, & à ſubditis abſtulerunt, *l. un. C. ut arm. uſ. inſc. princ.* ſibiq; attribuerunt, *Novel. 105. in pr.* ita ut Paulus *li. 5. ſent. tit. 29. verſ. 1. lege Iulia Majeſtatis teneri ſcribat, qui injuſſu Imperatoris bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, ſollicitaverit, &c. l. 3. ff. ad l. Iul. Majeſt. l. Pannonia. §. rei perduellionis de acquirend. hered.* etiamſi rem benè geſſerit, ut refert Albericus, *in d. l. 3. arg. l. deſertorem §. qui in bello de re militari*, ex quo faciam, ut autores certatim inter jura majeſtatis reponant jus indicendi bellum, & quod ad illud conſequitur, pacem faciendi. Bodin. 1. *de Repub. c. 10.* Gregor. Tholoſ. *de Rep. li. 9. c. 1. n. 14. 16* Clapmar. *de arca: Rerump. lib. 1. cap. 20.* ne de Plat. Ariſt Polyb. Tacit. Dion. Sueton aliisq; dicam, quorum verba & ſententias ſupra retuli. Alber. Gentil. *in lib. de jure belli*: Annibal. Crantz. *in lib. ad Ven. de juſt. bell.* Sylveſt. *in verb. bellum q. 1.* Odrad. *conſ. 70.* Abbas *in c. ſicut n. 7. de jurejur. gl. in c. ille gladium. in verb poteſtate 23. q. 4. gl. in c. quid culpatur, in verb. principes 23. q. 1. gl. in ſumma, & in c juſtam, in verb. quod autem 23. q. 2.* Peregri. *de jur. fiſc. rubr. 1 n. 15. li 1.* Cov. *part 2. relect. c. peccatum, §. 9 num. 1 qui communem dicit*, Caſtald *de Imper. q 11°. num. 11.* Damhud. *in pract. crim c. 82 n 15. 20.* Sixt. *de Regal. cap 2. num. 7.* Affl *ad c un n. 105. Quæ ſint regal.* Obrecht *in diſp. regal. n. 174 & diſput. de re milit.* Bellarm *lib. 3. de memb. Eccl. milit. c. 15.* Forcatul. *comm de feud. c 9 n. 9.* Paurmeiſt. *1. de jurid. c. 3. n. 21.* Matth Steph *2. de jurid c. 1. m. 2 n. 5°.* Valent. Forſter. *4. de ſucceſſ. c. 23. n. 22. per l. Pannoni. 8 § rei perduellionis ff. de acquirend. hered.*

Poteſtas belli & pacis.

11. *Ordo enim ille naturalis* ait Auguſt *li 22 contra Fauſt in c. 74. mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli autoritas, atq; conſilium apud principes ſit c. quid culpatur 23. q. 1.* Niſi enim ad unum referatur, nunquam quieſcet Reſp à turbis & bellis civilibus quia nunquam deerit vel ſeditioſa civitas, vel impatiens princeps, qui excogitatâ veriſimili quâdam causâ, bello laceſſere vicinum ſuum non audeat. Et ſanè, ſi privatam vindictam divina & humana jura propterea prorſus ſublatam voluerunt, ne, ut inter beſtias, quò quis potentior, eò plus juris, oppreſſio imbecillo quoque, ſibi ſumat, nevè plùs vindictæ inferatur, quàm peccatum mereatur, ut eſt ſui impotens ira, & ſuarum injuriarum iniqua æſtimatrix: multò magis privata bella convenit interdicta eſſe, ubi non ſemper juſta cauſa vincit, ut ait Lucanus, quando de Victoriâ Cæſaris & interitu Pompeji loquitur, nec vindictæ

Digitized by Google

vindictæ modus ullus ſtatui poteſt, non tantum quod militum arma non ſint in manu Imperatoris, ſed, quod bellorum vis non minus ad innoxios extendatur, quàm ad noxios. *Non enim ibi conſiſtunt exempla, unde cœperunt, ſed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſimè evagandi ſibi viam faciunt, & ubi ſemel recto deerratum eſt, in præceps pervenitur, nec quiquam ſibi putat turpe, quod alii fuit fructuoſum.* Paterc. *lib. 2. in princ.* *Non Sagunto*, ait Hanno in ſenatu Carthaginenſi, *ſed Carthagini nunc Annibal vineas turresq; admovit: Carthaginis mœnia quatit ariete: Sagunti ruina capitibus noſtris incident: ſuſceptumq; cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis erit.* Liv. *lib. 11. in pr.* Quod igitur tantam vim habet, ut uno ictu totam ſubvertere poſſit Remp. illud abſurdum eſt, in alterius velle ponere arbitrio, quam illius, cui hæc cura demandata eſt, ut videat, ne quid Reſp. detrimenti capiat. Nec ſine causâ principibus Germaniæ durum viſum fuit, quod duci Burgundiæ 1548. *in comitiis Auguſt.* conceſſum, ne ſubditi in causâ fractæ pacis domicilio evocari queant, cum tamen privilegium duci in ſubditos datum, non debeat etiam ducem ipſum eximere à jurisdictione imperii, ne ad peccandū invitetur, poſſitq; Reip. pacem impunè turbare. Petr. Frid. Mind. *de proceſſ. lib. 1. c. 22. num. 3.* Proinde optimè Plato *lib. 2. de legibus* in ſuâ Rep. ſancivit: *ſi quis pacem vel bellum fecerit cum aliquibus ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημίας*: & lex Julia majeſtatis damnat, *qui injuſſu principis bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, quive, cum ei in provincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſori non tradiderit. l. Lex 12 tabul. verſ. Eadem. ff. ad l. Iul. majeſt.* Graviſſimè enim in eo læditur Majeſtas, quando jus vindicandi aut puniendi, quod ipſi debetur, privatus ſibi ſumit, & quaſi ſuperiorem non habeat, cui injuriam ſuam exponere poſſit, propriâ autoritate ad ulciſcendum feſtinat, quod civitates Italiæ quidem fecerunt, imperantibus Lothario II. & Conrado II. qui ſeditionibus domeſticis implicati, rebus Italiæ minus attendere potuerunt, aut in ipſo conatu extincti ſunt, donec Frider. I. reſtitutâ pace Italiæ, illud quoque, cum cætera Regalia vindicaſſet, ſtatuit: *Ne civitas civitatem, privatus privatum oppugnaret, injuſſu regis.* Sigon. *12. hiſt. Ital.* Quin etiam, licet contra ipſam Remp. quod abſque dubio capitale crimen eſſet, arma quis non ſumſerit, tanto tamē malo viam aperit, quod in totius Reip. perniciem ſæpè redundare ſolet, quo argumento, quicunq; illi demum ſint ex Græcis, dehortari conantur Ætolos, ne bellum Philippo inferant, apud Polyb. *lib. 11. In præſenti quidem*, ajunt, *& veſtrum & Macedonum exitium conjicimus, in futuro verò, & de veſtra & aliorum Græcorum patria ſolliciti ſumus. Quemadmodum enim, ſi quis ſylvam ſemel accenderit, non amplius ad ipſius arbitrium fertur incendium, ſed depaſcitur, quicquid apprehenderit, ventuquè regitur, & ſubjecta ſylva conſumtione, ac ſæpe numero ipſum incenſorem cum primis præter expectationem corripit: Ad eum modum & bellum, ſi ſemel à nonnullis excitatum* *exarſe-*

Pericula belli.

Digitized by Google

exarſerit, tum quidem illos primum perdit: poſtea verò fertur, injuſtè ſingula, quæ incidunt, perdens, agitatum temeritate & ignorantiâ accedentium, veluti à ventis inflatum. Idem docet Saluſt. *in Iugurth.* quando ait: *ſcito omne bellum ſumi facilè, caterum ægerrimè deſinere, nec in ejuſdem poteſtate initium & finem eſſe.*

Injuſtum bellum ſine edicto. Non immeritò igitur Iſidorus *lib. 18. Etymol. c. 1. injuſtum* bellum vocat, *quod abſq; edicto geritur,* puta ejus, cui bellare fas eſt ut ait Auguſt. *c. Dominus 23. q. 2.* & leges Romanæ pro latrocinio & non pro bello reputant, quod non ab ipſo populo Romano indictum eſt. *l. hoſtes 118. de Verb. ſignif. l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*

II. Sicut enim *Romani, teſtimonium ferente* Halycarn. *libr. 2. juſtè bella ſuſceperunt, propterea etiam in periculu potiſſimùm propitios Deos habuerunt*: ita & hac in parte ſedulò caverunt, ne cuiquam exterorum injuſſu ſuo à ſubditis vel magiſtratibus injuria fieret, nec ipſi Reip. importuno armorum uſu malum accerſeretur, quod à Fabii Ambuſti tribus filiis factū eſt, qui ad Gallos pro Cluſinis miſſi legati, injuſſa arma capientes, toti Reip. funeſtum bellum pararunt. Pompon. Læt. *de Sacerd. Roman. tit. de fecial. in fi.*

Vindicatū in magiſtratus, ſi bella ſuſceperint injuſſi. quod præcavere Romani potuiſſent, ſi ſolitæ ſuæ juſtitiæ ſimile quid facere, & poſtulatis Gallorum conſilioque fecialium, Plutar. *in Camil.* annuere voluiſſent, eos, qui jus gentium violaſſent, jure gentium dedi poſtulantiū: Liv. *lib. 5.* quo jure legati Romanorum Carthaginem miſſi ſunt, ad Annibalem in pœnam fœderis rupti depoſcendum, ſi injuſſu Reip. arma contra Saguntinos moviſſet, Poly *li. 3.* Liv *lib. 10.* de quo Hannonis hæc erat ſententia: *Non dedendum ſolum Annibalem ad piaculum rupti fœderis: ſed ſi nemo depoſcat, devehendum in ultimas maris terrarumq; oras, ablegandum eo, unde nec ad nos nomen famaq; ejus accedere, nec ſollicitare quieta civitatis ſtatum poſſit. Ibid.* Et tum quidem Amilcaris factio prævalebat, ſed non multis annis poſt, cum eâdem de causâ Amilcar ab iis peteretur ad deditionem, quod in Galliâ contra fœdus bellū moveret, jam periculo ſuo ſapientiores facti, aliter reſponderunt: *Amilcarem non eſſe in ſuâ poteſtate, nihil ultra ſe facere poſſe, quàm ut exilio eum multarent, bonaq; eius publicarent.* Liv. *lib. 31.* Popilius verò graviſſimè à ſenatu Rom. increpitus, & provincia decedere juſſus eſt, *quod Statellatibus Liguribus contra jus ac fas bellum intuliſſet, & pacatos ad rebellionem incitaſſet, illudq; ob crimen periculoſam cauſam apud prætorem dixit.* Liv. *lib. 42.* Cn. Manlium acriter incuſant ejus legati, *quod Gallogræcorum nationi, non ex ſenatus auctoritate, non populi juſſu bellum intulerit, quod quem unquam de ſuâ ſententiâ facere auſum? Antiochi, Philippi, Annibalis & Pœnorum recentiſſima bella eſſe, de omnibus his conſultum Senatum, populum juſſiſſe. Sæpè legatos ante miſſos, res repetitas, poſtremò, qui bellum indicerent, miſſos. Quid eorum, Cn. Manli, factum eſt, ut iſtud publicum P. R. bellum, & non tuum privatum latrocinium dicamus?* Liv. *lib. 38.* M. Æmilius Conſul, invidiam collegæ M. Fulvio facturus, Ambracienſes legatos in ſenatum ſubornatos criminibus induxit, *qui ſibi, cum in*

pace

Digitized by Google

pace eſſent, imperataq́; à prioribus Coſſ. facerent, & eadem præſtare M. Fulvio parati eſſent, bellum illatum quererentur, ſatis magnum ad invidiam attrahendam crimen ratus, ſi injuſſu ſenatus amicum populum laceſſiſſe argueretur. Liv. *lib.* 38. M. Junium reum egerunt tribuni, quod ex Galliâ, quam ſortitus erat, in Hiſtriã tranſiſſet, *quando id bellum ſenatus decreviſſet, quando bellum P. R. juſſiſſet? Suſceptum eſſe nequiter, privato conſilio, geſtum inconſultius &c.* Liv. *li.* 41. Talis erat & ſententia Catonis, cum Cæſar factâ in bellicoſas nationes impreſſione victoriam audaciâ ſuâ paraſſet, & Germanos induciarum adortus tempore, trecenta millia occidiſſe diceretur, reliquis ob tàm lætum nuncium jubentibus populum ſacrificare, ipſe *dedendum iis, quibus præter fœdus injuria eſſet facta, Cæſarem affirmabat, neq; ei piaculo cives urbemq; obſtringendam.* Plut. *in Cat. min. In com. Craſſ. & Nic.* Similiter, qui Manlium incuſabant legati, *honorem habendum Diis dicebant, quod pro temeritate Imperatoris nullo jure gentium, bellum inferentis, pœnas luere exercitum noluerint.* Liv. *li.* 38. Aggravabat delictum Cæſaris, quod etiam inducias rupiſſet, ſicut Cn. Piſonis temeritatem, quod quæſierat ſtudia militum per ambitionem, provinciamque armis repetierat adverſarii ejus ita interpretabantur: *petitam armis Rempubl. & cum Senatus ob præbitum Germanico venenum ipſi implacabilis eſſet, Tiberius tamen in ejus condemnationem potiſſimùm propendit, ob bellum provinciæ illatum.* Tacit. *li.* 3. *Ann.*

Quamdiu enim poteſtas Reip. fuit penes populum, tam diu poteſtatem quoque belli indicendi manſiſſe penes eundem, ex tota hiſtoria compertum eſt. Halicarnaſ. *li.* 4. *antiq. Rom.* illam populo quoque tribuit, durante regno, ſed id explicaverat, *li.* 2. ſuffragium quidem in decernendo bello vel pace tuliſſe populum, ſed abſolutâ tamen poteſtate non fuiſſe uſum. Nam & Servium, qui maximè popularem ſe fecit, bellum contra Etruſcos ſuſcepiſſe, & deprecantibus pacem dediſſe idem teſtatur, *li.* 4. Mutato v. ſtatu Reip. inter jura populi ſcribit hoc tanquam maximum Polyb. *li.* 6. quod in illius voluntate & pax conſtiterit & bellum, & de ſociorum auxilio, conciliatione & fœderibus judicarit. M. n. Furium prætorem conſul Æmilius, juſſu ſenatus, provincia decedere mandavit, quod ademtis Cenomannis armis, in pace ſpeciem belli quæſierat, Liv. *lib* 39. *in pr.* quandoquidem jus belli & pacis ad ſolum populum pertineret. Nam cum Campani ſe dedidiſſent Romanisq́; denunciatum eſt Samnitibus, populi Rom. ſenatusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro àbſtinerent: Et mox: cum Samnites res per faciles repetitas non redderent, patres decreverunt, *ut de eâ re primo quoque tempore ad populum ferretur, juſſuque populi ambo Coſſ. ab urbe profecti &c.* Liv. *li.* 7. Item, *cum Palæpolitani ferociùs reſpondiſſent fecialibus, ad res repetendas miſſis, ex autoritate patrum populus Palæpolitanis fieri bellum juſſit.* Liv. *li.* 8. Item, *Lucanis de Samnitium injuriâ queſtis, bellum his & pa-*

Populus in Rom. Rep. indixit bellum.

tres cenſuerunt, & populus juſſit. Liv. *li.10.* Item *de Carthaginenſibus poſt exciſum Saguntum, latum eſt ad populum: vellent juberent populo Carthaginenſi bellum indici, ejusq; belli cauſa ſupplicatio per urbem habita, atque adorati dii, ut feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus juſſiſſet.* Liv. *li.11.* Item *cum Claudius Marcellus Conſul bellum in Macedonia continuatum cuperet contra Philippum, trib. pl. ſe interceſſuros dixerunt, ni prius illi ad plebem tuliſſent, vellent juberentve cum rege Philippo pacem eſſe? Et rogatio ad populum in Capitolio lata eſt, omnes quinq; & triginta tribus, uti rogatæ, juſſerunt.* Liv. *li.33.* Item legatis Athenienſium auxilium contra Philippum flagitantibus, & ſenatu id cenſente, plebe verò, quod tot bellorum continuus labor gravis eſſet, diſſentiente, *tenuit tandem autoritas patrum, ut ſociæ civitati ferri opem populus juberet.* Flor. *Epitom.30.*

13. Et talibus abundat Univerſa Romanorum hiſtoria, quod in cæteris quoque Rebusp. obſervatum, ſi operæ pretium eſſet, facilè demonſtrari poſſet.

Exempla aliarum Rerump. In Lacedæmoniorum Rep jus hoc erat penes totum populum & Ephoros, penes quos & potiſſima pars majeſtatis reſidebat, quemadmodum teſtis eſt Xenoph. *in li. de Rep. Lacedæm.* innuítque Ariſtoteles *3. pol. c. 3.* tum demum regibus imperiũ in exercitum aſſcribens, cum extra regionem egreſſi

Lacedæm. fuerint. Thucyd *li.5.* Quod enim Herod. *li.6.* Juſt. *lib.2.* regibus faciant poteſtatem belli, in quamcumque libuerit partem inferendi, alibi refutavimus. Cum enim de bello Athenienſibus ad ſocios vindicandos inferendo apud eos conſuleretur, & Archidamus Rex inferendum negaret, Sthenelaidas Ephorus orationi ſuæ, qua contrarium ſenſit, adiecit. *Ite ergo in ſuffragium Lacedæmonii, & bellum ex dignitate Spartana urbis decernite.* Inde cum in ſuffragium concio miſſa eſſet, majori parti placuit, *fœdus ab Athenienſibus ruptum eſſe, bellumq; decretum fuit.* Thucyd. *li.1.* Nec inducias quidem ab Ægide Rege, cum Thraſylo & Alciphrone Argivorum ducibus ratas habuerunt populus, & ne tale quid poſthac poſſet rex, lege lata 12. illi addiderunt conſiliarios, ſine quibus nec inducias, nec fœdus paciſci cum hoſtibus deberet. Thucyd.

Athenien. Athenienſes verò, quis neſcit belli cauſas in concionibus diſceptare ſolitos, cum multo minutiora in iis proponere conſueverint, adeò, ut Xenoph *de Rep. Athen. ad fin.* tot negotiis populum onerari ſcribat, ut ſæpè quis annum aut amplius illic expectare cogatur, priusquam reſponſum impetrare poſſit. Bellum Peloponneſiacum, cum contra Lacedæmonios ſuſcipiendum eſſet, concione ad vocata, ait Thucyd. *li.1. ſententiam dicendi poteſtatem omnibus fecerunt.* Extant Niciæ & Albiadis orationes contrariæ de bello Siculo in publicis conventibus habitæ, Thucyd. *li. 6.* Plut. *in Nic. & Alcib.* de quo bello Damoſtratus legem rogavit: *uti Imperatoribus, plena daretur poteſtas, domi forisq; conſultandi agendique: populo, ut id ratum haberet.* Plut.

in Nic.

Digitized by Google

in Nic. Et quanquam ſenatum multa illic de bello deliberare ſcribat Xenoph. *de Rep. Athen.* id tamen de præconſultoribus intelligendum eſt, quorum conſulta niſi à populo rata eſſe juſſa, autoritatem non habebant Plut. *in Sol.* Tarentinos quoque de publico conſilio & Romanis bellum decreviſſe, & Pyrrhum advocaſſe, argumento eſt Apologus Metonis, qui populo in foro ſedente, ſerto coronatus, faculamque manu præferens progreſſus legatur. Plut. *in Pyrrh.*

Tarentini

Quid ni enim neceſſarium id ſit in Rep quod etiam in fœdere plerunque obſervari convenit. In Helvetiorum enim fœdere, quo in ſocietatem recepti ſunt Baſilienſes, Friburgenſes, Schafhuſiani, & cæteri ex quinque poſtremis Cantonibus, peculiariter cautum eſt, *ne inſciis reliquis cantonibus cuiquam bellum inferant*, cujus ratio eſſe poteſt, ne cum pluribus obnoxii ſint turbis, utpotè in limitibus habitantes, temeritate intempeſtivà totam ſocietatem in bellum non neceſſarium præcipitent Siml. *li.1 de Rep. Helvet. tit.* der fünff letzten Orter bund, *lib.2.c.1.* quanquam ibidem in fœdere octo primorum Cantonum conventum erat, das welchem Orth ſchaden zugefüget wird / das ſolle erſtlich bey dem End erkennen / Ob man ihm vnrecht thue / ſo ſoll es die andern manen. In quibusdam fœderibus, id quoq; additur: daß die andern die mahnung nicht ſollen für ſich gehen laſſen / ſie haben den den ſchaden vnd die ſache recht vnd genug befunden. Simler *li.1.* der acht Alten Orten bund. Aratum enim & Achæos accuſavit Ariſtippus apud Mantinenſes & Arato abſente, hos reos peregit, eſtque illis lis triginta minis æſtimata, quod Argivorum Tyrannum, clam intercipere conati, crimini ſe ei tantum obnoxios reddiderint, quod in pace bellum moviſſent, Plut. *in Arat.* Solitos enim Achæos ejus rei gratia concilium indicere, indicat etiam Liv. *lib.31.* quando, *iis inopinantibus*, ſcribit, *concioni ſuperveniſſe Philippum Macedonem, cum conſultarent de bello adverſus Nabim Tyrannum Lacedæmoniorum, contra quem tum Philippus ſuas operas offerret, prætor reſpondit, non licere legibus Achæorum de aliis rebus referre, quam propter quas vocati eſſent, & decreto de exercitu parando adverſus Nabim facto, concilium dimiſit.* Lacedæmonii antequam bellum Athenienſibus denunciarent, voluerũt omnes ſocios præſentes ſua ſuffragia dare, ut bellum communi conſilio decretoque ſuſceptum, communibus etiam viribus gererent. Thucyd. *li.1.* Egeſtanis, quamvis ſociis Athenienſium Nicias reſponderi volebat: *Quod bellum, non conſultis Athenienſibus, ipſi ſuo conſilio cum Elinuntiis conflaverint, id per ſe ſuis viribus exequantur.* Thucyd *li.6.* Quod Hetruriæ populi Vejis quoque reſpondebant, quod, *unde conſilium non petiiſſent ſuper tantà re, auxilium petere non deberent.* Liv. *lib.5.* Ætolorum legibus cautum eſſe dicit prætor eorum, apud Liv. *li.31. ne de pace bellove, niſi in Panætolico & Pylaico concilio ageretur, idcoque ſuadet Ætolis, ut ad reſpondendum legatis Romanorum & Philippi regis Macedoniæ*

Fœderatos æquum eſt conſentire in bellum indicendum.

decernant extemplò, ut prætor ſine fraude, cum de bello aut pace agere velit, advocet concilium, & quod tùm referatur, decernaturve, ut perindè jus ratumq; ſit, ac ſi in Panætolico aut Pylaico concilio actum eſſet. Atque in hoc capite collocarat Philippi legatus Ætolorum ſummam libertatem, quod legibus ſuis per ſuos à ſe creatos magiſtratus concilium habere poſſint, ſocium, hoſtemque liberè, quem velint, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri ſuo.

14. Pacem, inquit, & bellum, quia, licet in bello plus ſit periculi, quàm in pace facienda, unde magiſtratibus & exercituum Ductoribus ſponſionem cum hoſtibus ſæpè feriendi copiam fieri videmus: tamen & illa ad dignitatem & libertatem majeſtatis pertinet, nec non ad ſecuritatem, nec aliter vim habent pacta Imperatorum, quam ſi ſequatur ratihabitio majeſtatis. Id enim differt ſponſio à fœdere, quod hoc ſit pactum populi Rom. illa magiſtratus, ut dicemus alibi. Sigon. *lib. 1. de antiq. Iur. Ital.* Godelev. *in li. 9.* Liv. Ideoque rectè Ageſilaus, cum in Lydia Tyſaphernem vertiſſet in fugam, rege Perſarum per legatos ingentem vim pecuniarum ultrò ad illum mittente, ac petente, ut à bello deſiſteret, reſpondit: *τὴν μὲν εἰρήνης, τὴν πόλιν εἶναι κυρίαν*: Xenoph. *in Ageſ.* quibus verbis regis poſtulata ad Rempub. tanquam belli pacisque arbitram reiecit, quod & Romanorum magiſtratus facere tenebantur, ſicut Papyrius Dictator pacem petentes ad ſenatum ire jubet. Liv. *lib. 8.* Scipio legatos Carthaginenſium Romam proficiſci juſſit, *ut quæ ab ſe de conſilio legatorum acta eſſent, ea patrum populique juſſu confirmarentur.* Liv. *lib. 30. in fin.* Manius *inducias* tantum Ætolis dedit, *ſpatiumq; mittendi Romam legatos & tolerabilem pacis conditionem petendi*: Plut. *in Quinct.* cui conſonat illud ex Tacito *15. Annal. donec referantur literæ Neronis, an paci annueret,* quia *ſequens tempus*, ait Juſtinianus, *in Imperatores piiſſimos traſpoſuit τὴν τοῦ πολεμεῖν τε, καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐξουσίαν. Nov. 105. in pr.* Et licet Quinctius Philippo pacem dederit, ſi Plutarcho credimus, tamen id auctoritate ſenatus factum Livius docet *lib. 33.* quippe, qui decem legatos miſit *more majorum, de quorum conſilio T. Quinctius Imperator leges pacis Philippo daret.* Senatus autem conſultum poteſtate juſſuque populi ratum habitum, imò conſuli invito expreſſum fuit, *ut eſt apud eundem Livium.* Nam licet ſenatus de bello & pace, nec non de legatis hoſtium ſociorumve pleraque expedire legatur, Polyb. *lib. 6.* ſicut ſenatus Rom. & T. Quinctius liberos jubet eſſe Græcos, nullâ factâ mentione populi. Plut. *in Quinct.* Liv. *lib. 33.* & in formula belli indicendi apud Liv. *lib. 1.* Solius ſenatus nomine bellum denuntiatur: tamen formula iſta mutata fuit, *apud Cinc. 3. milit.* Gell. *lib. 16. c. 4.* & ſi quid expedit Senatus, id omne expedit nomine & autoritate populi, qui eius acta non minus reſcidit, atque Senatus acta magiſtratuum, nec potuit eo die decerni quicquam de pace Caudina, quo tribuni intercedebant. Liv. *lib. 9.* Et Poſthumius in oratione ſua, non tantum cum ſenatu, ſed & cum populo de pace, Pontio

Pacem facit majeſtas.

agen-

agendum fuiſſe dicit. *Ibid.* Bellum quippe indici, paxque conſtitui, non minus populi, quam ſenatus nomine ſolebat. *Samnitibus*, ait Liv. *lib. 7. Senatus populiq́; verbis denuntiatū ut Capua urbe & agro Campano abſtinerent.* Cumque Cn. Lentulus Conſul SC. intercederet, ne pax daretur Carthaginenſibus: tribuni pl. ad populum tulerunt; *vellent juberentne ſenatum decernere, ut pax cum Carthaginenſibus fieret, & quem eam pacem dare, quemque ex Africa deportare exercitum juberent. De pace, uti rogatæ omnes tribus erant, juſſerunt pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. & hac rogatione ſenatus decrevit, ut P. Scipio ex X. legatorum ſententia, pacem cum populo Carthaginenſ. quibus ll. ei videretur, faceret.* Liv. *lib. 30. in fin:* Sic de *Philippi; Antiochi, Annibalis & Pœnorum bellis*, ut aiunt legati Cn. Manlii, *conſultus ſenatus, populus juſſit.* Liv. *li. 38.* Patet hoc ipſum vel ex antiquo bellum indicendi modo, ubi pater patratus, *ſe domi conſulturum majores natu dicebat, quà ratione jus ſuum populus Romanus adipiſci poſſet. Et ordine rogato quoq́; ſententiam* ait Liv. *lib. 1. majore eorum, qui aderant, parte in eandem ſententiā, eunte, bellū erat conſenſu fieri ſolitum.* Obrech. *diſp. 1. de bell. in fin:*

Senatus uſu auctoritate populi.

Iniquiſſimum enim eſſet, alterius pactis alterum obligari, invitum *l. 1. in pr. de alien. l. quo tutela 73. §. fin. de R. I. juncta leg. ſeq: Sponſio*, inquit, Sp. Poſthumius, *neminem ligat, niſi ſponſorem, nec poteſt quicquam ſanciri injuſſu populi, quod populum teneat. An ſi eadem ſuperbia, quà ſponſionem iſtam expreſſerunt nobis Samnites, coegiſſent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare; deditum pop. Rom. vos tribuni diceretis, & hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas Samnitium eſſe. Quid tandem ſi ſpoſpondiſſemus, urbem hanc relicturum pop. Rom. ſi incenſurum, ſi magiſtratus, ſi ſenatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurum?* Liv. *ll. 9.* Optimè ICtus: *Ignorantis Domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet, l. ignorantis 49. de procur. l. reſcriptum §. ult. in fi. de pact. l. Ius jurandum §. ult. de jurejur.* nec poteſt de rebus pro ſuo arbitrio diſponere; *qui univerſorum bonorum adminiſtrationem non habet. d. l. jusjur. & l. procurator 58. l. procurator 63. de procurat:* quin ſemper replicari poſſit: *quia rerum adminiſtrandarum jus ei non competit. l jusjur. 17. §. 1. de jurejur.* Quin etiam falſitatis ſe alligat, qui actum, requirentem ſpeciale mandatum, gerit ſine mandato. Bald. *in c. nonnulli col. 1.* Felin: *in c. ex parte decani col. 3. de reſcr:* Id quod Pontius ignorare non debuiſſet, cum ſponſionem conſulum & tribunorum reciperet. Quod enim poſtea Romanos accuſat, eos quærere ludibria religionum; & ambages fallendæ fidei texere, ne victi pacto ſtare cogantur; aut quod Numantini deditionem Mancini agnoſcere recuſant, dicentes, *publicam violationem fidei non debere unius ſanguine lui*, Paterc. *lib. 2. in pr.* jus feciale ſe ignorare oſtendunt: *Nomina enim* ait Sen: *1. de benef. in pr. facturi; diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquirimus: pacem vero vel fœdus inituri non curemus ſcire conditionem ejus, cum quo contrahimus?* Qui cum alio contrahit; *vel eſt, vel de-*

15. *Nemo invitus obligari poteſt per alterum.*

Conditio eius, cum quo cõtrahitur, cum

damno cõtrahentis, ignoratur.

bet eſſe non ignarus conditionis eius. l. Qui contrahit 19. de Reg. I. Cujac. 7. *obſ.* 36. Hottom. 5. *obſ.* 8. Conditio vero magiſtratuum eſt, ut pro Rep. ejus injuſſu paciſci non poſſint, *c. quod translationem, & ibi gl. in verb. reſervata de off. legat.* quod in Romanorum Rep. ita obſervari ſolitum oſtendit Livius, quando ad Quinctium decem legatos, pacis Philippo dandæ cauſa, [illegible] illos ſcribit, *more majorum. li. 33.* Et negavit ſenatus populum teneri pace à C. Luctatio Conſule Carthaginenſibus data, de quo horum princeps: *Vos quod C. Luctatius Conſul primo nobiſcum fœdus fecit, quia neque autoritate patrum, neque populi juſſu ictum erat, negaſtis vos eo teneri.* Liv. *li.* 21. Additum enim erat: *ita id ratum fore, ſi populus cenſuiſſet.* Polyb *lib.* 3. Similiterque eodem jure idem negavit, Carthaginenſes teneri fœdere per Asdrubalem cum Romanis icto, quod abſque auctoritate ſenatus & populi juſſu ab Asdrubale privato arbitrio ictum extitiſſet. Polyb. *li.* 3. Saluſt. de pace inter Aulum Imperatorem Rom. & Jugurtham facta: *Senatus, inquit, ita, ut par fuerat, decernit, ſuo atq; populi injuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri. In Iugurth.* Quin & Camillus reſcindit conventionem inter Brennum Gallorum regem & quendam tribunũ militum factam, Plut. *in Camil.* Liv. *lib.* 5. Cic. de fœdere Gaditano: *de quo fœdere populus Rom. ſententiam non tulit: qui injuſſu ſuo, nullo pacto poteſt religione obligari. Pro Balb. poſt med.* Proinde Poſthumius in eo peccatum à Pontio rectè dicit: *An, inquit, ſi ſana mens fuiſſet, difficile illis fuit, dum ſcues ab domo ad conſultandum acceſſunt, mittere Romam legatos? cum ſenatu, cum populo de pace & fœdere agere? Tridui iter expeditis erat. Interea in judicijs res fuiſſet, donec ab Roma legati, aut victoriam illis certam, aut pacem afferrent. Ea demum ſponſio eſſet, quam populi juſſu ſpoſpondiſſemus. Iam vero quid vobiscum, Patres conſcripti, quid cum populo actum eſt? Quis vos appellare poteſt, quis ſe à vobis dicere deceptum? hoſtis, an civis? Hoſti nihil ſpoſpondiſtis, civem neminem pro vobis ſpondere juſſiſtis. Nihil ergo vobis nec nobiscum eſt, quibus nihil mandaſtis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis.* Liv. *li.* 9. Si igitur ſponſio hæc à majeſtate reſcindatur ſibi imputet contrahens, qui cum meliùs ſibi cavere debuiſſet id facere, neglexit. *arg. l. debitorem 99. de ſolut.* Nam ſi procurator generali mandato ad actionem conſtitutus transigendi negotii facultatem non habet: *l. mandat. general. de procur.* multò minùs is, qui ducendi tantum regendique exercitus curam habet. Bart. & Duaren. *in l. conventionem, 5. verſ. jam ut eo revertamur ff. de pact.* Cuno *de pact c. 22. n. 112.* Damhud *prax crim. c. 82. n. 1:0.* Nunquam enim præſumitur juſſu alicujus aut ex officio facere, qui id facit, quod alius veriſimiliter non facturus præſumeretur, aut quod in ſummam eius ignominiam redundare videtur, ut docent Paulus Caſtrenſ. & Jaſon. *in l. tale §. fin. 2 not. ff. de pact.* ſicut nec ſtatutum ad illud extenditur, quod ſi cogitaſſent ſtatuentes, non ordinaſſent. Chaſſan. *conſ. Burg. des droicts & appart. §. 1. verſ. ſans procurat. n. 4.* Sponſores tamen ſoliti ſunt Romani dedere, tùm ut

Per magiſtratum maieſtas non obligatur.

exol-

exolverent religione Remp. ſi qua obligaverint,tum , ut pœnas luerent temeritatis ſuæ, & ſimul ut poteſtati hoſtium traderent , quod obligare ſolum potuerint. Ita Sp. Poſthumius Samnitibus deditus eſt, quod exercitu *Qui dediti.* ſub jugum miſſo,ignominioſam cum iis pacem fecerat Liv. *li.1.* Iisdem deditus eſt Veturius ob turpiter cum iis ictum fœdus. Val *li 6. c.1.* Mancinum Hoſtilium deteſtabilia & turpia cum Numantinis fœdera eò deduxerunt, ut vinctus nudusque iis dederetur. Paterc. *lib.2.* Pompeium vero, primum ex iſta familia conſulem,qui non minùs turpia cùm iisdem fœdera fecerat, gratia impunitum habuit. Id ibid. Cic. *3. de off.* M.vero Clodium Senatus Corſis,quia turpem cum his pacem fecerat,non tantum dedidit, ſed etiam ab hoſtibus non acceptum in publica cuſtodia necari juſſit. Val. Mar. *lib.6. c.3.* atque hunc tàm graviter punitum meritò putat Valerius, *quia majeſtatem imperii læſerat, jus pacis faciendæ, quod ipſi ſoli competit temeraria audatia injuſtè uſurpando.*

Famulatur autem huic poteſtati, legatorum mittendorum poteſtas, 16.
quà licet ſenatum ſæpè uſum conſtet , adeò ut Græcis pariter ac regibus *Senatus R. legatos expedire ſolitus.* compluribus viſum ſcribat Polyb. *lib. 6.* cum viderint omnia negocia ſua expediri per ſenatum,ab eo legatos audiri & remitti, in eius poteſtate conſiſtere totam Rem. qua de causâ Vatinium inſectatur Cicero *orat.in Vatin.* quod legatus eſſet factus ſine S C. *Ne hoc quidem,* inquit, *ſenatui relinquebas, quod nemo unquam ademit,ut legati ex ejus ordinis autoritate legarentur?* Et paulo poſt: *Quis legatos unquam audivit ſine ſenatus conſulto? ante te nemo. Poſt continuo fecit idem id duobus prodigiis Reipub. Clodius: tamen* antea monuimus, non tàm conſiderandum *quis ſit ille*,qui rem expediat, quam *cujus autoritate* expediat. Non enim ſicut in regnis Monarcha ipſe legatos audire: ita etiam *Sed autoritate totius Reip.* in Democratia iis concio publicè dari poteſt, ideoque expeditius eſt, eam curam Senatui mandare,hac conditione,ut ex juſſu populi, ſi legationis dignitas id exigat. reſponſum detur. Etiam Auguſtus, *ut aliqua curarum mole ſe levaret, permiſit tribus Conſularibus viris, ut legatos regum populorumque qui ad ſe venirent,ipſi ſinguli audirent ſeparatim,iisque reſponderent: Eatenus tamen, niſi fortè quædam acciderent,in quibus ſuo & ſenatus decreto opus eſſet.* Dion *li.55.* Hac enim limitatione jus majeſtatis ſibi retinuit, ad quam ſolam pertinet legatos recipere & amandare,id quod, qui de legatis ſcripſerunt, uno ore docent, nemini licere legatos, id eſt, qui dignitate & ſanctitate legatorum fruantur,mittere,præter eum,qui abſolutā habet poteſtatem. Carol. Paſch. *li.1.c.1.2.& 3.& ſeq delegat.* Hottom. Jun. *in lib des Ambaſſadeur in pr.* Galli etiam nominibus diſtinguunt,eos [illegible] à ſuperiorem non recognoſcente mittuntur, *Ambaſſadeurs* , quos Itali [illegible]*baſciatori*, reliquos v *Agents* vocantes, ſubditorum v.nuncios, *Commiſſaires*, aut *Deputez*. Papæ v. legati nomen latinum retinent, *legats ou nonces* dicti. Nec enim audiendus eſſet, qui *ex* Gre-

gorio

Digitized by Google

gorio Turonenſi, Aimonio, Nithardo, Eginhardo, Viterbienſi, Friſingenſi, aut aliis ejus ævi hiſtoricis vellet demonſtrare, legatos etiam ad ſubditos deſtinari, aut ab his ad Reges ablegari. Non enim quid illi dixerint, ſed quid dici debuerit, conſiderandum eſſe reſpondebimus: nec tàm verba illorum, quam mentem reſpiciendam. Nam cum legati ſint, dicente Cicerone, *in Vatin. ad fin. nuncii pacis & belli, curatores, interpretes, bellici conſilii autores, miniſtri muneris provincialis*, nequeunt legari ab alio, niſi qui harum omnium rerum poteſtatem habet, quique de his mandata dare poteſt, ſine quibus legatus nullam habet autoritatem. Electionem verò fieri ab ſenatu aut Cancellario nihil prohibet, modo mandata accipiant à majeſtate. Tacit. *li. 4. hiſtor.* quando dicit: *Conſulem deſignatum cenſuiſſe, ſecundum vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuiſſent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret &c.* indicat etiam ſorte ſolitos duci legatos, cujus exempla affert Lipſius, unum ex Cic. *li. 1. Epiſt. 17.* ubi Cicero, *una voce ſenatus ſe retentum in urbe fuiſſe ſcribit, cum de conſularibus ſua prima ſors exiiſſet, ut legatus cum cæteris mitteretur*: alterum ex Dion. *li. 59.* qui refert, legatos alios quidem *ſorte*, Claudium vero *ſuffragiis* electum: Unde patet vim & autoritatem legati dependere non à modo eligendi vel mittendi, ſed ab eo, qui dat mandatum, qui apud Romanos erat populus Univerſus, quemadmodum in legibus ſuis expreſſit Cic. *3. de ll. legationes, cum ſenatus creverit, populus juſſerit, ex urbe exeunto.*

Legatus mittitur à majeſtate.

Alia ſignificata nominis legati.

Præter hos verò plures alii erant legati, ſicut unius nominis multa ſolent eſſe ſignificata, ſed quos hoc loco non intelligimus. Nunc enim legatus denotat magiſtratum provincialem aut bellicum, nunc eos, quibus hæreditatum adeundarum cauſa, legationes dabat ſenatus, qui *& privati & privatum ad negotium exibant, non maximis opibus, non maximâ autoritate præditi*, ut eos deſcribit Cicer. *de l. Agrar. cont. Rull.* eorumque legationes *liberas* vocat, *in Orat pro Flac. in Philip. 1. Verr. 1. & 2. l. qui libera ff. de legat.* provincialibusque graves accidiſſe conqueritur, *ibid.* eaque de cauſa à ſe abolitas fuiſſe, niſi leviſſimus trib pl. interceſſiſſet, *lib. 3. de ll.* Nunc denotat aliquem, qui ad turbas militares vel ſeditioſos cives à Rep. legatur, quomodo accipit Cic. *in Philip. 12.* quando diſſuadet legationem pacificatoriam ad Antonium mittendam & Tacit. *1. Annal.* quando Blæſum introducit, tumultuantibus legionibus Pannonicis ſuadentem, *decernant legatos, ſeque coràm mandata dent, quæ acclamavêre omnes, ut filius Blæſi tribunus legatione eâ fungeretur.* &c. Quin etiam idem, quos Tiberius tum ad legationes Pannonicas, tum ad Germanicas miſit, legatos vocat, & hos à Germanico jure legationis, præſidioque au[illegible]rium equitum tutos præſtitos dicit. Deniq; & illi legati nominantur, [illegible] civibus ad principem mittebantur, ſicut plebs Rom. legatione Antium miſſa Auguſto obtulit nomen patris patriæ. Sueton. *Aug. c. 58.* aut à municipiis ad eundem, *l. ſciendum §. ult. l. legatus ff. de legation.* Panciroll. *de magiſt. municip. c. ult.* vel ad ſenatum, quomodo

modo Cic. *pro Sext. Roſc. Amer.* decem primos Amerinorum à Decurionibus ablegatos ad L. Syllam, *ut eum docerent, qui vir Sex: Roſcius fuerit, conquererentur de ſcelere & iniuriis in illum, orarent, ut & illius mortui famam, & filii innocentis fortunas conſervatas vellet*, legatorum nomine dignatur, quando ait: *legati in caſtra veniunt*, & paulò poſt: *T. Roſcius Capito, qui in decem legatis erat.* Hos tamen cum iis, qui majeſtatis cauſas ad exteros principes, cum quib. ſola ipſa de Reip. fortuna cõtrahere poteſt, legantur, confundere nõ debemus, quia nec iisdem mandatis inſtructi ſunt, nec eodem jure utuntur, ſicut Colonis Circejenſibus Senatus verbis reſponſum eſt: *Faceſſerent properè ex urbe, ex ore atq́; oculis populi Romani, ne nihil eos jus legationis, externo non civi comparatum, tegeret.* Livius *lib. 6.* Atque hæc jam ſunt, tria ſumma jura majeſtatis, ex ipſa ejus eſſentia, quæ in poteſtate & imperio conſiſtit, prodeuntia, quibus adjiciemus alia duo, maximi quidem in Rep. ponderis quæ tamen in eſſentiâ ejus non includantur.

CAPUT VI.

DE JURE, QUOD MAJESTATI COMPETIT, IN RELIGIONEM & Eccleſias.

SUMMARIA.

1. *Religio continet omnes ſocietates.*
2. *In religione conſiſtit fides & jusiurandum.*
3. *Superſtitio quoq́; habet vim continendi ſubditos in officio.*
4. *Religionis, quatenus quatere aut conſervare poteſt Remp. cura pertinet ad maieſtatem, id quod per partes explicatur.*
5. *Quæ mala ſit perpeſſa Germania, propter poteſtatem nimiam pontificũ.*
6. *Excommunicatio neminẽ privat ſuarum rerum dominio.*
7. *Papa non poteſt diſpenſare contra jus naturale & divinum, nec filios contra patrem, ſubditos contra regem armare.*
8. *Utrum Papa magis poſſit abſolvere à juramento, quam maieſtas temporalis.*
9. *Reges & principes non ſunt prorſus excludendi à rebus ſacris, ſeu Eccleſiaſticis.*
10. *Quid juris competat maieſtati in ordinandis & conſtituendis officiis Eccleſiæ.*
11. *Quatenus ad maieſtatem pertineat jus convocandi & conſcribendi concilia.*
12. *Princeps in negotiis fidei alligatur ſententiis Orthodoxorum Theologorum.*
13. *Maieſtas convocat Epiſcopos ad concilia, actaq́; eorundem ſua autoritate valere facit.*
14. *Maieſtatis eſt erigere Univerſitates & Academias publicas.*
15. *Ad ſecuritatem Reipub. facit, ut hæc jura ſint penes ſummam poteſtatem Politicam.*

QUartum maieſtatis jus conſiſtit in conſtituenda & tuenda vera religio-
ne, quod certè, ſi omnia, quæ ſumma & maxima ſunt in Rep. ad ma-
jeſtatem referri debent, ei adimi nullo jure poteſt, cum prima omnium in
Rep. functionum ſit, ſi Ariſtoteli credimus *lib. 7. Polit. c. 8. ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπι-
μέλεια.* Nihil ait Ambroſius *ad Valent. Imp. li. 1. c. 1. maius religione, nihil ſubli-*
1. *mius fide*: imò nihil eſt, quod animos hominum magis conſociet, & Reip.
Religio vinculum ſocietatum compagem firmius contineat: adeo *ad magnas Reip. utilitates retinetur reli-
gio in civitatibus*, ut ait Cicero 2. *de divin.* In hoc enim conſiſtit ſalus Reip.
ut cives fidelem ſuperioribus præſtent obedientiam, ad quam rem, qui re-
ligione putat eſſe aliud medium efficacius, longè mea quidem ſententia &
omnium Politicorum decipitur. *Solo ſacramento inclyti principes tuti ſunt*,
ait Symmach. *li. 10. Epiſt. 54.* Eſt enim religio frenum & coerctio in animis
ab omni rebellione & inſolenti motu, ſiquidem, qui Deum vindicem ti-
met, ne in occulto quidem malus eſſe vult, & cum humanam ſcientiam fal-
lat, potentiave principis ſuperior evaſerit,

At Deos ſperare habet memores fandi atq; nefandi.

Quid prodeſt, ait Seneca, *Ep. 83. ab homine aliquid eſſe ſecretum? Nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris & mediis cogitationibus intervenit.* Qua de cauſa Plato *lib. 10. de legib.* in omnes ll. pulcherrimè & opportune ſubſterni poſſe præfationem tradit, quod Dii ſint, quod ſint juſti boni: & *Thales, qui ſapientiſſimus inter ſeptem fuit, homines, dixit, oportere exiſtimare, Deos omnia cernere, Deorum omnia eſſe plena fore enim omnes caſtiores*, Cicer. *li. 2. de ll.* qua via & Numa Romanos ad virtutis ſtudium adduxit, cum *intereſſe rebus humanis cœleſte numen* doceret. Liv. *lib. 1.* Et hæc opinio tantò magis pia eſt, quantò illa Xenophontis magis impia, apud Galen. *lib. 9. de placit.* qua negat ad mores corrigendos facere, utrum Deum incorporeum eſſe credamus vel corporeum. Nam iis, qui metu Dei à ſceleribus abſterreri debent, à principio perſuaſum eſſe oportet, totum hunc mundum providentia regi, ut præſupponit Galenus *d. lib. 9.* aut ut Cicero ait *lib. 2. de ll. Dominos eſſe omnium rerum, ac moderatores Deos, eaque, quæ geruntur, geri eorum judicio, ac numine, eosdemque optime de genere hominum mereri, & qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, intueri, piorumq; & impiorum habere rationem. His enim rebus imbutæ mentes haud ſanè abhorrebunt ab utili & vera ſententia.* Atqui qui Vellejo credere velit, apud Cic. 1. *de nat. Deor.* Deos habere corpora, nunquam aſſerere poterit, eos ire per omnes.

Terraſq; tractuſq; maris cœlumq; profundum, Virg. 4. *Georg.* & quibuſvis hominum actionibus aſſiſtere, imò ipſas eorum cogitationes penetrare, quod tamen neceſſe eſt, ut credat, quem volumus religione à malitia deterrere. Hoc igitur primum ſit in omni Rep. ut cives metu Dei imbuantur,

quem

Digitized by Google

quem ubi vindicem timent magis, quam judicem humanum, præſentis pœnæ metu ad moliendum contra ordinationem divinam deterrentur.

Sed etiam in eodem conſiſtit fides, *maximum*, dicente Catone, *majoribus noſtris telum, ex quo plures pace ſuſcepta, quam bello gentes fuerunt devicta*, quo ſolo *continetur omnis ſocietas*, *& diſſoluto diſſolvitur*, ut ait Appius *lib. 6.* Liv. *in fin.* Nec enim fruſtrà aut ſine gravi conſilio Numa, cum videret nullam rem apud mortales aut majorem aut ſanctiorem fide, templum ipſi erexit, Halyc. *li. 2.* quod Cato. *in orat.* Jovis optimi proximum facit in Capitolio, Cic. *lib. 3. off.* docuitque credere cives, ſine hoc Deo nec contractus nec fœdera nec vitam denique ipſam conſiſtere poſſe. Halyc. *lib. 2.* Tolle autem Dei metum, *ubi in leges & verba principum jurabimus?* ait Symmachus *lib. 10. Ep. 54. qua religione mens falſa terrebitur, ne in teſtimonium mentiatur? patebit ergo ſedes propbana perjuriis*: Et nemo *ſibi putabit turpe, quod alius fuit fructuoſum*; Paterc. *lib. 2. in princ.* nemo promiſſa, nemo fœdera curabit, quæ non alia ratio ſancta facit & inviolata, quam religio ſeu metus Dei, prout explicat Livius *lib. 1.* quando ait: *Omnium primum rem ad multitudinem imperitam & illis ſeculis rudem efficaciſſimam, Deorum metum injiciendum ratus eſt.* Quid enim hoc tantum eſt, quod Megapolitanos movit, ut in voluntario exilio vitam trahere maluerint, dimiſſis domibus, ſepulcris, templis, fortunis, omnibus denique rebus neceſſariis, quam diſcedendo ab Achæis aliquid violatæ ſociis fidei ſignum præ ſe ferre? Polyb. *lib. 2.* Quid inquam, hoc tantum eſſe poteſt, niſi religio? aut quis tam demens eſt, ut putet, M. Atilium Regulum alia vi, quam jurisjurandi religione coactum ad hoſtem rediſſe? neq; enim

Fides ex religione.

neſciebat, quæ ſibi Barbarus
Tortor pararet: Horat. *lib. 3. Od. 5.*

non ignorabat ſe ad crudeliſſimum hoſtem & exquiſita ſupplicia proficiſci: ſed jusjurandum ſervandum putabat. Cic. *3. off. ad fin.* Valer. *lib. 1. c. 1.* Plin. *de Vir. Illuſtr.* Horat. 3. *Od 5.* Syl. Ital. *lib. 6.* quam rem ne Cicero quidem ſatis aſſecutus eſt, quando, *quod Deo teſte promiſſum eſt, ſervandum putat non ob iram Deorum, quæ nulla eſt, ſed ob juſtitiam & fidem.* Hæc enim etiam abſque jurejurando ſervanda ſunt, ſed jurisjurandi religio adjicit *Deorum*, hoc eſt, ut ipſe explicat *lib. 2. de ll. ſupplicii* majorem metum, cum ſit, ut idem definit *lib. 3. de off. affirmatio religioſa*, ſeu ut Clemens Alexandr. *in 7. Strom.* & Ariſtot. *in Rhet. ad Alex.* *μετὰ θείας παραλήψεως, cum divina obteſtatione*, qua Deum primum teſtem vocamus, ut apud Virgil. 2. *AEneid.*

Vos æterni ignes & non violabile veſtrum
Teſtor numen, ait, vos aræ, enſesq; nefandi
Quos fugi, vittæq; Deûm, quas hoſtia geſſi,

Ll 2 aut

aut ut Gripus præſcribit Lænoni, apud Plaut. *in Ruden. Act.5. ſce.2.*

Venus Cyrenenſis, teſtem te teſtor mihi.

Et in juramento militum Athenienſium: *Teſtes ſunto Dii, Agraulus, Enyalius Mars, Iuppiter.* apud Jul. Pol. *Quid* enim *eſt per Deum, niſi teſtis Deus?* ait Auguſtinus *Serm. 28.* Bald. *in c.1. §.Item ſacramenta col.2.de pac jur. firm.* Covar. *par.1.relect.in pr. n.1.ad c.quamvis pact.de pact.in 6.* Azo *in ſum..de reb. cred. & jurej. C.num.1.* & ibi Martin. Abb. *in verb. adhibita religione.* Tum verò etiam eundem vindicem rogamus, ſi feſellerimus, ut apud Plautum *d. loco.*

GRI. *Si fraudaſſis dicito, uti te in quæſtu tuo*
Venus eradicet caput atq; ætatem tuam.

& alibi perſonatus Amphitruo. *In Amph. Act.3.ſc.2.*

Id ego ſi fallo tum te ſumme Iuppiter
Quæſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.

aut Lyconides adoleſcens *in Aulular. Act.4.Scen.ult.*

Ev. *Quid ſi fallis. Ly. tum me faciat, quod vult magnus Iuppiter.*

Ita quoque pater patratus, quando per *privum lapidem*, ut loquitur Livius *lib.30.in fin.* aut *Iovem lapidem*, ut Gellius *lib.1.c.21.* Cicer.7.*Epiſt.Ep.12.* Apul. *de Deo Socr.* jurabat, *Si*, inquiebat, *ſciens fallo; me Dieſpiter ſalva urbe, arceq; bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Feſt.Pomp. Polyb. *lib.4.* Plutar. *in Syll.* Sigon. *lib.1.de jur.Ital.c.1.* Rauchbar. *q.2.n.2.lib.2.* Petr. Faber. *in lib.de magiſtr.* quam formulam imitatur Cinna, quando in Capitolio lapidem manu tenens jurat, *execratus in caput ſuum, ut niſi benevolentiam erga Syllam conſervaret, ſic urbe excideret, quemadmodum manu eius lapis.* Plutar. *in Syll.* aut *Si populus Rom. prior defecerit publico conſilio, tu Iuppiter, illum ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam:* Liv. *lib.1.* aut ut Annibal. *Ita me mactent Iuppiter cæterique Dii, quemadmodum ego agnum mactabo.* Liv. *li. 21.* Ita Tullus erga Albanos, *Nunciate Regi veſtro: Regem Rom. Deos facere teſtes, uter prius populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant huiuſce clades belli.* Liv. *li.1.* & Trajanus expreſſit verba, *quibus domum ſuam, caput ſuum, ſi ſcienter fefelliſſet, Deorum iræ conſecraret.* Plin. *in Paneg.* Scipio conjurans milites de non deſerenda Italia: *Si ſciens fallo tum me Iuppiter Opt. Max: domum, familiam, remq; meam peſſimo leto afficias.* Liv. *lib. 22.* Hæc nimirum eſt illa religio, de qua Florus *lib.2. c.6. Summa Romanis fœderum religio eſt,* metus nimirum vindictæ divinæ. Nam propterea dicebat fecialis ſe Veturium & Poſthumium, qui injuſſu populi fœdus ictum iri ſpoſponderant, atque ob eam rem noxam nocuerant, dedere, *ut populus Rom. ſcelere impio eſſet ſolutus.* Liv. *lib 9* Cic.3.*off.* ſeu, *ut Cicero pro Cæci: in fin. ut religione civitas ſolvatur.* Propterea juſſit Senatus in caſtra Hannibalis redire, qui eò ſe redituros jurarant, ſi de redimendis captivis non impetraſſent, quorum cum unus Romam ex

mam ex caſtris rediſſet, ratus reditu in caſtra, liberatum ſe jurejurando, Senatus *fraude diſtringi, non diſſolvi perjurium* arbitratus decrevit, ut ille veterator & callidus vinctus ad Annibalem duceretur. Cic. *3. off* Liv. *lib. 22.* Valer. *lib. 2. c. 9.* Timebant quippe, ne infeſtos haberent ultoreſque Deos, quos ſui contemtum egregiè vindicaſſe in Carthaginenſibus Aſdrubal confitebatur, quando Senatu percontante: *Per quos Deos fœdus icturi eſſent, cum eos, per quos ante ictum eſſet, feſelliſſent,* reſpondebat: *Per eoſdem, qui tam infeſti ſint fœdera violantibus.* Liv. *lib. 30. in fin.* *Qui enim Iurejurando fallit alium, non tam hunc, quam Deum injuria afficit: hunc ſe metuere: illum verò contemnere oſtendens.* Plutarch. *in Lyſan.* Quid igitur mirum, ſi Deum irridentibus pœna parata ſit, non quidem.

Implacabilis ara Palici: Virgil. *9. Æn.* Sil. Ital. *lib. 11.* de qua Macrobius *5. Saturn. c. 19.* non amnis Olachias in Bithyniâ, aqua intercute, aut tabe perjuros ſtrangulans: de quo Plin. *hiſt. nat. lib. 31. c. 2.* Philoſtr. *in vit. Apollo. lib. 1.* non ſubterranea caverna, ubi Portunum latere creditum fuit, de quo Pauſan. *in Corinth.* ſed alia longè gravior, quæ ſæpe in hac vita infligi cœpta, in altera demum completur, quam Ethnici quidem cognoſcere non potuerunt conſcientia tamen dictante arbitrati ſunt, ſi mundus regatur providentia, fieri non poſſe, quin malis repoſita ſit pœna, quando nullam viventes experiuntur, ut ratiocinatur Plato *in Phæd. Timæ. Phædo.* Cic. *in Læl.* Perer. *lib. 6 phyſic. 20. in fin.* Sed illud nihil ad noſtrum inſtitutum. Id enim tantum oſtendere volumus, religionem non conſiſtere tantum *in ſacrificando, ſed & in ſervando juramento,* ut dicit Iſocrat. *orat. 1. in Hipp* ideoque Juramentum ſæpe vocari *Religionem.* Quod enim Paulus *l. multo magis 24 ff. de jurejur.* patri dicit prodeſſe religionem filii, id interpretatur Hermogenianus *l. ult. ff. de except.* per Juſjurandum. Ulpianus ipſe ita explicat *l. videamus §. deferre de in lit. jur.* quando dicit: *nulla erit religio, nec ullum Iuſjurandum,* & ſæpe alibi religio pro jurejurando ponitur *l. ſi quis juſjuran. C. de reb. cred. & jurejur. l. fin. C. de fideicom.* Jurisjurandi verò religio nullibi non occurrit tam apud Latinè loquentes, quam in Jure civili: Borcholt. *in tit. de jurejur. c. 1. n. 10. ſi verò de jurej.* adeò ut certum ſit, juſjurandum non aliter valere, quam metu religionis, & proinde fidem & ſocietatem omnem religione contineri, ex quo non ineptè videntur ratiocinari, qui incrementũ Reip. Rom. civium religioni ex parte aſcribunt. *Numa* enim ut ait Tacitus *3. Annal. religionibus & jure divino populum devinxit, effecitq;, ut fides & juſjurandum civitatem melius, quam legum pœnarumque metus regeret.* Liv. *lib. 1.* *Halyc. lib. 2.* Quibus enim Dei aſſiduus inſidet metus, illi & ſeriò juſſa magiſtratuum exaudiunt, nec ſe mutuò nec alios fallunt, pacta fidemque ſtudioſè obſervant, quæ ubi ſiunt, modò Deus fortunam aſpirare velit, non poſſunt non felicem efficere Remp. prout ratiocinatur Machiavellus *lib. 1. in* Liv. *cap 11.* 3.

quem

Digitized by Google

quem Antimachiavellus *lib.2.theor.9.* cum Oſorio *lib.3.de nobil.Chriſt.* & ex eo Anton.Poſſevin. *in cution.de polit.lib.6.Mach. & Bod.* injuria reprehendit,quaſi impiæ Romanorum ſuperſtitioni tam felicem eventum aſſignarit,qua ratione poſſet homines à vera religione ad falſam abducere, plus emolumenti ex hac,quam ex illa ſperaturos.Potuiſſent hi jure reprehendere Dictatorem Poſthuminum ita milites ſuos adhortantem: *Dii felicem victoriam pollicentur, egregiè nos remunerantes, pro perpetua pietate, qua eos colimus*: Halyc. *lib.6.* aut Symmachum,cujus hoc eſt argumentum contra imperatores Chriſtianos: *Eum inquit, religionum ſtatum petimus, qui Divo parenti culminis veſtri ſervavit imperium, qui fortunato principi legitimos ſuffecit heredes.* Introducit etiam Romam ita loquentem: *Optimi principes, patres patriæ, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, ut utar Ceremoniis avitis. Neq; enim pœnitet. Vivam more meo, quia libera ſum. Hic cultus in leges meas orbem redegit hæc ſacra Annibalem à mœnibus à Capitolio Senonas repulerunt lib.10.Epiſt.54.* Potuiſſent etiam Valerium dicentem: *non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendoq; pertinax Deorum indulgentia ſemper excubuit,quod tam ſcrupuloſa cura, parvula quoque momenta religionis examinare videtur.lib.1.c.1.*: Hi enim Diis ipſis ſeu Idolis ſuis & ſuperſtitioni Ethnicæ felicitatem aſſcribunt: Sed Machiavelli ea mens non eſt, qui eam per accidens tantum inde deducit,quatenus videlicet hominibus incuſſit formidinem & reverentiā numinis, quod facit etiam, Vana religio, ut dicit Lipſius *in lib.cont.Dial.in not.c.2.* & Ubertus Folieta *in tr.de magn.imp. Turc.* imò eò magis,quod *ſuperſtitio etiam in minimis rebus Deos inſerit*, Liv. *lib.27.* *leveſque hominum animos formidine numinis territat. l.ſi quis aliquid 30. de pœn. Paul.5. ſent.21.§.1.* & ut ſcribit Ludovicus Imp. in quodam edicto. *vulgus imperitum vanis fraudibus lactat atque capit.* Avent. *lib.7.Ann.Boi.* Sic enim & Sturmius *ſerm.2.de bell.Turc.* & prolixe Folieta *d.tr.de magn.impe.Turc.c.de relig.* de religione Turcarum ſentit, quia in bellum euntibus certa promittit præmia, vehementerque obligat milites ad diſciplinam; & ad præſtandam obedientiam Imperatori,quod ad fortitudinem eorum non parum momenti afferat. *Primum enim militiæ vinculum* Senecæ *eſt religio, & ſignorum amor & deſerendi nefas.* Sen. *Ep.96.* Abſit tamen Mahometicæ impietati id aſſcriptum putemus;ſed ſicut Michaël Montanus *en ſes Eſſais lib 1.c.54.* demonſtrat,pleraque contraria,in uno quodam tertio convenire. (Summum enim frigus exiccat perinde,ut ſummus calor: nimius timor perinde ſtrangulat,ut effuſum gaudium,fortitudo & audacia æquè vacant metu: liberalitas & profuſio contemnunt tenacitatem,prout Ariſt. *docet 3.& 4.Eth.*)ita ſuperſtitio & Vera religio hoc quoque habent commune.

Ut faciant animos humiles formidine Divûm.

depreſſoſque ſubiiciant legibus & imperio majeſtatis, ex quo religio meritò vo-

tò vocatur *res ad multitudinem imperitam rudemque efficaciſſima* à Livio *lib.1.*
& *συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας νομοθεσίας ἔρεισμα* à Plutarch. *in libr.contr. Colot.*
ſine quo Remp. non magis conſtitui, aut conſtitutam ſervari poſſe, quam
urbem ſine ſolo idem putat, quaſi ſicut ſolum baſis eſt urbis, ita religio cen-
ſeri debeat fundamentum Reipub. quemadmodum innuit Cicero *lib.2.de
nat. Deor:* quandò ait: *Romulus auſpiciis, Numa conſtitutis ſacris fundamenta je-
cerunt Romanæ civitatis.* Unde Theſeus Remp. Athenienſium conſtituturus
à religione, tanquam à baſi, initium cepit, Plutar. *in Theſ.* id quod conceptis
verbis docet Syneſius *in orat. de regn.* *εὐσέβεια* ait, *πρῶτον ὑποβεβλήσθω, κρηπὶς
ἀσφαλὴς, ἐφ' ἧς ἑστήξει τὸ ἄγαλμα ἔμπεδον τῆς βασιλείας*, id eſt, *interprete Lipſio:
Pietas primum ſubſternitor fulcrum & crepido; cui firmiter inſiſtat ſimulacrum
hoc regni.*

Cum igitur religionis tanta ſit vis in Rep. cum ſit ejus fulcrum & fun-
damentum, quo ſubtracto & ipſam concidere; commoto & ipſam nutare
neceſſe eſt; iniquè fecerit, tam contra utilitatem publicam, quam contra
dignitatem majeſtatis, qui eam in alterius, quam huius imperio ſitam eſſe
contenderit. Cui enim jurisdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe viden-
tur, ſine quibus jurisdictio explicari non potuit, *l. cui jurisd.* & ibi Jaſ. *& Dd.
de jurisd. l. mandatum §. 1. de eo cui mand. Iurisd. l. veteres in pr. ubi gl. & Dd. de
itin. act. priv. l. 3. §. qui habes de ſerv. ruſt. præd. l. 1. §. 6. ſi uſusfr. pet. c. præterea de of-
fic. delegat.* Gail. *2. obſ. 68. n. 4.* Meurer. *par. 2.* deß Forſtrechts *verſ.* Es wird da-
für gehalten *in pr.* Paurmeiſt. *lib. 1. de iurisd. c. 3. n. 20.* cui ſumma Reip. ſalu-
tis cura commiſſa eſt, & ea quoque commiſſa putare oportet, ſine quibus
ſalus Reip. procurari non poteſt, inter quæ, ſi quicquam aliud, primum lo-
cum ſibi vendicat religio. Fruſtrà enim à Medico poſtulat ſanitatem, qui
partem quandam diætæ, eamque curationi maximè nocituram, ſibi vel ſuo
vel alterius amici arbitrio, extra præſcriptum Medici gubernandam reſer-
vat. Fruſtrà incuſat diligentiam naucleri, qui cætera quidem ejus imperio
tradidit, potiſſimum autem gubernaculum extraneo commiſit, ut eo, ſi vo-
luerit, totam navim ſubvertere poſſet. Is enim, qui religionis moderamen
habet, uno ictu Remp. evertere, & ſubditos majeſtati ſubtrahere, *ut eſt vul-
gus*, dicente Tacito 1. *Ann. ad ſuperſtitionem mobile*, poteſt, cujus rei utinam
non nimis multa haberemus in Europæ noſtra exempla. Annon Pontifi- 5.
ces, prout hujus illiusve Regis cauſam probarunt vel repudiàrunt, ita eos
reges conſtituerunt, aut de ſolio dejecerunt, ſubditorum animis eò ſemper
inclinantibus, quò inclinatis, qui minimè errare poſſe ob divinitatis; mini-
meque malè agere velle ob pietatis opinionem exiſtimatur. Equidem Pipi-
nus cum Merovingeos à regno dejeciſſet, ſatis ſibi cautū putabat, ſi Zacha-
rias Pontifex id probaſſet. Aimon. *lib. 4. cap. 61. Ado ætat. 7.* Viterb. *17. part.
Chron. c. 4.* nec prius adire regnum voluit, quam de conſilio Papæ certior
factus,

factus, ut nominatim docet Hunibaldus *in appen. ad Trithem.* Carolus I. Rex Neapolitanus, repetenti regnum Conradino, ſuumque jus depoſcenti, autoritatem Pontificis oppoſuit, quaſi ea ſola contra omne jus ſatis armatum ſe putaret. Villan. *in hiſt. ſui temp.* id quod JCti Romani Ferdinando Davalo etiam reſponderunt: *Eum ſcilicet juſſu Pontificis tutò in Carolum V. arma ferre poſſe, ſine crimine læſæ majeſtatis:* Arnal. Ferron. *lib. 8. rer. Gallicar.* & Henricus III. Anglus, quoties proceribus regni quid promiſerat, quod retractatum cuperet, ad Pontifices confugit, eorumque Bullis à juramentis ſe abſolvi curavit, Fabian. Weſtmonſt. *in Henr. 3.* fidei conſcientiæque ſuæ ſatis conſultum putans ſola autoritate Pontificia, quam tamen Bernhardus gloſſator *in c. Non eſt in verb. autoritate de voto*, communiter à Dd. approbatus, in foro conſcientiæ neminem excuſare, magis verè quam eleganter ſcripſit. Hoc enim eſt illud telum, quo Reſp. plurimas perforarunt & principibus excuſſa arma in manus ſubditorum tradiderunt, abſolutio videl. à juramento & excommunicatio principum, quam Tyrannidem primus Gregorius VII. exercuit contra Henricum III. Imp. ſi Ottoni Friſing. credimus *lib. 6. Chron. c. 35.* Ludovvico enim Pio Gregorius IV. & Carolo Calvo Adrianus II. minitati quidem erant, ſed non auſi inferre, cum ſuperſtitio homines nondum prorſus excæcaſſet. Progreſſu temporis prout vires ſumſit audacia Pontificum, etiam in majeſtates Principum vehementius ſævi it. Sed & Leoni Iſaurio jam ſacris interdixerant Gregorii II. & III. ſimulque jurata Italiæ obedientia ſpoliarant: Sigeber. *An. 728.* Paul. Aquil. *li. 21. hiſt.* quorum exemplum poſtea imitatus Gregor. VII. qui, ut ait Aventi. *li. 5. Ann. Boi. primus imperium Pontificum condidit*, Henricum III. excommunicavit, & ſimul hoc addidit: *toto regno Germaniæ atq; Italiæ ei interdico, & omnes Chriſtianos vinculo ſacramenti, quo ſe illi obſtrinxerunt, exolvo & ne quiſquam ei, ut Regi, obtemperet, veto.* Sigon. *lib. 9. hiſt. Ital.* Illud verò amplius in ſecundo interdicto: *Contra vero, ut Rodulphus à proceribus Germaniæ in Henrici locum declaratus regnum adminiſtret, ac tueatur nomine veſtro, omnibus, qui fidem ei præſtiterunt, omnium peccatorum remiſſionem veniamque in hac & futura vita concedo.* Sigon. *lib. eod.* Quantas verò utrique regno turbas pepererit id interdictum, nemini vel parum in hiſtoriis verſato ignotum eſſe poteſt. Continuò enim principes Imperatorem, ut ab Eccleſia damnatum, averſari cœperunt, vocatique ad comitia Wormatiam & Moguntiam nulli venerunt, ſed indictis privatis conventibus Oppenheimium de eligendo alio rege conſilia inire non dubitarunt, utpote ab obedientia Henrico data exoluti, quod licet tum precibus ſuis impediret Imperator, anno tamen ſecundo poſt executi ſunt, rei ſumma ad Rudolphum Suevum juſſu Pontificis delata. Paulus Bernritenſ. & Gerochus Reicherſperg. *in hiſtoria Hildebrandi.* Pari modo & fortuna piorum communione amotus eſt Otto IV. omneſque prin-

que principes,populique, qui ſacramentum ipſi dixiſſent, religione ſoluti, ab illo recedere,tanquam à nefario homine,juſſi ſunt. Nec mora, rex Bohemiæ, Dux Auſtriæ,Dux Bavariæ, Landgravius Thuringiæ & Moguntinus ac Trevirenſis Archiepiſcopi eum reliquerunt,Fridericum regem deſignãtes.Sigon. *lib. 16. Ital.* Duriſſima verò ſunt verba, quibus Fridericus II ab Innocentio IV. Lugduni execratus eſt: *Eum principem, qui ſe imperio & regnis omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quiq; per ſuas iniquitates, adeo ne regnet vel imperet, eſt abjectus, ſuis ligatum peccatis & abjectum, omnique honore & dignitate privatum à Domino oſtendimus, denuntiamus & nihilominus ſententiando privamus omnes, qui ei juramento fidelitatis tenentur aſtricti, ab hujusmodi juramento perpetuo abſolventes autoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne quuquam de cætero ſibi, tanquam Imperatori vel Regi pareat & intendat: decernendo quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori vel Regi conſilium vel auxilium præſtiterint, ſeu favorem, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere, cap. ad Apoſtolicæ in fin. de ſent. & re jud. in 6.* nec mitiùs jam tractatus fuerat à Gregorio IX. Sigon. *lib. 18. hiſt. Ital.* In Ludovvicum IV. Johannes XXII. ita decrevit: *Quod ſi nobis obtemperare detrectaverit, Patriarchis, Epiſcopis cunctis, Sacerdotibus, principibus, civitatibus imperamus, ut eundem deſerant ac nobis parere cogant.* Avent. *lib. 7. Annal.* Atque utinam non etiam plura, proh dolor, perturbatarum ſub ſpecie religionis Rerump. exempla, quotidiana experientia præberet, omnia ex eo prodeuntia, quod diſpoſitio religioſarum rerum ad externum arbitrium delapſa fuit, quandoquidem Gregorius VII. ſedem Apoſtolicam, invito Imperatore, quem primum ex Imperatoribus execratus eſt, conſcendit, eoque nomine in concilio Germanorum Epiſcoporum condemnatus fuit, quod per Simoniam & illegitimo modo ſedem occupaſſet. Schafnaburg. *in Chron. 1076.* Marian. Scot. *Chron. lib. 3. æt. 6.* Nam millia talentum quindecies viritim diſtribuiſſe Romanis, ut à Cæſaris ad ſuas tranſirent partes, eaque à Normannis & Mathilda tributa conſtat, nec id ipſi Hildebrandini, Paulus Bernritẽſis & Gerochus negare poſſunt: Avent. *lib. 5. Ann.* idque unâ cum multis aliis criminibus Hugo cognomento Blancus, Româ ad concilium Wormatienſe veniens, ita ſeſe habere affirmabat. Schafnaburg. *in Chron. An. 1076.* eandemque abdicationis cauſam ſcribebant XXX. Epiſcopi, qui Brixiam ad cauſæ cognitionem convenerant. Flac. *in Catal. teſt. verit.* Baron. *tom. 11. Annal. 1080. §. 19.* Quod ſi exemplo Caroli M. & Ottonis I. Imperatores in homines & res Eccleſiaſticas imperiũ ſartum tectum retinuiſſent, tantum detrimentum Reſp paſſa nunquam fuiſſet. Quid enim cauſæ putemus, quod Fridericus I. tam diu Adriani & Alexandri pertinaciam ſuſtinuerit, nec principes ab eo ſtatim, ut ab Henrico III. defecerint, quia jus confirmandi Pontificem contra Alexandrum tuebatur, eoque hujus fulmina, quaſi iniqua excipiebat, ſicut & Ludovvi-

 cus

cus Bavarus Johannis XXII. execrationes non tantum irritas habuit, ſed eundem viciſſim *hæreſiarcham, contemtorem paupertatis Chriſtianæ, Antichriſti autorem*, tam Romæ ſuæ coronationis tempore, quam in Germania condemnavit, jus illud ad ſe pertinere, conſenſu principum demonſtrans. Avent. *lib. 7.* Eadem res, retinuit in officio ſubditos Rogerii I. Siculi, ne deficerent ad Innocentium, quod Anacleti partes foveret, isque illi uſum ſacrorum concederet. Falcand. Blond. Summont. *in hiſt. Neap.* Hoc enim maximè timebant Neapolitani, ne iterum ſacris cogerentur carere, cum Carolus Andegavenſis accerſeretur à pontifice, quarum rerum inopia hominibus nihil poteſt accidere gravius, qua de cauſa Manfredus Rex, cum ſacris ipſi unà cum toto regno interdictum eſſet, nec Archiepiſcopus Neapolitanus ſacra officia ſubire vellet, dixit, *ch'haverebbe mandato 300. Sarraceni à Napoli, ch. faceſſero dire le meſſe par forza, & haveſſero da mand... in galera li preti & li frati, ſi non le voleſſero dire.* Summont. *lib. 2. hiſt. Neap. c. 20.* Cum Flandris interdictum eſſet ſacris, quod à Rege Galliæ defeciſſent, Eduardus III. Anglus ſacerdotes miſit ex Anglia, qui miſſam cantarent vel invito Papa. Froiſſard. *lib. 1. c. 47.* Veneti quoque nuper à Paulo V. excommunicati, ſacerdotes retinuerunt, dum de excommunicationis nullitate diſputarunt, longè jam cordatiores facti, quam olim erant, cum Franciſcum Dandalum, Canem ex eo cognominatum, ante menſam Clementis ſeſe proſternere & vinculis collum inducere paterentur, ut ab interdicto liberarentur. Volaterr. *lib. 4. Geogr.* Et in hoc reges Galliæ imitati ſunt, qui nunquam juſſu Pontificum ſacra ſibi paſſi ſunt eripi, quoniam eos prorſus liberos à cenſura Romanenſium facit Paſquier Liv. *3. des recherch. de Franc. ch. 12.*

6. Abſit verò hac ratione excommunicationis vim ſublatam velim, in qua conſiſtit nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cui etiam Theodoſius, aliiq; ex Imperatoribus meritò ſe ſubjecerunt; ſed eam curam principibus relinquendam diſputo, ut videant, ne cui hoc prætextu injuria fiat, neve pœna ultra diſciplinam Eccleſiaſticam extendatur. *l. Sancimus C. de pœn. c. quæſivit de his, quæ fiunt à maj. part. cap.* Alleget Gregorius VII. *in ſuis Epiſtolis* Theodoſium, Arcadium, Philippum, Anaſtaſium, ab Ambroſio, Innocentio, Conſtantino, Anaſtaſio Epiſcopis excommunicatos: atqui nunquam inveniet iisdem regnum ademtum, ſubditos ſubtractos, aut in Imperatorem armatos. Theodoſium non aliter diris devovit Ambroſius, niſi quod ab introitu Eccleſiæ prohibuerit, Zonar. *in Theod. Grat. in com. ad c. nos ſi incom. 2. q. 7.* Niceph. *lib. 12. c. 41.* imò ſunt, qui ne prohibitum quidem volunt, ſed ultrò à communione abſtinuiſſe. Waremund. ab Erenb. *c. 2. de ſubſid. reg. n. 35. & ſeqq.* Ruffin. *lib. 2. c. 18.* Verùm Gregorius, quamvis deprecanti Henrico Imperatori ignoſcere negavit, niſi coronam & inſignia Imperatoria ipſi prius reſignaret ſeque imperio nudatum in ejus fidem committeret. Arrogans

Digitized by Google

gans factum, quodque ſatis documento eſſe poteſt, quantum horum Pontificum vita diſcrepet à Chriſti & Apoſtolorum ſententiis, qui non tantum obedientia Tyrannorum Ethnicorum, ſe non exemerunt, ſed & tributum iis dare & obedientiam præſtare juſſerunt. Ne Symmachi quidem tempore eò progreſſa erat arrogantia pontificum, *ut apparet ex Rom. concilio III.* ubi Odoacris edictum contra libertatem Eccleſiæ tollitur, ſed de ejus excommunicatione verbum nullum, *c. benè diſt. 96.* Hi noſtri, ut quisquam quicquam contra voluntatem Pontificis commiſit, licet nec hæreticus ſit, nec Tyrannus continuo diris eum devovent, ſacris amovent, quod, quanquam non niſi graviſſimis de cauſis fieri debeat, ſicut in concilio Wormatienſi ſtatutum eſt; *Can. 2. Vt nullus ſacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus cauſis à communione ſuſpendat præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri juſſerunt aliquid committentes*, quoniam ea pœna eſt graviſſima. Auguſt. *de correpc. & grat. c. 15. c. corripiantur & ibi gl. in Verb. major 24. q 3. c. nullus. c. nemo 11. q. 3.* tolerandum tamen eſſet, niſi ultra Juriſdictionem Eccleſiaſticam progreſſi, eodem momento imperium quoque auferrent, & quod peſſimum, juramenti religione ſubditos abſolvendo, perjurii autores fierent, quod Gregorio VII. qui primus in Imperatores id auſus fuit, ex concilio Epiſcoporum maximè exprobratum fuit. Et extat apud Avent. *lib. 5. Annal. Boj.* oratio Epiſcopi Trajectenſis, regiæ cauſæ pertinaciſſimi defenſoris, ut ait Schafnaburg. *in Chron.* cujus particulam, quantum ad rem noſtram facit, aſſcribam. Is igitur paulò poſt principium inquit: *Ioſues hoſtibus aſtutis fallacibus juramentum, quod mendaciter extorſerant, ſervavit. Nabocodroſoro, impio regi, Iudæos regesq; eorum fidem frangentes immortalis cæli majeſtas per Hieremiam Ezechielemq; vates ſuos coarguit, ſeq; ſpretum teſtatur. Qui juramentum contemnit, fœdus ſpernit, pactum ſolvit, fidem frangit, illum deſpicit, per quem juravit: illi facit injuriam, cujus nomini adverſarius credidit. Vivo ego, dicit dominus, juramentum, quod ſprevit, fœdus, quod prævaricatus eſt, pœnum in caput eius. Nunquid, qui ſolvit pactum, effugiet? Non conſiderandum cui, ſed per quem juraveris. Multò enim fidelior eſt ille, qui propter nomen Dei tibi credidit, quam tu, qui occaſione divinæ majeſtatis, hoſti tuo, imò jam amico moliris inſidias. De Tiberio & Nerone non ſolùm leviſſimis Tyrannis, ſed impuriſſimis quoq; monſtris præceptum legimus: Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: &: Deum timete, regem honorate. Principibus qui non ſine cauſa gladium portant, etiamſi mali fuerint, non modò dicto audientes eſtote, verum pro iisce ſupremum Deum deprecamini, quò tranquillam, quietamq; vitam agamus. Omnis enim poteſtas à Deo eſt. Qui poteſtati reſiſtit, divinæ providentiæ repugnat. Idcircò ambitioſi & ſuperbi ſunt, qui illud Domini Deiq; noſtri elogium: Quodcunq; ſolveris ſuper terram, erit & ſolutum in cœlis. Et: Quodcunq; ligaveris ſuper terram, erit & ligatum in cœlis, perfricta fronte interpretando, adulterant, ſuæ libidini ſervire cogunt, & nobis ceu pueris atq; omnium*

rerum imperitis aſtu illudere ſtudent. Certè imponunt nobis, qui, quod de remiſſione ſpirituali peccatorum dictum, ad turbandas Reſpub. de uno foro transferunt in aliud, quaſi ob eadem peccata, ob quæ quis excidit eccleſia, excidat etiam Rep. *c nos ſanctorum, c. juratos 15.q.6.* qui non ſit membrum Eccleſiæ, non ſit etiam Reip. Diſtinctæ res ſunt Eccleſia & Reſp. *c. quoniã. diſt.10.c.utinam,c.deniq., c cum ad verum diſt.96. Nov. 6. in pr.* nec niſi magna confuſione ſaltus fieri poteſt de una in alteram. Excommunicatio remedium ſpirituale eſt, & principi Reip. adminiſtrationem non magis aufert, quam privato rerum ſuarum dominium, *gl. in c. paſtoralis, in Verb. ſubtrahuntur de appell.* Dauth. *de teſtam. qui teſtam. fac. poſſunt.* Eò enim tendit Excommunicatio, ut lucrifiant fratres, qui aberrarunt, *Matth. 18.* & ut peccatore tradito Satanæ ad interitum carnis, Spiritus ſalvus fiat: *1. Corinth. 5. & 1. Tim. 1. & 5.* non ut regna principibus auferantur, ut rectè ſcripſit Fridericus II. ad Innocentium: *Papam quidem in ſpiritualibus habere poteſtatem, ut peccatores quoslibet poſſit abſolvere & ligare, nusquam tamen legi, quod Papa divina vel humana lege concedente poſſet transferre pro libitu imperium: aut de regibus & principibus in regnorum privatione temporaliter judicare.* Naucler. *gener. 42.* Banoſ. *de polit. & hierarch. Rom. c. 17.* Nam omnis peccati cenſura pertinet ad Eccleſiam. *c. novit. de judic. gl. in c. duo diſt. 96.* Atqui non omne peccatum infert jacturam regnorum, Eberhard. Weih. *in orat. de Reg. Elect. & ſucceſſion.* nec Salomon propter Idololatriã, regno privatus eſt, licet poſt ejus fata diviſum fuerit. Inter Wicleffianos enim errores damnatum fuit, *in concilio Conſtant.* quod docuerit, dominium rerum ipſo jure amitti propter peccatum, cum Nabuchodonoſori dicat Daniel: Tu rex regum es, & Deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi. *Dan. c. 2.* Covar *part. 2. relect. in c. peccat. §. 10. n. 2. de R. J.* Petro tamen Regi Caſtiliæ Urbanus Papa abjudicavit regnũ, quod accuſatus eſſet incredulitatis. Froſſ. *lib. 1. cap. 23.* Henricum excommunicavit Gregorius, *quod adulterio vitam commaculaſſet, quod beneficia Eccleſiaſtica vendidiſſet, quod jus ſuum in ſubrogando Pontifice repeteret,* ex quibus prius ex conjectura potius, quàm certis probationibus conſtabat, alterum non tàm ejus, quam aliorum, qui ipſi erant ab officiis, vitio eveniebat, & potuiſſet etiam ſine ſummo remedio corrigi, tertium vero tantum abeſt, ut vitio ipſi verti debeat, ut potiùs, ſi jus imperii perſequi neglexiſſet, tanquam proditor ejus accuſari debuiſſet. Ita enim Fridericus II. ſolebat Gregorio IX. reſpondere, quoties de reddenda Sardiniâ compellabatur, ſe ex primo ſuo ſacramento ad Imperii jura tuenda & diſperſa congreganda obligatum teneri, Sigon. *lib. 18. hiſt. Ital.* nec poſſe ſalvâ conſcientiâ, quæ imperii fuerint, abdicare. Hujus Friderici II. execrationis cauſas perſcribit ipſe Innocentius. *quod pacem inter imperium & Eccleſiam violarit: Cardinales ac proceres Eccleſiæ prodeuntes ad concilium, aut comprehen-*

prehenderit aut ſubmerſerit, aut ad indecoram ſubeundam ſervitutem coegerit, quosq; captivos fecerit, eos fœdiſſimis carceribus ad externum usq; ſpiritum maceraverit: quod idem nefariis de fide opinionibus imbutus ſit, & amicitiam cum Saracenis inierit, quod in regno Siciliæ Sacerdotes impotenter exterminarit, ac variis tormentis excruciatos necarit, c. ad Apoſtol. & ibi gl. de ſent. & re jud in 6. quibus jam alias, ſed multò minutiores cauſas præmiſerat Gregorius IX. Sigon. *li. 18. hiſt. Ital.* Ludovvicum imperio exuit Johannes XXII. *quod illo inſcio paſſus eſſet ſe creari Imperatorem, quod negaret, Imperatorem ſubditum eſſe Pontifici,* quæ eſt illa hæreſis, toties, tum huic, tùm aliis Imperatoribus objecta, quæ an ſufficiat ad concitandos ſubditos contra principes, & tollendam juramenti relligionem, nemo melius judicabit, quam qui ſacram hiſtoriam intueri, indeque exempla ſequenda derivare velit. Reliqua enim Friderico objecta non proſequor, cum is ea ſemper negaverit, paratusque fuerit per Thadæum legatum diluere. Sed ſicut politici rectè diſputant, non licere ſubditis principes ejurare, niſi ſi prorſus degenerent in Tyrannos, aut Rēp. prodant: Barclai. *lib. 2 contra Monarchom. c. ult. in fin.* Winzet. *in velit. contra Buchan.* ita nego ob privata crimina, vel ea, quæ Remp. non peſſundent, poſſe eosdem ab illis deficere, id quod paulò poſt ſuo loco pluribus demonſtrabimus. Saul, quantum abfuit, quin in Tyrannidem regnum verteret! Nam & Deum deſeruit, & prophetis manus intulit, & ut verbo Cypriani utar, *lib. epiſt. 11. multa tyrannicè deliquit.* Huic tamen Samuel regnum non abrogat, nec juramento ſubditos exolvit, ſed etiam, ne rebellionis occaſionem Judæis præberet, adorat. *1. Reg. 15.* David vero quanquam divino juſſu jam rex deſignatus, tamen abſtinuit unctum Domini tangere. *Repreſſit cum gladio manum,* ait Optatus *lib. 2. adverſ. Parmen. & dum timuit oleum ſervavit inimicum, & cum compleret obſervantiam, vindicavit occiſum,* exemplum nobis præbiturus, dicente Beda *lib. 4. expiſ. in Samuel ne præpoſitos nobis, eos maximè, qui ſacris ordinibus inſigniti ſunt, quamvis nos injuſtè perſequentes, verbi auſterioris enſe fœdare, & vel ultimæ ſuperfluæ actionis eorum quaſi fimbriam vituperando decerpere præſumamus.* Nec Davidem adulterium committentem ſimul & parricidium, Nathan propheta, cum iram Dei ipſi denuntiaret, regno quoque abdicavit, nec contra Salomonem, ad idolorum cultus deſciſcentem, ejusque veſtigia ſecutos pleroſque reges, unquam juſſit Deus arma ſumere ſubditos, ſed eorum ſupplicia ſibi reſervavit. Tantoperè ſecuritati principum conſultum voluit, ut malos etiam tutos fecerit propter bonos. Nam & Tiberio tributum dare, hoc eſt, imperium ejus ſanctum habere, *Matth. 22.* & Phariſæis quoque & ſcribis auſcultare juſſit, *Matth. 17. & 22.* Petrus Apoſtolus præcepit obedientiam præſtare ſuperioribus propter Deum, *1. Petr. 2* at quos intelligit ſuperiores? Rectores Ponti, Bithyniæ & Cappadociæ, per vim & armis regiones tenētes: à religione Chriſtianâ verò pror-

Digitized by Google

ſus alienos. Quid? quod Paulus illud, *Exod. 22. Principi populi tui non maledices*, etiam de Anania, à quo injuſtè læſus erat, interpretatur. Vaſq. *lib. 4. controv. illuſt. c. 21. n. 10.* Nec quisquam denique ſanctorum patrum Conſtantii, Valentis, aut Juliani obedientiâ ſe ſubtraxit, aut aliis, ut id facerent, autor extitit: Nazianzenus qui in eorum duos, poſt fata tamen, invectivas ſcripſit, *Orat. 8. 18. 22. 24. 25. 27.* ut & Hilarius in Conſtantium: Hieron. *in cat. ſcript.* nunquam tamen ad ſeditionem excitandam Chriſtianis, vel leviſſimam occaſionem præbuerunt. Athanaſius vetat etiam literas conſervari, quibus Conſtantii vitia inſeruerat, parricidium, hæreſin, perjurium. *in Epiſt. ad Seraph. & ſolitar. vit. agent.* Quam ſuppliciter patres Orthodoxi, vel ex ipſa Ariminenſi Synodo ad Conſtantinum ſcribant, pro cujus ſalute & ſe oraturos ſpondent, apud Theod. legere eſt *lib. 2. cap. 19. & 20. 50.* Sozomen. *4. lib. cap. 17.* Ambroſio nunquam ſubiit de excommunicatione, ad ulciſcendum perſecutores Arrianos: *potero*, inquit, *dolere, potero flere, potero gemere: aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere. c. convenior. 23. q. 8.* Ruffin. *lib. 2. c. 15. 16.* Epiphanius Epiſcopus Papienſis inter medios Gothos Arrianos vixit, nec tamen eorum reges magis regno exuit, quàm S. Severinus Odoacrum, cui etiam benedictionem communicavit, aut S. Benedictus Totilam, cui benè adminiſtrandi regni conſilium dedit: aut S. Gregorius Lombardos, à quibus etiam bello, inſtinctu Mauritii, petebatur, Gregor. *lib. 7. Epiſt. 1. & alibi*, nec tamen eorum morti ſe admiſcere voluit propter timorem Dei, ut ipſe ſcribit. Quin etiam Phocæ, qui per vim Mauritium obtruncarat, mandata publicè ad populum legit. Martyr. *in 19. c. Iud in fin.* ideoque meritò effert Chriſtianos Tertullianus *ad Scapulam: Sic*, inquit, *& circa majeſtatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani nec Nigriani, nec Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani.* Et Auguſtin. *in Pſalm 124. ad verb quoniam non derelinquis: Iulianus extitit infidelis Imperator: nonne extitit Apoſtata, iniquus Idololatra? Milites Chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli. Diſtinguebant dominum æternum à domino temporali.*

Proinde Ludovicus Bavarus in edicto, quod Francofordiæ affixit contra Johannem *22. Ann. 1338.* dicit: *Oportet magis Chriſto, quàm Pontifici Max. obedire: ille Imperatori ſuos dicto audientes eſſe præcipit, hic vetat*, & Optimates imperii in Comitiis paulò poſt coactis, deſertorem perjurii nota inurendum ſtatuerunt, Avent *lib. 7. Annal.* nihil ad perjurii crimen declinandum pontificiam abſolutionem valere, putantes, quorum judicium ſecutus Occam. *in lib. cont. Clem. 6. & Car. 4.* illum hæreſeos & fractæ pacis publicæ, hūc vero perjurii & læſæ majeſtatis poſtulat, quod contra fidem Ludovico coronam auferre conati fuerint Et Verdunenſis Epiſcopus Gregorium VII. inſequitur, quod *perjuria fidelitatem dicat, fidem ſacrilegium faciat, dum ſubditos magiſtratui fidem præſtare prohibeat. Ex actis comit.* Wormatienſ. *in Epiſtol.*

quæ

Digitized by Google

quæ incipit:Regni noſtri perturbatio. Rudolphus Suevus, cui Gregorius coronam miſerat,quemque Henrico,Saxoniæ principes ſuffecerant, ſingulari Dei judicio,priusquam moreretur,dextram,quâ fidem dederat,in acie perdidit,eaque morituro allatâ,ad adſtantes Epiſcopos dixiſſe fertur: *Hæc dextra eſt,quâ Imperatori promiſſam fidem confirmavi. Hac violatâ à me,vobis impulſoribus,fidei argumentum & nefariæ perfidiæ veſtræ teſtis eſt,de quâ vobis rationes reddendæ erunt Deo.* Car. & Peucer. *lib.4.Chron.* Nec meliori fortuna uſa eſt familia Sanſeverinorum, quando Innocentii IV. auſpicia & juſſa ſecuta, unà cum cæteris Baronibus rebellionem contra Fridericum Imperatorem & Siciliæ Regem excitavit. Usque enim adeò extincta eſt,ut præter parvulum infantem Rogerium, quem Polyſena Sanſeverina clanculum ad Pontificem deportari curavit,nullus ex totâ familiâ ſuperſtes manſerit, Ammirat. *in famil.* Sanſever. Collen. & Fac. *in hiſt. Neapol.* nec quicquam contra pœnam perfidiæ profuerunt bullæ & indulgentiæ pontificiæ.

Diximus enim ſupra, nec Papam, nec Imperatorem contra jus naturale vel divinum ita diſpenſare poſſe,ut eius aliquam partem tollat, cujus ratio ex defectu jurisdictionis deſumitur, & quod crimen majeſtatis committat,qui cum ſit ſubditus,ſuperioris ſcita abrogare conatur. Nihil vero tàm naturale aut divinæ voluntati tàm conſonum eſt, quam parentibus liberos, ſubditos maleſtati, ſuæ obedire. Nec id quisquā obiiciat bonis principibus obedientiam tantum deberi,malos vero ne principes quidem eſſe. Nam etiam malis principibus & oppreſſoribus vult Apoſtolus, ut obediamus, *1.Petr.2.* quando eos tales depingit, *à quibus cogamur pati injuſtè*, & injuriam legi facit,qui exceptionem fingit, ubi illa nihil excipit, *l. de pret. & ibi gl.* Bart. *de publ.in rem act.* Simili enim ratione limitandum erit præceptū: *Honora patrem & matrem*, ſcilicet,ſi pii ſint,ſi boni,ſi nihil peccent. At quātò rectius Juſtinianus: *Quamvis legum contemtor, quamvis impius ſit, tamen pater eſt.§.ſi verò in fin. Nov.12.* Exciderat Eſau gratia divina, nec tamen abſtinuit Jacob ipſum nominare Dominum ſuum, coram ipſo ſe incurvare, & omnia reverentiæ officia illi exhibere, quæ primogenito fratri ſe debere ſciebat. *Gen.15.& 25.Malach.1.Rom.9.* Et ut liceat alicui patrem nimis rigoroſum ejurare,quæ cauſa potuit Conradum eximere ab obedientia Henrici III. patris, à quo tàm liberaliter ſemper habitus, & in ſpem regni educatus fuerat. Quæ vero cauſa tàm ſpecioſa potuit Urbanum II.movere,ut perrupto tàm divino quā humano jure,filio autor eſſet patri regnum præripiendi. Sigeb *in Chron.* Et hic quidem pœnas luit ſuæ perfidiæ, quibus tamen nec Paſchalis II. nec Henricus alter filius deterritus, ſimili viâ contra Imperatorem proceſſerunt,nec literæ patris animum filii emollierunt,quibus beneficia ipſi à ſe collata, ejusque item perfidiam commemorabat, ad Deum Opt.Max.in jus vocabat,nec ullus pudor ſubiit, cū patrem inſigni- 7.

bus

bus imperii à Moguntino Archiepiſcopo ſpoliari conſpicaretur, Cation. *lib. 4. Cronic.* eumque ita loquentem aut audiret, aut ex relatione intelligeret: *Videat Deus quam iniquè adverſus me agatis, ego quidem luo peccata adoleſcentiæ meæ, nempè ignominiam patiens, nulli ante regum illatam, neq; vos tamen noxiæ expertes eſtis, qui contra regem veſtrum inſurrexiſtis, & ſacramentum fefelliſtis, quod ſemel juraſtis. Vlciſcatur vos deus, quemadmodum ultus eſt eum, qui prodidit Chriſtum Dominum ſuum*: Sigon. *lib. 9. in fin.* ex Helmod. presbyt. *in Chron. Sclavor.* aut ad Philippum Francorum regem ita ſcribentem legeret: *Si per majeſtatem imperii liceret, Regiis genibus advolverer, fidem tuam implorans adverſus filium, qui contra religionem militaris ſacramenti, naturaque leges, ac divina & humana jura, me in ordinem coegit, Natalique domini ſacra communione arcuit, inſigniaq; imperii à me vi extorſit, crucem, lanceam, orbem, ſceptrum, coronã.* Paul. Æmil. *lib. 5. de reb. geſt. Franc.* Nimirum hic dicere debebat gloſſa: *Nimis papaliter diſpenſatum eſt, gl. in c. mennam. 2. q. 4. in verb. arbitrio*, quando & pietas erga patrem, & obedientia erga Regem, & religio erga Deum unâ diſpenſatione tollitur. Religionem dico, cum juramentum non aliundè vim habeat, quam quod qui illud præſtitit, Deo ſe obligarit, ut ait Bartolus, & religione quapiam ſe illi devincierit, *c. quantum libet 47. diſt. c. ſi debitores c. ſi vero de jure jur.* Thom. *2. 2. q. 89. art. 1. & ſeqq.* Alciat. Borcholt Covar. *rubr. de jurejur.* Qui igitur juramentum tollere & de eo abſolvere vult, is hanc religionem tollat neceſſe eſt, prohibeatque, ne Deus in teſtimonium & ad vindictam vocatus, invocationem recipiat, neve majeſtatem ſuam perfidia contemni putet. Equidem humana majeſtas *juſti vim terroris habet, procul an propè, præſto vel abſens*:

Semper terribilis, ſemper metuenda, ſuoq;
Plena vigore manet, nulliq; impunè premenda
Creditur & ſemper cunctis & ubiq; timetur.

Günth. *lib. 4.* & Tiberius paſſus eſt Rubeum quendam accuſari, quod Auguſti nomen perjurio violaſſet, Tacit. *2. Annal.* nec obſcurum eſt *ex l. Jurisjurandi 2. C. de reb. cred. & l. alienam, C. ad leg. Iuſt. majeſt.* perjurium per nomen principis crimini majeſtatis æquiparatum fuiſſe: Duaren. *de jurejur. C. c. 8. ad fin. & lib. 2. diſp. anniv. c. 37.* ſicut & Claudius jusjurandum, neque ſanctius ſibi, neq; crebrius inſtituit, quam per Auguſtum. Suetonius *in Claud. c. 2.* Scythæ etiam maximè jurare volentes, ſoliti ſunt jurare regium ſolium, & capitale putarunt, ſi quis eo modo pejeraverit. Herod. *lib. 4.* Imò ipſi Judæi per animam regis juramenta conceperunt. *1. Reg. 17. in fin. 2. Reg. 11.* Et nos tàm facilè juramenti divini religionem diſſipari poſſe putabimus, ita ut nobis Tertullianus *in Apologet. c. 18. in fin.* jure obiicere poſſit: *Citius apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Cæſaris pejeratur*; aut Minutius Felix *in Octav. Tutius eſt iis per Iovis genium pejerare, quam Regis*, quaſi ignoremus illud Auguſtini: *Epiſt. 154.*

Digitized by Google

Quantò id, per quod juratur, magis ſanctum eſt, tantò magis eſt pœnale perjurium. c. movet. 22. q. 1.

Nec verò ſatis aſſequor, quid per abſolutionem à juramento intellectum velint, qui illā à nemine fieri poſſe volunt, quàm à ſolo Pontifice, aut ab Eccleſia, Caſtr. & Salicet. *in authen. ſacramenta puberum. C. ſi adverſus vendit. Dd. in c. quanto de jurejur.* Fachin. *li. 3. Controv. jur. c. 13. in fin.* Anton. Matthæi *in not. ad Guid. deciſ. 197. in fin.* Jaſ. *in l. ult. ff. qui ſatisd. cog.* Turzan. *op. 136.* Viv. *li. 1. op. 297.* Eman. Soar. *com. op. lit. I. n. 280.* Hartm. Hartm. *pract. for. tit. 25. obſ. 5. n. 1.* Covar. *part. 1. relect. §. 3. n. 27. c. quamvis pactum de pactis in 6.* Curt. *conſ. 43.* quoniam agitur de religione, & ſpirituali quadam ac divina obligatione, cujus remiſſio vel abſolutio ad eum tantum ſpectat, ad quem pertinet cognitio religionis, *c. novit de judic. c. Venerabilem de Elect. c. cum contingat de jureiur. c. fin. de for. comp. gl. in c. exteriore in verb. Eccleſiaſticum Eod.* adeò, ut juramentum addat forum foro, Jaſ. *conſ. 9. circa primum col. 1. Verſ. circa ſecundum li. 1.* Matth. Gribald *in Theſaur. commun. op. in Verb. juramentum* Bonacoſſ. *ibid. Verb. eod.* & laicos trahat ex foro ſeculari ad Eccleſiaſticum, quod ut evitetur, minusque turbetur juriſdictio regia, certâ lege cautum eſt apud Hiſpanos *l. 6. tit. 1. li. 3. Ordin. ne juramenta contractibus,* ſubintellige, ſua natura validis, *apponantur,* quam poſt alios probat & explicat Covar. *d. §. 3. n. 25. 26.* in hunc finem, ne Canoniſtæ omnia ad ſuum imperium, & ad ſua molendina trahant, ut ait Bald. *in l. 1. C. de oper. liber. n. 3.* Quod ſi loquerentur de abſolutione à peccato, ſeu de remiſſione peccatorum Spirituali, quæ ad miniſterium Eccleſiaſticum pertinet, rectè eam ſoli Eccleſiæ aſſignarent, ſed hic quęſtio eſt de tali abſolutione, quæ faciat, ut perjurium pro peccato non habeatnr, nec per juramentum obligetur, qui illud præſtitit. Id quod fit dupliciter, vel declarando, vel diſpenſando. Nam ſi ſtante juramento ſpontè & legitimè facto, nihilominus vinculum ejus & religio tollatur, quod facit Pontifex in noſtro caſu, quando juramentum fidelitatis remittit, ob punitionem cujusdam principis, qui crimen in Eccleſiâ perpetravit, *c. nos ſanctorum, c. fin. 15. q. 6. c. ult. de hæret. c. ad Apoſtol. de ſent. & re jud. in 6.* tum diſpenſatur contra ipſam juramenti religionem, quod fieri non poſſe vel ipſe Covar. docet *d. §. 3. n. 9.* quandoquidem juramenti vis ejusq; obſervatio ſub præcepto divino contineatur. Scriptum enim eſt: *Redde Domino juramenta tua, c. etſi Chriſtus, de jurejur.* & ſupra oſtenſum fuit, contra jus divinum nullam juſtam cauſam allegari poſſe. Quid enim, quod Cajetan. *in ſum. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9.* relaxatione juramenti dicit puniendum eſſe principem? An igitur magiſtratus, ut peccatum puniat, peccatum imperare debet? an adulter puniri debet, uxoris ſtupro, aut fur rerum ſuarum ſubtractione? an revocabimus jamdiu abolitam legem Romanam, quâ adulterę ad publicos coitus ſe cogebantur proſtituere, appoſita campanâ, ut

quoties rem cum quoquam haberet, ſignum daretur. Nimirum non ſatis eſt aliquem puniri, niſi id etiam juſtè fiat, ne remedium deterius ſit ipſo malo. Nec illud gloſſæ *in c. nos ſanctorum, in Verb. conſtricti ſunt 15. q. 6.* dictum ſatis limitatè in hanc rem convenit, quâ negat, licere excommunicato ſolvere pecuniam promiſſam, quia, qualitercunque poſſumus, debemus vexare malos, ut ceſſent à malo, *per c. jam vero 23. q. 6.* niſi ſubintelligas, quatenus ſalvâ conſcientia fieri poteſt. Malus enim nemo fieri debet, ut malè faciat alteri, nec infinita imperanda ſunt perjuria, ut unus homo puniatur. Rectè enim Sylveſter. *in Verb. maleficium q. 8.* refutat opinionem Angeli *in Verb. ſuperſtitio* §. *13.* poſſe aliquem ab alio petere, ut tollat maleficium à ſe per maleficium, ſcilicet ut per artem Magicam vel Nigromanticam puniat adverſarium ſuum: Quoniam non tantum conſentit in peccatum, ſed maleficum etiam inducit ad peccatum perpetrandum, ad quod licet paratus ubique eſſet, tamen, ſi alter occaſionem non porrexiſſet, ad peccandum non exurrexiſſet. Nec illa Magica remedia, quæ tolerat Conſtantinus *l. Eorum C. de malef. & mathe.* quantumvis ad bonum directa finem unquam probātur, ſi talia ſint, quæ Chriſtianus ſalva fide admittere nequit. Quæ enim ſeipſis mala ſunt, propter bonum, ad quem ordinantur, finem, bonitatem nunquam acquirunt. Quanquam igitur diſpenſatio Pontificis proſit ad pœnas humanarum legum effugiendas, quod longævo errore ita receptū fuit, tamen non reddit jurantem immunem à peccato perjurii, quemadmodum veritate coactus aſſerit Covar. *d* §. *3. n. 20.* licet hac unâ aſſertione deſtruat omnia, quæ *n. 15, 16. 17, 18.* pro Pontificis diſpenſatione, allegando tamen magis quàm probando adduxerat. Franciſc. autem Turzan. *dict. op. n. 3. in fin.* cum jam rectè docuiſſet *ex gl. in c. quanto de conſuet.* & Innocentio *in c. 1. in fin. de renunt. & ſimil.* pontifici fas non eſſe diſpenſare ſine juſta causâ, ſive in juramento ſive in cæteris, quæ ſunt de jure divino, nec ejus abſolutione aliquem contra Deum tutum eſſe: *per gl. in c. non eſt in verſ. adimplere de vot.* tamen Pontificis & eius poteſtatis plenitudinem excipit, quaſi huic omnia liceant. *gl. in c. per principalem Ver. ad nos 9. q. 3.* Apud hunc plus valuit autoritas Papæ, apud illum ratio: Utri credendum cenſetis?

Alter autem modus abſolvendi à Juramento eſt per declarationem, quâ quidem juramenti vinculum aut religio non tollitur, ſed mens juramenti declaratur, ſcilicet materia ejus conſideratur, an ſub eo jure cadere poſſit. Sic Nicolaus Papa abſolvit Epiſcopum Treverenſem à colligatione impietatis, ut ibi ex Eſaia loquitur, *c. autoritatem 15. q. 6.* id eſt, *ut ibi explicat gl. magna in verb. abſolvimus*, abſolutum oſtendit. Lucius III. abſolvit ab obſervantiâ juramenti eos, qui jurant non loqui patri, vel matri, ſorori vel fratri, aut eis humanitatis ſubſidium non exhibere, cum illicitum ſit &

Majeſtas tam declarat juramentū atq; pontifex.

contra-

contrarium rationi, *c. cum quidam, §. Illi verò de jure.* Sic JCtus *l. ult. ff. qui ſatiſd. cog.* quando dicit, *qui jurato promiſit judicio ſiſti, non videtur pejeraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruit,* non abſolvit jurantem ab obligatione erga Deum, ſed tantum declarat ejus mentem, quippe, qui ita demum judicio ſe ſiſtere voluiſſe præſumitur, prout lex & juſtitia exigunt. Sic Tiberius Equiti Romano gratiam fecit, ut *uxorem in ſtupro generi deprehenſam dimitteret, cui nunquam ſe remiſſurum nuncium jurarat.* Tac. *Ann.* Nam & illud ſemper intellexiſſe præſumitur, niſi juſta cauſa divortium facere coëgerit. Sic Trib. pl. cum Quinctius Cincinnatus populum ad delectum citaret, quod cum Valerius arma daret ad recipiendum Capitolium, omnes in ejus verba juraverint, *conventuros ſe juſſu conſulis, nec iniuſſu abituros,* cœperunt cavillari, & populum exolvere religione velle, *privatum eo tempore Quinctium fuiſſe, cum Sacramento adacti ſint.* Sed nondum, ait Liv. *li. 3. hac, quæ nunc tenet ſeculum, negligentia Divûm venerat, nec interpretando ſibi quiſq; jusiurandum & leges aptas faciebat, ſed ſuos potiùs mores ad ea accommodabat.* Atque ita apparet, nihilo plus poſſe Pontificem in juramenti relaxatione, quàm principem, ſicut etiã de diſpenſatione circa leges ſuprà oſtendimus. Legibus enim divinis & naturæ obrogare, aut contra eas juramentum remittere non poteT. Declaratio vero juramenti non minus ad principem quàm ad Sacerdotem pertinet, ſicut notanter gl. dicit *in l. adigere §. fin. in Ver. remittitur ff. de jure patron.* *legem obtinere vim Apoſtolicam, quo ad remittenda juramenta,* & eadem gl. *l. ult. in fin. Quod ſatisd. cogan.* notat *legem remittere periurium,* cui tamen textus obſtat, qui negat *eum, qui jurato promiſit ſe ſiſtere judicio, peieraſſe,* ſed declarat tantùm vim juramenti, quod ſine metu perjurii ſe poſſit etiam non ſiſtere ex juſtâ cauſsâ. Guido Pap. *deciſ. 78. n. 3. deciſ. 194. per tot.* Duaren: *ad tit. C. ſi adverſ. vendit. in fin.* Gail. *li. 1. obſ. 25. n. 3.* Mynſing. *Cent. 3. obſ. 99.* Generaliter enim reſcripſerunt Divi Severus & Antoninus, *jusiurandum contra vim legum & autoritatem juris nullius eſſe momenti: l. ſi quis inquilinos 112. de leg. 1. §. fin. c. inter cætera 22. q. 4. c. cum quidam, ibi gl. in Ver absolvendi c. quanto. c. quinta vallis de jureiur.* ex cuius legis ratione dependet, quod Antoninus & Verus gratiam jurisjurandi faciant *ei, qui juratus ordini ſe non interfuturum, poſtea Duumvir creatus eſt, l. ult. in pr. ff. ad municip.* & lex Julia de maritandis ordinibus permittit jusjurandum, quod *liberto in hoc impoſitum eſt, ne uxorem duceret, libertæ ne nuberet, ſi modò nuptias contrahere rectè velint, l. adigere §. ult. de jur. patron.* quia utrumq; promiſſum erat contra auctoritatem legum & utilitatem publicam, quibus nullus civium ſuo juramento præjudicare poteſt. Hoc enim eſt, quod dicunt JCti, in omni juramento ſemper exceptã intelligi ſuperioris autoritatem, *arg. c. conſtitutus, & ibi gl. in verb. juramento de reſcript.* Qui enim in leges juravit, non tenetur juramento, ſi princeps leges mutaverit, nec qui inferiori magiſtratui principive fidem dedit obli-

Digitized by Google

gatus manet, ſi vel hic præſcribatur, vel illi officium auferatur, prout in Camerâ Imperiali uſu receptum teſtatur Mynſ. *Cent.3. obſ. 99. n.3.* Papa vero nec ſupremus magiſtratus eſt, nec excommunicatio proſcriptio, ideoq; ex hoc fundamento nullum pro ſe depromere poteſt argumentum. Sed hic modus explicandi juramentum ad maieſtatem pertinet, quæ eadem *in ordinat.camerali part.2. tit.24.* judicibus Cameræ Imperialis dat facultatem relaxandi juramentum de non vindicando, Geſchworne vrfeth, ab inferioribus magiſtratibus injuria expreſſum, Gail.1.*obſ.22.*Mynſ.*Cent.3.obſ.99.n.4.* Petrus Denaiſius *in Iur.Camer.tit.69.* §.1. *& tit. 267.* §.1. & cum Wenceslaus contra datam fidem prodigeret jura & civitates & provincias Imperii, qui hunc abdicabant Electores, ſimul quoque ſubditos abſolvunt à Juramento, *In abdicat.VVenceslai* §.8. apud Vrſtiſi.*tom.2. hiſtor.illuſtr.* quia ex diſpoſitione Aureæ Bullæ, imperii ad eos reciderat maieſtas.

9. *Iuramentũ an res ſpiritualis* Nec valet, quod juramentum rem Spiritualem eſſe objiciant, & ex hâc causâ ad ſolam Eccleſiam pertinere. Nam ſi omnia, quæ quocunque modo ſpiritualia ab iis vocantur, ad forum Eccleſiaſticum remitti debeant, nimis conciſa & anguſta erit juriſdictio principum, ſiquidem nec de amiſſione aut collatione feudorum cognoſcere debeant, propter juramenti interventum, quam tamen tanquam propriam regibus relinquit Innocentius *c.novit.de judic.* & Feudiſtæ uno ore docent Clericum ratione feudi ſortiri forum laici: *c. verum c.ex tranſmiſſa de for.comp.* nec valerent Imperatorum leges *de S. S. Eccleſiis, de Epiſcopis & Clericis, Epiſcopali audientia, de hæreticis,* & ſimiles, imo tota ferè Conſtantini conſtitutio, *c. Conſtantinus diſt. 96.* in quantum de Ceremoniis Eccleſiæ & veſtitu Clericorum agit, nulla eſſet, ut & Caroli M. edictum, *de diſciplina Eccleſiaſticâ & officio Epiſcoporum, capitulare legum Eccleſiaſticarum vulgo appellatum,* quod is exemplo Joſuæ ſe promulgare ſcribit: *verſ. conſiderans 1.* § *Ne aliquis.* Quin etiam juriſdictio ſecularis ſuper juramentis in multis locum habet. Nam & prohibere poteſt, ne juramentum interponatur, *l.quæ ſub condit.* §. *ſi quis ſub jurando. de condit. inſtit. l.2. C.de indict. vid.toll.* & ſtatuere, ut minor, in cuius contractu intervenit juramentum, præſumatur inductus dolo. Curt. Jun. *conſ.118.num.6.* Item pœnam perjurii infligit, *l.ſi quis maior, & ibi Dd.C. de transact.* §. *ſi verò Canon. Novel.17.c.Rex debet 23.q.5.* & mandat executioni, quod juſtè juratũ eſt. *c. licet mulieres de jureiur. in 6.* Unde rectè infert Gail.*lib.1.obſ 25.*quod, qui competens judex eſt, quoad executionem, ſive obſervantiam, idem debeat eſſe competens, quoad abſolutionem. Non enim tàm de religione, quam de materiâ juramenti quæſtio eſt, nec tàm dubitatur de validitate ſeu vinculo ſacramenti, quam de re, ſuper quâ vinculum inductum fuit, quæ res, quò minus ad forum politicum referri queat, nihil impedit, cum & legum divinarum interpres eſſe poſſit princeps eâdem ratione, applicando

Digitized by Google

Maieſtas non eſt abſtrahenda a cura rerum ſacrarum.

cando eas commoda declaratione ad particulares factorum circumſtantias. Nec tamen ita ab omnibus ſacris rebus depellendum cenſemus principem, ut ſi eas, quatenus pertinent ad Remp. curare aggrediatur, grande nefas committere putetur & morte piandum. Eſt in iis aliquid ſpirituale, ſolis ſacerdotibus demandatum: eſt aliquid, quo referuntur ad gubernationem Reip. quod nemini concredi poteſt, niſi cuius officium in gubernanda Rep. conſiſtit. Et oſtendit Deus in Moſe & Davide, quam non ſint inepti etiam viri politici ad res ſacras tractandas, ne ſoli ſacerdotes id ſibi peculiariter tribuant. Moſes enim licet oriundus eſſet ex tribu Levi *Exo c. 2.* & ut Propheta, tempore inaugurationis Aaronis juſſu divino ſacrificaret, *Exod. 29.* nec non ſacerdos dicatur, *Pſ. 98.* quoniam, *ut ibi explicat* Lucas Oſiander, officium ſacerdotis gerebat orando & intercedendo pro populo: tamen ſacerdotium ſummum ipſi falsò attributum fuit à Gretſero in *colloq. Ratisb. ſeſſ. 2.* quia primus Aaron conſtituitur *ſummus ſacerdos in aeternum, Exod. 28. & in Ep. ad Hebr. c. 7.* quando ſacerdotii veteris teſtamenti mentio fit, illud non à Moſe, ſed ab Aarone denominatur. Nec tamen Deus dedignatus eſt huic de facie ad faciem loqui, ejusq; opera ſtatum non tantum Reip. ſed & ſacerdotii & Eccleſiæ conſtituere, quod & per Samuelem executus eſt, prophetam quidem & judicem, *1. Reg. 3. 7. 8.* quem tamen non nemo patrum ſacerdotem extitiſſe inficiatur, ſimplicemque Levitam vocat Hier. *in Iovin.* ex quo Sigonius corrigit Severum Sulpit. qui dicit *in hiſtor. ſacr. Eá tempeſtate Samuel ſacerdos Hebraeis praefuit.* Ipſi verò Reges Judæorũ, an non ſuo potius quàm ſacerdotum imperio religionem ordinarunt David Pſalmos ipſe compoſuit, & ut in ſacris canerentur, ordinavit, cantores, Levitas inſtituit. *1. Chron. 23. 24. 25. Eccleſ. 47. 2. Chron. 23.* Salom. abdicato ſummo ſacerdote Abjatharo, Sedoçum in eius locum promovit *3. Reg. c. 2.* Joſias librum legis ab Helcia pontifice repertum ipſe publicavit, & coram univerſo populo legit: Pontificem etiam juſſit vaſa & ſpurcities Baaliticas templo ejicere *4. Reg. 22. 23. li. 2. Paralip. 34. & fecit in Ieruſalem Phaſe domino, & conſtituit ſacerdotes in officiis ſuis, hortans eos, ut miniſtrarent in domo Domini. 2. Paralip. cap. 35.* Ezechias congregavit Judæos ad Phaſe celebrandum, Levitas conſtituit, iisque juſſu ſuo convocatis præcepit, ut templum ſanctificarent, *2. Paralip. 29. 30.* & æneum ſerpentem ipſe confregit. *4. Reg. 18.* Joſaphat ſacerdotes & Levitas ordinavit, eosdemque miſit per Judæam, cum mandato, ut populum ad verum DEI cultum inſtruerent, nec ceſſavit ipſe interim Idolatrias amoliri, & veram reducere religionem *2. Paralip. c. 17. 19.* Judas Maccabæus elegit ſacerdotes, & purgavit idololatrica ſpurcitie loca ſancta *1. Maccab. 4.* Idemque fecerunt alii, quos enarrat Auguſt. *Ep. 50.* ut *Rex Ninivitarum univerſam civitatem ad placandum Dominum compellens, Darius idolum frangendum in poteſtatem Danieli dans: Nabuchdonoſor omnes in regno ſuo poſitos à blaſphemando* DEO *lege terribili*

Principes poſſunt eſſe judices in religioſis.

prohibens. Ad quod omnes etiam reges obligantur, ut non tantum ſacerdotum verbis auſcultent, ſed ut ipſi ſibi deſcriptam legem noctes dieſque legant. *Deut. 17.* id quod Joſuæ, cum princeps populi conſtitueretur, peculiariter quoque injungitur. *Non recedat volumen legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Ioſ. 1.*

Abſit igitur error eorum, qui Laicos tàm profanos faciunt, ut ne libros quidem Biblicos ab eis legendos velint, quaſi non & iis dictum ſit: *Scrutamini ſcripturas,* & Apoſtolus Paulus vel ipſos Corinthios non juſſerit judicare de iis, quæ dixerit, *1. Corinth. c. 10.* ſicut & Beroenſes quotidiè ſcrutabantur ſcripturas, num res ita ſe haberet, ſicut prædicabat Paulus. *Act. 17.* Petrus & Simon Magus ſuę diſputationis judicem eligunt populum, ſi Clementi credimus *lib. 1. & 2. Recognit.* Archelaus & Manes Philoſophos ſuarum controverſiarum judices conſtituunt. *Epiph. hæreſi. 66.* Conſtantinus Imperator Sylveſtro & Judæis arbitros deligit è ſenatu. Zonar. *in Conſt. M.* Nec judicium eorum tantum privatum fuit, qualiter auditores judices videntur eſſe diſputationum, dum utri volunt, parti palmam tribuunt, ſicut quæ ab Hamelman. *li. 3. proleg. c. 10.* obiecta erãt, eludere nititur Bellarm. *li. 1. de Concil. & Eccleſ. c. 16. in fin.* quandoquidem Caſcatæ & Romæ non quid quiſque credere vellet, quærebatur, ſed cuinam religioni ex publicâ delectorum arbitrorum ſententia ſtandum eſſet, & Ambroſ. *in Epiſt. 33.* dum Imperatori ſe excuſat, judicem & determinatorem publicum non alium ſibi præfinit, quàm populum: *Iſte,* inquit, *populus judicet, cuius in corde lex eſt divina, non humana, lex non atramento, ſed Spiritu DEI vivi ſcripta:* & paulò antè: *ſi tractandum eſt, in Eccleſia tractare didici, quod maiores fecerunt mei, & veniſſem Imperator ad Conſiſtorium Clementiæ tuæ, ſi me vel Epiſcopi vel populus permiſiſſent, dicentes de fide in Eccleſiâ coram populo tractari debere:* non detrectat mandatum Imperatoris, quod ſit Laicus, ſed quia judicium de recipiendâ religione ad Orthodoxũ populum, & non ad hæreticos pertineat. *Nec enim ovibus prohibitum eſt, reprehendere paſtorem, ſi à rectâ fide exorbitaverit, c. oves 2. q. 7.* cum non minus ovibus quàm paſtoribus dictum ſit: *Cavete vobis à Pſeudoprophetis. Matth. 7.* Divus Johannes *1. Ep. 4. in pr.* nõ adeò Tyrannicè imperat, ut verbum Dei nos docere promittentibus ſtatim credamus, ſed *nolite,* ait, *credere omni ſpiritui, ſed probate Spiritus, ſi ex DEO ſint.* D. Paulus *1. ad Theſſal. c. 5. in fin.* etiam in ipſis Prophetis requirit judicium auditorum. *Spiritũ* ait, *nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate, quod bonum eſt, tenete.* Quod ſi Laici etiam de doctrinâ prophetarum judicare debent, ſcripturam ignorare non poſſunt, quippe ex quâ Chriſtus ipſe & Johan. 1. *Ep. 4.* normam deſumi volunt.

Nihil

Digitized by Google

Princeps obligatur ad curam religionis.

Nihil igitur impedit, quò minus princeps religionem & res ſacras, quantum ad officium politicum pertinet, cognoſcere & tractare debeat, imò, ad hoc ratione officii obligatur, quia eſt *nutritius Eccleſiæ, Eſai 49. & ad muros eius ædificandos conſtitutus. Eſai. 60. Debet Imperator advertere, regiam poteſtatem ſibi, non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam,* ut ſcribit Leo I. ad Imperat. Leon *c. ult. diſt. 96. c. principes. c. adminiſtratores 23. q. 5.* Defenſio verò Eccleſiæ non conſiſtit tantum in hoc, ut vis, fraudes, turbæ & externa mala ab eâ arceantur, prout ſe explicat Lipſius *lib. adverſ. Dialog. c. 2.* & contendit Bellarm. *li. 3. de membr. Eccleſ. mil. c. 18.* quoniam potiſſimam partem defenſionis negligunt, Longè plus intelligit Auguſt. *tr. 2. in Iohan.* quando ſcribit: *pertinet ad reges ſeculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſiam*: pax Eccleſiæ, ut turbetur hoſtibus externis, non aliunde tamen gravius timere habet periculū, quàm ab internis, quibus ſi obviam ire neglexerit, parùm officio ſuo ſatis feciſſe putandus eſt princeps. Fecerunt autem hoc non tantùm Reges Judæorum, quos ſacerdotes Levitasque conſtituiſſe, & Baalitas vel eieciſſe vel jugulaſſe, quandoquidem in id veteri teſtamento præceptum erat, *Deut. 13. 3. Reg. 18. 2. paralip. 34. & ibi uterque Oſiand.* multaque circa religionem ordinaſſe, paulò ante diximus, ſed etiam primi Chriſtianorum principum & Imperatorum, qui quàm multas de rebus religionis leges tulerint, nemo ignorare poteſt, niſi qui & hiſtoriam Eccleſiaſticam & utrumque Codicem cum Authenticis nunquam vidit. *Non in eis tantummodo,* ait Reccaredus Rex *in Concilio Tol. III. rebus diffundimus ſolertiam noſtram, quibus populi ſub noſtro regimine poſiti pacatiſſimi gubernentur & vivant. Sed etiam in adiutorio Chriſti extendimus nos ad ea, quæ ſunt cæleſtia, cogitare, & quæ populos fideles faciunt, ſatagimus non neſcire to. 2. p. 863.* Nec nunc iſti rei longè lateque diducendæ immorari volo, cum ſatis ſuperque alibi explicata ſit, tantum unū atq; alterum jus ex præcipuis, & quæ principes non ſine magno Reip. detrimento ſibi eripi pati queunt, attingam.

10.
Sine ſcitu Imperat. olim nō ordinabātur Pōntif. Rō

Habebant igitur Imperatores Orientis ex antiqua conſuetudine, jus, ut ſine eorum ſcientiâ & juſſione Pontifex Romanus ordinari non poſſet, ſicut exemplo Agathonis Siculi, & Vitaliani Siginenſis probat Pontificale Vaticanum, *c. Agath. diſt. 63.* Lupold. Padæburg. *de Zel. vet. princip. Germ. c. 8.* Pelagius 2. miſit ad Imperatorem Mauritium, qui ſe excuſarent, quod confirmationem non petiiſſet, quia obſidio Lombardorum id impediverat. *Nihil,* ait Platina *in Pelag. 2. tum actum fuiſſet à Clero, in eligendo Pontifice, niſi eius electionem Imperator approbaſſet*, adeò, ut hoc jure etiam Exarchi uſi fuerint, ſicut Severinum ab Exarcho confirmatum Platina teſtatur *in vita Sever.* quod quia res tranſit cum ſua cauſa, *l. alienatio ff. de contrab emt.* Carolus quoque M. & poſtea Otto M. uſurpare cœperunt, tantumq;

abeſt,

Digitized by Google

abeſt, ut id facerent cum contradictione Pontificum, ut Adrianus Carolo, *c. Adrianus diſt. 63.* & eius imitatione Leo Ottoni, *c. in Synod. diſt. Ead.* jus eligendi Pontificem & ordinandi Apoſtolicam ſedem ultrò concesserint. Nicol. Gill *in Carol.* M. Sigebert. *ad an. 773.* Rolevinx. *in faſc. temp.* Guagnin. *li. 4.* Stumphius *li. 3. Chronic. Helvet. c. 86.* Theodorus à Niem. *li. 1. de Schiſm.* Crantz. *li. 4. Metrop. Saxon. c. 10.* Conceſſionem interpretatur Hugo conſeſſionem ſeu declarationem juris, ſicut Pontifex *in c. Etſi Chriſtus de Iuriiur.* concedit religioſis, ut poſſint juramenta præſtare, modò tres comites habeat; *veritatem, judicium & juſtitiam, & in c. fraternit. C. de donat.* indulget Epiſcopo Pariſienſi, ut revocet donationes, quæ jam de jure communi non valebant. *c. quod quis commiſit 35. q. 9. c. ſi quis presbyteror. de rebus Eccleſiæ non alien.* Unde videmus ſæpè concedi aliquid jure privato, quod jam competebat ex publico, ſicut Clemens V. abſolvit regnum Franciæ à poteſtate Papæ, *c. meruit, Extrav. com. de privileg.* & bulla Bonifacii 8. quæ tamen ipſo jure nulla erat, & notat *gl. in d. c. fraternitatem in Verſ. Indulgemus, & gl. in c. ſicut Romana in ver. ut liberè de reſcript.* eſtque aliud exemplum *in c. Ex tuarũ de uſu pall. & in c. quia petitio de procur.* Quod autem conceſſio ita interpretanda ſit, ex *d. c. in ſynodo* manifeſtè liquet, ubi Imperator ſuo privilegio quorundam beneficiorum collationem Pontificibus & Archiepiſcopis reddit, quæ ipſe Leo ſibi reſervare debuiſſet, ſi totum jus à ſuo arbitrio dependiſſet. Carolus verò M. jam diu ante Adriani conceſſionem beneficia Eccleſiaſtica conferebat. Aimon. *lib. 5.* & Hiſpani nullius Pontificis beneficio eodem jure immemoriali tempore uſi ſunt, cum in cõcilio Toletano 12. quod anno primo Hervigii Regis celebratum teſtantur Roderic. Tol. *lib. 3. c. 12.* Alphon Burgenſis *in Epitom. reg. Hiſpan. c. 40.* qui incidit in ann. Chriſti 685. *regalis poteſtas dicatur habere liberam electionem. c. cum longè diſt. 63.* quam qui Hiſpanis in perſonâ Caroli à Pontificibus tributam putant, Igneus *in rep. L. Neceſſar. §. non alias, n. 331. ff. ad Syllan.* Ferrald. *in tr. de inſign. reg. Franc. jure 9.* longè à temporum computatione aberrant, cum hoc concilium longè ante Caroli M. nativitatem celebratum ſit, ut ex collatione annorum liquidò patet, & notarunt Covar. *part. 2. relect. c. poſſeſſ. mal fid. §. 10. n. 6.* Carolus de Graſſ. *lib. 2. regali. Franc. jur 3.* Similiter & Hungariæ Reges usque ad tempora Paſchalis II. ſi Martini *Chronicis credimus*, nec non Reges Angliæ jus habuerunt inveſtiendi Epiſcopos, ſicut Eduardus aſſerit in Epiſtolâ, quam 1343. Clementi VI. direxit. Papaberg. *de Zel. veter. princ. Germ. c. 8.* Nec illa Adriani Bulla ad Germanos, Gallos aut Hiſpanos extendenda eſt, ut benè notavit Haiminsfeldius *in ration. conſtit. Imp. ad dictam bullam Adriani § ſed ſoli Regi Romano,* cum loquatur terminis expreſſis de ſolâ Italiâ. Nec rectè gloſſa *in c. in Synod in fin. diſt. 63.* jus illud principibus tribuit tantum ex privilegio & munificentia Paparum, cum Imperatores illud ſemper pro Jure regio.

Quid juris apud Hiſpanos.

Apud Vngar. & Anglos.

Digitized by Google

regio ſibi vind[illegible] refert Paul. Æmil. *lib 5.* Benè Crantz *lib.4.Metrop. c.10.* de bull[illegible] Leon[illegible] quâ Ottoni I. omnia regalia, ſive à Conſtantino donata, ſive à Carolo ex Longobardis accepta, & ante illum à Juſtiniano confirmata, ſive ab Arithperto Longobardorum rege tributa reſtituit: *Otto Imperator jam tunc depulſo Berengario & Alberto, tenuit omnia in poteſtate, quæ ante fuiſſent ſolo nomine Romanæ Eccleſiæ, nullis uſibus, nullis obſequiis obnoxia: Facilè potuit reddere, quod non tenebat: juri reſignavit rerum, quas tueri non poterat. Eas quippe & ipſe Otto, & filii deinceps poſſederant, &c.* Sicut enim infra demonſtrabimus, quia in una republ. non poſſunt eſſe duo ſumma capita, *c. unam ſanctam de maior. & obæd.* & Eccleſiam Chriſtus & Apoſtoli politicæ poteſtati, quatenus in hac vita militat, ſubjecerunt, *Act.2, Rom.13. 1.Petr.2.* Auguſt. *in Explic. quarundam propoſ. Epiſt. ad Rom.* Tertull. *de Idolis c.25.* Bernhard. *ad Archiepiſ. Senon.* Thomas *lect.1. ad c.13. Rom.* Soto 4. *ſentent. diſt.25. q.2. art.2* æquum eſt, ut ſi omnium Eccleſiæ partium conſenſus in eligendo Epiſcopo requiritur, *c. Ego Ludov. diſt.63. c. nulla diſt.62. c. qui in aliquo, §. ſed & diſt.51. c. Epiſcopo 8. q.1. c. quia propter de Elect. & elect. pot.* multò magis conſenſus requiratur eius, qui eſt omnium caput, & cui Deus ipſe Eccleſiæ inſpectionem gubernationemve indulſit. Duaren. *lib.3. Eccl miniſt. c. ult.* Quin etiam ad maieſtatem Imperatoris, ad ſalutem Reipub. & quietem Eccleſiæ pertinet, ut ſumma Eccleſiæ inſpectio penes principem remaneat. Maieſtas id requirit, quia, cum Henrico Imperatori jus abrogaretur locupletiſſima ſacerdotia conferendi, *ea res,* inquit Paul. Æmil. *lib.5. multum virium Imperatoriæ maieſtati detraxit in animis popularium. Plus enim quam dimidium ſuæ jurisdictionis perdidit.* Salus Reipublic. idem exigit, ne ad ſummas dignitates evehantur, qui Remp. ejusve præſidem peſſundatum cupiunt, quibus omnes præcludendas vias monet Ariſtoteles 4. *politic. c.12. 5. polit. c.9.* ex quibus Reip. nocumentum inferre queant, quales fuerunt Johannes *12.* Gregorius *7.* Alexander *3.* Adrianus 4. Bonifacius 8. Johannes *22.* Innocentius 4. & horum ſimiles. Hi enim ex uno Imperio diviſum fecerunt, nec prius bellorum, cædium, rapinarum, iniuriarum ſatis habuerunt, quàm imperii opes ad ſe traduxiſſent. Turbata verò Rep. quis audeat ſperare quietem Eccleſiæ? Vix reddiderat Ludovicus Pius clero populoq; Romano univerſo poteſtatem eligendi ſibi Pontificem, *c. Ego Lud. d.36* cum extincto Paſchali, diviſis inter ſe voluntatibus, duos ſimul elegerint, nec dubium, quin ſeditio in maximum quoddam ſchisma eruptura fuiſſet, niſi Eugenius, prævalente nobilitate, in ſeditione ipsâ conſecrationem accepiſſet, quam tamen magis Ludovici confirmatio in officio retinuit, quam adverſariorum aſſenſus, itaque in conventu Vaticano ſequentis anni decretum eſt, *ut ad vitanda comitiorum diſſidia, aut legati Regis, aut Rex ipſe, ſi in urbe adeſſent, conſecrationi intereſſent.* Idq; confitente Paſchali II. *in decreto, quo*

In eligendo Epiſ. requiritur conſenſus maieſtatis.

Oo *Inveſti-*

Inveſtituras Epiſcoporum Henrico IV. aut V. reſignat, ut populares diſſenſiones, quæ in electis omnibus ſæpè contingunt, regali maieſtate compeſcantur. Mammelsbur. *li.5.hiſt.* Sic enim ſubſequentibus annis obſervatum, & novâ hâc lege ſancitum fuit. Sigon. *lib.4.hiſt. Ital.* Nam ut Eugenius vitæ valedixit, eumque ſtatim poſt inaugurationem ſecutus Valentinus, Gregorius 4. quoniam legatus regis aberat, non prius eſt conſecratus, quam is in urbem rediens, cuiusmodi ea comitia fuiſſent, èx novâ lege quęſiviſſet. Nec tamen ſatis hâc ratione cautum fuit quieti Eccleſiæ, ideoque Leo ab Ottone I. ſuffectus Johanni 12. in concilio oſtendit, non ſine causâ Adrianum Carolo M. tribuiſſe, ut Eccleſiam ordinaret ac Pontificem legeret: Adrianum 3. qui libera omni ex parte comitia effeciſſet, plus dignitati, quā quieti Eccleſiæ ſtuduiſſe. Nam libertate populo in comitiis reddita, Romanos in dies deteriores effectos: & hanc libidinem coërcendam eſſe, neq; aliud frenum acrius injici poſſe, quam ſi Adriani I. conſtitutio renovetur. Sigon. *lib. 7. hiſt. Ital.* Itaque relatione factâ & re in diſceptationem perducta, Ottoni Magno reſignavit poteſtatem eligendi ſucceſſorem, atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi, *c. in ſynodo diſt 63.* ubi gl *in ver. affici* ridiculè notat: privilegium hoc revocatum eſſe in *c. Tibi Domine Ead. diſt.* cum tamen jam diu ante, juramentum illud Otto feciſſet præſtari Johanni *12.* Leonis anteceſſori, priusquam in Italiam accederet. Otto v. M. jus à Leone reſignatum toto imperii decurſu continuatum, poſt integrum filio tradidit.

Pontifices Rom. inſtituti ab Imp.

Cum enim Romani expulſo Leone Benedictum contra voluntatem Imperatoris ad ſedem Romanam evexiſſent, coëgit eos Leonem recipere, & Benedictum abdicare, cui Benedictus Cardinalis Archidiaconus dixit: *Quo tandem jure, quave lege auſus es ornamenta Pontificia induere? num inficiari potes, te apud Imperatorem juraſſe, nunquam ſine illius aut filii ipſius autoritate Pontificem electurum.* Sigon. *lib.7.* Mortuo Leone Romani Ottonem de Pontifice ſubſtituendo conſuluerunt, qui Spirenſem & Cremonenſem Epiſcopos Romam miſit, in quorum præſentiâ Johannes 13. electus eſt. Huic autoritate Ottonis Benedictus VI. ſurrogatus eſt. Sed ne poſt editum à Leone privilegium, Ottonem id juris tantum ſibi ſumſiſſe quis ſuſpicetur, jam ante eius promulgationem, Johannem 12. à quo in Italiam vocatus erat, conſenſu concilii, quod Romam convocarat, abdicarat, cuius exemplum Ludovicus IV. ſe imitari dicit in edicto, quo Johanni *22.* pontificatū Romæ abdicat. *Habemus*, inquit, *bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus. Otto I. cum populo Rom. ſacerdotum eius tribu, Iohannem 12. ex albo Pontificum Romanorum ob ſcelera (quæ ſi ad flagitia viceſimi ſecundi comparaveris, ludus eſt) eraſit, alium paſtorem urbi & orbi impoſuit. Idem alios complures Imperatores optimosq; principes feciſſe in annales & faſtos relatū eſt.*

Digitized by Google

eſt. Avent. *lib.7. Ann. Boior.* Gregorium enim VI. abdicavit Henricus II. in concilio Sutrienſi, quod pro argento adoptatus eſſet à Benedicto, cumque comitia à comitibus Tuſculanis corrupta invenirentur, Clemens II. quem Henricus ad ſedem Romanam promoverat ex Epiſcopo Bambergenſi, decretum fecit, de conſilio Romanorum, ut Henricus patricius Romanus eſſet. Adam Bremenſ. *lib.3. c.36.* atque ut pro ſuo judicio Romanam Eccleſiam ordinaret, neque poſthac ſine ipſius autoritate Roman. Pontifex crearetur, id quod ipſe Petrus Damiani ſcriptum reliquit. Ergo Henricus Clementi Damaſum II. Damaſo Leonem IX. Leoni Victorem II. unâ ſerie ſubrogavit, mortuoque Henrico, relicto filio puero, Romani Stephanũ IX. ſedi R. præfecerunt, ſed poſtulata priuseius ab Agnete, Imperatoris tutrice, confirmatione, quâ cum deſtitueretur Benedictus X. ab Hildebrando Pontificatu exutus, & ad eum provectus fuit Nicolaus II. præſente Giberto Regis Italiæ legato. Is in conventu Laterano Henrico vetus decretum de Pontifice à Rege comprobando confirmavit, niſi quod laico Eccleſiam, aut pretio, aut gratis accipere vetuit, primusque Adriani & Leonis decreta revocare cœpit, quod licet maiori conatu urgerent Alexander II. & Gregorius VII. neuter tamen Imperatori jus ſuum in confirmando Pontifice abrogare auſus fuit. Hic enim legatis Imperatoriis reſpondit, *ſe conſecrationem nunquam accepturum, niſi Imperator conſenſiſſet:* illum Hildebrandus excuſavit, quod ob ſeditionem coactus fuerit conſecrationem, antequam Imperator de ea potuerit certus fieri, properare: nec tamen ceſſavit Imperator ipſi opponere Honorium II. & Gregorium VII. ex comitiis aliquot Germanicis acriter increpuit, quod ſe inſcio & invito, contra jus & morem maiorum, ſedem R. conſcendiſſet & denique etiam Gibertum Raven. Archiepiſc. ipſi ſubrogavit ſub nomine Clementis 3. à quo coronam accepit. Contra hunc electi ſunt Victor 3. Urbanus 2. & Paſchalis 2. Imperatorii tamẽ, ut jus ſuum aliquo modo perſequerentur, Albertum Theodoricum ſubſtituerunt, ſed defectio Conradi & Henrici filiorum Imperatoris, quantum comitiis Pontificialibus attribuit, tantum ex ære q. collatitio juri Imperatorio detraxit, unde rectè dixit Otto Friſing. *de creſcente Imperio Eccleſiam vires ſumſiſſe.* Rectius Fridericus I. ſcripſit ad Epiſcopos Germaniæ: *In capite orbis Deus per imperium exaltavit Eccleſiam: In capite orbis Eccleſia (non per deum, ut credimus) nunc demolitur Imperium. Radev. li.1.c.16.*

Quod enim hactenus Imperatoribus in Pontificem Romanum, idem iis licebat in reliquos Epiſcopos & Archiepiſcopos primarios, *d.c. in ſynodo & d.c. Adrianus*, cuius particula licet revocata videri poſſit *in c. ſacrorum diſt. 63.* Haillan. Liv.*1. de l'eſtat de France*, rectè tamen obſervant ſenatores Pariſienſes *in libell. de non abolend. pragm. ſanct.* inveſtituram, quam Carolo conceſſit Adrianus *d.c. Adrianus*, nullo modo retractatam eſſe, cum ab Electi- *Alii Epiſcopi conſtituti à maieſtate.*

 one toto

one toto genere differat. Eam enim tam Reges quam Imperatores ſibi ſemper reſervarunt, ſicut Otto Friſing. *li.7.c.16.* & Günther. Crantz. *lib. 2. Metrop. c. 29.* Marſil. Patavin. *in defenſ. pac. part. 2.* Viterbienſ. *part. 17. Panthei:* ſcribunt: *Epiſcoporum electum non potuiſſe prius conſecrari, quam à principe regalia per ſceptrum accepiſſet,* & Albertus Argentinenſis ſæpè meminit Epiſcoporum ab Imperatoribus ſolenniter inveſtitorum. Cujac. *lib. 3. feud. tit. 1.* Unde eſt illud Helmodii: *Epiſcopos inveſtire ſolius Imperatoriæ maieſtatis eſt.* Et Sigon. *li. 7. hiſtor. Ital.* de tempore Ottonis I. loquens, ait: *Archiepiſcopi & pleriq; Epiſcopi ab rege ipſo conſtituebantur, & ampliſſimis præterea beneficiis ac regalibus ornabantur.* Aventinus verò de tempore Henrici II. & III. qui ipſi quartus eſt, *Pontificem Romanum, juxta atq; cæteros Pontifices, monachorum, myſtarum magiſtros ex conſilii decreto, comitiis centuriatis, per ſuffragia purpuratorum, m[illegible]rem aiorum, Imperatores per Germanias, Galliam, Teutonicam, Italiam, Romanum orbem ſicut in Carolo M. obſervatum erat, capiebant. li. 5. Ann.* Quin etiam ipſe Henricus IV. ſeu V. cum Paſchalis in conventu Trecenſi, iterum laicis auferret collationem Eccleſiarum, per legatos expoſtulavit: *imminui jus ſuum jam inde à Carolo M. propagatum.* Sigon. *li. 10.* Et duo quidem à Paſchali II. obtinuerat decreta, unum, cum Romam veniret, & receptis Regalibus ex conventione mutuâ Papæ inveſtituram Epiſcoporum concederet, quod eſt apud Dodechinum *in append. ad Chronic. Mariani Scoti.* alterũ, cum ob non completa pacta Papam in carcerem coniectum, libertati aſſereret, quod eſt apud Malmesbur. *li. 5. de reb. geſt. Angl. ex Davidis Scoti Bancorenſis Epiſcopi Panagyrico translatum,* ubi Paſchalis ait *in decret. §. 1. Illud privilegium, quod prædeceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus Catholicis Imperatoribus conceſſerunt, & privilegiorum paginis confirmarunt, nos quoq; tuæ dilectioni concedimus, & præſentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui Epiſcopis vel Abbatibus liberè præter violentiam vel Symoniam electis, inveſtituram virgæ & annuli conferas, &c. Si quis autem à Clero vel populo præter aſſenſum tuum electus fuerit, niſi à te inveſtiatur, à nemine conſecretur.* Tandem tamen Calixti minis & excommunicatione territus, in conventu Wormatienſi jus ſuum, annis 300. ſub Romanis Pontificibus, ab Impp. uſurpatum, ut ſcribit Matth. parv. *in VVil.* abdicavit, ubi: *Dimitto,* ait, *DEO & ſanctis ejus Apoſtolis, Petro & Paulo Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ omnem inveſtituram per annulum & baculum, &c.* Dodech. & Malmesb. *d. loc.* Urſperg. *in Chron.* Crantz. *li. 5. Metrop. c. 42* quæ omnia diligenter Haiminsfeld. *in notis ad prædictas conventiones Impp. & Pontificum collegit.* Conſtituebat igitur Imperator Epiſcopos, niſi quos Pontificibus & Archiepiſcopis conceſſiſſet. ſicut in decreto Leonis excipitur, quomodo Mutinenſes ſingulari gratia à Cuniperto, Luitprando, deniq; Carolo M. & Ludovico Pio obtinuerunt, ut in demortui Epiſcopi locum, ſi quis illo honore dignus in Clero reperiretur, ipſi ſuis ſuffragiis deligere Epiſco-

pum

Digitized by Google

pum poſſent. Sigon. *li. 4. hiſt. Ital.* Ita Conradus I. Herebertum Archiepiſcopum Mediol. in carcerem compegit, & Cremonenſem, Placentinū & Vercellenſem Epiſcopos maieſtatis damnatos in exilium egit. Sigon. 8. *Ital.* Henricus II. Vidonem Mediolanenſem & Hunfridum, eoque mortuo Henricum Ravennatem Archiepiſcopum, Henricus III. Gibertum ex Parmenſi Ravennatem, alii alios inſtituerunt, tàm in Germania quàm Italia, & Pontifices ipſi negabant conſecrare, licet Canonice electos, niſi conceſſa ab Imperatore licentia, idque *ſecundum priſcam conſuetudinem*, ut ait Stephanus *in c. lectu diſt. 63. adde c. nobis de jur. patron. Carolus M.* ait Aimon. *li. 5. c. 1. ordinavit per totam Aquitaniam Comites Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, &c. 36. Ludovicus, quos potuit, conciliavit ſibi, dans eis Abbatias & Comitatus ac villas.* Ideoque Theganus *in vit. Ludov.* in eos invehitur: *Veſtivit te purpura & pallio, & tu eum induiſti cilicio: ille pertraxit te immeritum ad culmen pontificale: tu eum falso judicio voluiſti expellere à ſolio patrum ſuorum, &c.* Hinc ſæpè apud Sigebert. Turpinum & Gothofredum legimus: *Imperatoribus vel regibus datum fuiſſe jus inveſtiendi Epiſcopos per Annulum & virgam*, nec ante illam inveſtituram potuiſſe quenquam conſecrari. Epiſcopum Palmerienſem à Bonifacio IIX. intruſum, qui juramentum fidelitatis Philippo IV. præſtare, eumque dominum ſuum agnoſcere recuſabat, Rex bonis omnibus privavit, Nicoll. Gil. *in Phil.* quod jus unà cum nonnullis aliis regalibus Galli in Eccleſias mordicus ſibi retinuerunt, contra multorum Pontificum, Pii II. Sixti VI. & aliorum conatus, dicuntq; intelligi ſub nomine regalium, quorum fit mentio *in c: præterea quoniam de jur. patron: & c. generali de Elect. in 6.* Duaren. *li. 3. de beneſic. Eccl. c. ult. in pr.* Boer. *deciſ. 32. n. 8.* Regio enim jure ea ſibi tribuit Philippus VI. quando in edicto *An. 1334.* ita loquitur. *Nous tenons, que noz devanciers Rois de France par cauſe de Regale & de la Nobleſſe de la couronne de France ont usè & accouſtumè & ont estè en poſſeſſion & ſaiſine d'avoir les prebendes, dignitez & benefices vacans de droict, & de faict, ou de droict tant ſeulement, & de ce nous entendons uſer. lib. 10. Corp. Gall. t. 3. l. 2.*

Ius Gallor. peculiare in conſtituendis Epiſcopis.

Icti quoque inter regalia Franciæ unanimiter reponunt. Johann. Selva *in tr. de benef. par. 2. q. ult.* Molin. *ad conſuetud. Pariſienſ de feud. tit. §. 27. n. 1. 10. 11.* Tholoſanus *in Syntagm jur. li. 12. part. 2. c. 7. & 8.* Benedict. *in c. Rainut. in Verb. Et uxorem nomine Adelaſiam num. 367. de teſtam.* Ferald. *9. jur. reg.* Franc. Boer. *deciſ. 32. n. 8.* Paſquier. *es recher ches de Franc. liv. 3. ch. 30.* Haillan. *liv. 3. de l'eſtat des affaires re France.* & eſt textus inſignis *in pragm. ſanct. t. de elector. c. licet §. veruntamen*, ubi *ad regem jure regali pertinere dicitur, quorundam beneficiorum jus patronatus, præſentatio, collatio, conſtitutio, inſtitutio vel proviſio.* Eſt & egregia oratio Petri Cuigneti Equitis & cōſiliarii regii apud Belleforeſt. *in Philip. VI.* cumque Ludovicus Sanctus in diplomate, quo ma-

Digitized by Google

tris tutelæ regni adminiſtrationem commendabat, regales poteſtates enumeraret, addit etiam *poteſtatem conferendi dignitates & beneficia Eccleſiaſtica vacantia, fidelitates Epiſcoporum & Abbatum recipiendi & eis regalia inſtituendi, & eligendi licentiam, dandi capitulis & conventibus.* Diploma eſt apud Papyr. Maſſon. *li.3.* Et Philippus Auguſtus in teſtamento ſancit, *ut ad conſtituendos Epiſcopos vel regis vel regni tutorum conſenſus requiratur.* Rigord *in Vit. Philip. Aug.* Ludovicus Craſſus monachos S. Dionyſii in carcerem coniecit, quod ſe inconſulto Sugerium elegiſſent Abbatem, ut ipſe ſcribit Sugerius, & conſtat *ex Epiſtolis* Ivonis: Ludovicus VII. juraverat, ſe non conceſſurum, ut Petrus, quem Innocentius Papa Archiepiſcopum inſtituerat, Bituriges intraret, ex quo ſacris illi per tres annos interdictum fuit. *Annal. Mortinienſes.* Unde Papyrius ſcribit: *Noſtri reges inter cætera jura hoc ſibi præcipuè vindicarunt, ne abſq; aſſenſu regio Epiſcopi & Monaſteriorum patres ſuffragiis legantur, lib. 3. Ann.* quod etiam in Angliâ olim obſervatum teſtatur Tholoſan. *d.loc.n.19.c.7.* Boer. *d.deciſ.32.n.1.* Joh. Andr. *ad Specul.t. de Epiſcopis §.quod reſtat verſ. item non habet privileg.* Et in Hiſpaniâ locupletiſſimum teſtimoniū præbet concilium Toletanum *12.c.6.* ubi ita ſtatuitur: *placuit omnibus Pontificibus Hiſpaniæ Galliciæ, ut licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunq; regalis poteſtas elegerit, & jam dicti Toletani Epiſcopi judicium dignos eſſe probaverit, præficere præſules, & morientibus Epiſcopis dare ſucceſſores.* Innuitur ibidem ſolitos fuiſſe Epiſcopos convenire, poſtquam unus ex eorum ordine obierit, & de ſucceſſore eius liberam principis electionem præſtolari, ſeu à principe petere licentiam eligendi, quem ut elegiſſent, eidem pręſentabant, ut colligitur *ex l. Regiâ 18.t.5. part.1. Ordin.* & tradunt pręcitati Gallici Dd. & Covar. *part.2. relect. c. poſſeſſ. mal. fid. §.10.n.5.* Lancelott. *li.2.c.1. de Pontifice Maximo §.4. verſ. quarto n.9.*

Ius Anglorum.

Hiſpanorū

Principes patroni maiorum Eccleſiarum.

Ex quibus omnibus clarè patet, quâ ratione ad jura maieſtatis pertineat proviſio Eccleſiarum, quam tamen Boterus *lib.1 polit. illuſt.c.9.* Ottonem I. illegitimo modo ſibi arrogaſſe, aſſerere non veretur, quaſi non jure communi Reges eſſent patroni maiorum Eccleſiarum ſuorum regnorum. Archidiac. *in c. lectis, diſt.63.* Bald. *in proœm. Rex pacificus col.2. & in c. quanto de judic. col. ult.* Si enim ex conſtructione, *c. nobis, & ib. gl. in verb. conſtruxit de jur. patron.* ex dotatione, *c. filius. c. piamentis. c. Frigentius 16.q.7.* & ex fundatione Eccleſiarum, *c. abbatem 18.q.2.* quæ tria verſiculo complexa eſt gl. *add c. piamentis in verb: piamentis:*

Patronum faciunt, dos, ædificatio, fundus. Si, inquam, hinc laicus obtinet jus patronatus, quare non multò magis princeps, qui communis Evergetes Eccleſiarum eſt, nonnullas à maioribus fundatas, aut cum primum excitarentur, dotatas, omnes certè ſuo beneficio conſervat, prout Paſchalis II. ipſe confitetur in decreto, quo inveſtituram Henrico Imperatori reddit.

Digitized by Google

dit. §. *prædeceſſores 4. Prædeceſſores*, ait, *veſtri Eccleſias Regni ſui tantis regalium ſuorum beneficiis ampliarunt, ut regnum ipſum maximè Epiſcoporum vel Abbatum præſidiis oporteat muniri, &c* pro quo ſi ipſi hæc gratia redderetur, ut cogeretur hoſtes ſuos paciſque oſores in mediam Remp. & in eum locum, ex quo ipſum de ſolio dejicere poſſent, recipere, longè iniquius cum ipſo ageretur, quam ſi fundatori jus patronatus eriperetur. Subtraherentur etiam Reip. bona mundana Epiſcopis attribui ſolita, in quibus mundanam poteſtatem dominari oportet, ſicut prælati Galliæ Univerſi judicarunt contra Bonifacium IIX. cum Epiſcopum Palmerium Philippus IV. feudalibus bonis privaſſet, eò, quod regis Imperium agnoſcere negabat. *Oportere enim beneficia temporalia, à temporali Domino agnoſci:* Nicol. Gilli: *in Philip. I V.* quoniam feudi cognitio regi relinquenda eſt' *c. novit de judic.* nec rectè ſeparatur inveſtitura Epiſcoporum à Regalibus à Paſchali II. in conventione inter ipſū. & Henricum Imperatorem, quando Imperatori quidem regalia reſignat, ſed inveſtituram Epiſcoporum ſibi retinet, quaſi à Regalibus diverſam, in quibus tamen eam contineri JCti Gallici rectè cenſent. Dodechin. *in append. Chron: Mar. Scot. ubi conventiones utriusq; exponit.* Alioquin omnes nervi Reipubl. denique ſurripi, & in alienam juriſdictionem transduci poſſent, ſicut ſuo loco prolixius declarabimus. Meritò igitur dicit Robert. Guagnin. *li. 4. de reb. geſtis Francor.* cum narraſſet Carolum M. habuiſſe jus inveſtiendi Epiſcopos, *intereſſe Regum, noſſe, qui maiores maximè Eccleſias adminiſtrent, quarum ipſi tutores ſint*. & Covarr: *d. n. 5. ad reip. ſalutem ſpectare, ut Rex ſciat, qui ſint Eccleſiam intra eius provinciam adminiſtraturi*, cum eius undecunque ſit cavere, ne quâ turbæ naſcantur Reip. quæ non aliundè facilius naſci poſſunt; quandoquidem *plebs vanâ religione capta, melius vatib. ſuis, quam ducibus parere ſolet*. Curt. *li. 4.* Unius enim fraterculi Vicentini conciones plus ad abalienandos à Friderico II. Lombardos valuerunt, quam univerſæ copiæ Imperatoris ad eos in fide retinendos. Sigon. *lib. 17. hiſt. Ital. ex Pariſio.*

Nec verò quicquam eſt, quod Theologos principibus magis devinciat; quam ſi iis contra principes ſtare nitentibus, objici poſſit, quod Theganus Heboni aliisque Ludovicum Pium ab imperio dejectum cupientibus Epiſcopis exprobrat *in opuſc. de vitâ Ludov. O qualem remunerationem reddidiſti ei? veſtivit te purpurâ & pallio, & tu eum induiſti cilicio: ille te pertraxit ad culmen* Pontificale *immeritum: Tu eum falſo judicio voluiſti expellere à ſolio patrum ſuorum: Crudelis, cur non intellexiſti præcepta Domini: Non eſt ſervus ſupra Dominum ſuum? Quamobrem contemſiſti præcepta Apoſtolica illius, qui ad tertium cœlum raptus erat, ut inter Angelos diſceret, quod hominibus ille ſic præciperet: Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubiecti eſtote. Non eſt poteſtas niſi à Deo. Et iterum alius dicit: Deum timete, Regem honorificate. Tu verò Deum non timuiſti, nec* *Theologi num ſubiecti maieſtati.*

Regem

Regem honorificaſti. Nec quicquam è contrario animos, à reverentia facilius exolvit, quam ſi nullo beneficio devincti tenentur, nec ſuæ dignitatis ſuorumve bonorum jacturam timere habent. Argumento ſit illud idem ſeculum, quo Epiſcopi plus acceptum referre habebant Imperatori, quàm Pontifici. Qui enim Ludovici Pii ſequebantur partes Epiſcopi, audientes Gregorium Papam, ad id venire, ut eos cum Imperatore excommunicaret, non dubitarunt illi renunciare, *ſe nullo modo velle eius voluntati ſuccumbere, ſed ſi excommunicaturus veniret, excommunicatum abiturum*. Autor quidam Coæt. *in vit. Ludov.* Aimon. *li. c. 14*. Cum Nicolaus Guntharium Colonienſem & Theutgardum Trevirenſem Archiepiſcopos piorum communione ſemoviſſet, quod Ludovici Regis Germanorum adulterium probare viderentur, poſt cætera ita reſcripſerunt: *Num ergo, quia fraudulentiā & calliditatē experti ſumus, indignitatemq́ quoq́ tumidumq́ potentatum agnoſcimus, nihil tibi tuæq́ ſuperbiæ cedimus, quá nos ad vota noſtrorum, quibus faves, inimicorum obruere feſtinabas, ſciesq́ nos non tuos eſſe, ut te jactas & extollis*, Clericos, *quos ut fratres & coëpiſcopos recognoſcere, ſi elatio permitteret, debueras*. Tota Epiſtola eſt *in Annal. antiq.* à Pithæo *editis an. 863*. Hunfridus & Henricus Archiepiſcopi Ravennates, confiſi autoritate Henrici II. à quo in dignitate collocati fuerant, non dubitarunt ipſi Eccleſiæ Romanæ bellum indicere, & poſtremus etiam in officio remanſit, licet à Papâ condemnatus eſſet. Sigon. *lib. 8. hiſt. Ital*. Eccleſia Mediolanenſis non ceſſavit contra decreta Pontificum luctari, adeò ut Petrus Damiani, quem ad Vidonem Archiepiſcopum legatum miſerat Nicolaus II. *moris eſſe* diceret *Eccleſiæ Mediolan. non obtemperare Pontificibus*. Et Platina *in Stephano IX*. plus quàm 200. annos eam à Romanâ Eccleſiâ ſeparatam vixiſſe teſtatur: donec erepta Imperatori poteſtate conſtituendi Archiepiſcopum, illi ſubtraheretur fulcrum, cui innixi Mediolanenſes fulmina Pontificum tàm floccifecerant. Sigon. *lib. 9. hiſt. Ital.* Ipſi Hildebrando non veriti ſunt Epiſcopi Germaniæ, Henrici III. favore ſuſtentati, Romam nunciare: *Tibi Cæſar noſter Chriſtianiſſimus, ſanctiſſimi Italiæ, Germaniæ, Galliæ Epiſcopi, ſacer orbis Chriſtianus præcipiunt, ut te munere, quod aſtu, gratia, pecunia occupaſti, confeſtim abdices. Nec enim fas eſt, invitis illis, te adverſus autoritatem Imperatoris, contra Chriſtianæ Eccleſiæ decretum, ovili DEI ultra incubare*. Atque hac legatione perfungi auſus fuit Rulandus Epiſcopus Parmenſis, ut Aventinus *lib. 5 Annal. Boior.* notat & Domnizo presbyter. *in vit. Mathild.* cuius verſus affert Baronius *tom. 10. Annal.* §. 8. *Quidam Rolandus Parmenſis Clericus aptus Eligitur, quarum gerulus tunc literarum*. Quis verò Eccleſiaſticorum hodie eſt, qui non dicam in os Pontifici ita loqui, ſed contra eius decreta hiſcere velit audeatve, paſtoris etiam iniuſtum judiciū timendum ſciens, vel potius, ne præbenda ſua excidat, metuens. Tantam jacturam fecit Imperiū, poſtquam ſemel jus eligendi, vel ſaltem conſenſu

ſuo

Digitized by Google

ſuo confirmandi beneficia Eccleſiaſtica potiora abdicavit. Primus Nicolaus II. decretum edidit *1059 ne quis à laico Eccleſiam aut pretio aut gratis acciperet*: poſtea Hildebrandus ſeu Greg. 7. 1074. ut *qui à laico Eccleſiæ inveſtituram acciperet, & qui daret, & qui acciperet, anathemate plecteretur*, quod An. 1079. cum Rudolph. Suevo Imperium daret, & is, ut Aven. ſcribit. *li. 5. abjuraret comitia Pontificialia, & clientelas Epiſcoporum*, latiùs interpretatus eſt, quamcunque collationem anathematis fulmine feriens, ex quo cœperunt initium contentiones Imperatorum & Pontificum, his edicta ſua favore Eccleſiæ propugnantibus, illis verò jus ſuum, per tot ſecula interrupto uſu obſervatum repetentibus. Eſto enim, Simoniacus fuerit Henricus III. & honorarium à non nemine ſcribarum eius quidam acceperit, quod Gregorius ipſi objicere non ceſſabat. Atqui iniquum erat, propter abuſum, ſubſtantiam rei tollere, & malam adminiſtrationem peiori iniuriâ corrigere. Nam & hodiè proverbio dici audimus, *Ceremonias cum Pontifice, aras cum ſacrificulo, templum cum æditu, univerſa venalia eſſe*. Avent. *li. 5.* Ergone fas erit, jus conferendi beneficia eripere Pontifici, quod is longâ uſurpatione ſibi proprium feciſſe videri cupit? Non probabunt credo ſuam ipſorum rationem, nec tamen ullum iſti avaritiæ remedium afferetur, pacique publicæ & Eccleſiæ prius conſuletur, quam ſi non dicam Pontifici Rom. id jus eripiatur, ſed quod malè & cum injuriâ principum hactenus uſurpatum fuit, vero ſuo poſſeſſori reſtituatur, cui id tàm jure divino quàm humano, nec non etiam ſatis longâ conſuetudine, ſi & eam allegari hoc caſu fas eſt, competit.

Sed progredior ad aliud caput, ex hoc jure principi conveniens *autoritatem ſcilicet convocandi concilia, & Canonibus robur dandi*, quod ex hoc jure maieſtas ſibi vendicat, & Fridericus I. Imperatori competere dicebat, Radevv. *lib. 8.* Zabarell. *de ſchiſmate §. quarto quæro.* Wittaker. *de conciliis c. 2. & 3.* Nilus *in li. de primatu Papæ.* Luther. *in li. de Conciliis.* Calvin. 4. *Inſtit. c. 7.* Car. Molin. *in conſ. de non recip. conc. Trident. §. 6.* Sibrand. Lubbert. *li. 1. de conc. à cap. 2. ad finem libri.* D. Andreas Epiſc. Chicheſtr. *in conc. de convent. cat. jur.* Salomon Geſner. *li. 3. de Conc. c. 12. 13. 19. § cauſa.* Chammier de Concil. non tantum in tribus caſibus à gl. *in c. etſi membra. in Verb. contigere, & ibi Abb. de iis, quæ fiunt à præl. ſine conſ. capit.* notatis, ex quibus laicis licet intereſſe conciliis, ad quam rem communem regulam dat Abbas *in d. c. & ſi membr.* quod ubicunq; tractatur de negocio ſeculari, excludi non poſſint propter rationem, quam notat gl. *in d. c. in fin. ex eod. c. quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, c. Archiepiſcopus, diſtinct. 66. c. licet ergo 8. q. 1. l. Nam ita 39. ff. de adopt. l. in cauſa 13. ff. de minor.* Sed etiam, quia ubique metus eſt, ne Reſp. lædatur, ubiq; eius præſes intereſſe debet, *ex l. nam ita 39. ff. de adopt. l. Etiã 29.* II. *Poteſtas cõgr. gan. concilia.*

Pp *ff. de*

*ff.de minor.l.Divus de jur.annul.aur.*imò non tantum intereſſe,ſed etiam præeſſe, quia Regibus dictum eſt, *Aperite portas Domino, Pſ. 24.* & iisdem mandata cura Eccleſiæ, *Eſai. 49.* à quâ tum demum ſe liberant, non quando congregationi Epiſcoporum aſſiſtunt, quod etiam cuivis ex ſubditis licet, ſi agatur de rebus fidei, *Actor.15.* ubi & Seniores cum Apoſtolis legatos cum mandatis mittunt ad Antiochenos, ut & laici diſputarunt in concilio Niceno: Sozom. *li.1.c.16.17.22.* Theodor.*li.1.c.12.c.ubinam diſt.96.*Anton. Roſell. *in tr.de concil.in tit.vocandi qui ſunt ſpecial.ad concil.num.6.& 7.* Petrus à Monte *in tract.de Concil.in 3.q.n.3.4.5.* Sibrand. Lubbert. *li. 2. de Concil. c.2.* Cuſan. *li.2.de Concord. Cathol. c.16.* Geſner. *li.3.de Concil. c.15.* Sed quando poteſtate ſuâ utuntur ad extirpandas hæreſes, corrigendos mores Eccleſiæ corruptos, aliaque diſponenda, quæ præſentiam & autoritatem principis requirunt. *Hoc enim muneris Cæſarei eſt,* dicente Theodoſio *in Epiſt. ad Cyrill. ut non ſolum pacificè, ſed piè etiam ſubditi vivant.* & Iſod. *li.3.ſent. de ſum. bon. c.53.* propterea ſcribit *principes ſeculi intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenere, ut per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant.c.filiis 16.q.7. c.quando 23. q.4.c.quali 23.q.5.* quæ ratio non tantum obligat principes ad ſuſcipiendam curam Eccleſiæ, data negligentia Papæ & Cardinalium ut docent Felin. *in c.querelam circa fin. de jurejur.* Jaſon. *in conſ. 95. col.3. vol. 4.* Lancelot. *li.1.c.1.de Imp.§.4.verſ.14.n.7.li.2.c.1.§.4. verſ nono.n.4.*Duar. *li.1. de ſacr. Eccl. miniſt.c.5.in fin* quaſi non recurratur ad brachium ſeculare, niſi deficiente poteſtate Eccleſiaſtica, *gl.in c.filiis in Verb. Regu 16.q.7. gl.in c.nam licuit in Verb.per ſeculares diſt.17.per c.petimus 11.q.1.c.de Liguribus.23.q.5.* ſicut Joas, cum ſuſpectos haberet ſacerdotes, ipſe tutelam templi & diſtributionis pecuniarum curam ſuſcepit.4. *Reg.c.12.* Sed obligatio tenet, ubicunq; opus habet Eccleſia defenſione aut remedio. Juſtinianus dicit, ſe nihilo minorem Eccleſiæ curam habere, quam vitæ. *Novell.3.in fin.* Malè autem vitæ ſuæ conſulet, qui tum demum eam curaturus eſt, quando ab aliis negligitur. Sic quoque parum ſufficienter officio ſuo proſpiciet, qui cum curam Eccleſiæ ſibi demandatam habeat, non putet ſibi eam prius expediendam, quàm ſi alii officium negligant.

Semper igitur pro Eccleſia vigilare debet princeps, & quandocunque res exigit, Epiſcopos hominesque doctos ad deliberationem inſtituendam congregare. Valdè enim à ſententiâ noſtrâ aberrabit, qui hac aſſertione nos putat aſtruere velle, quod principi liceat propriâ autoritate ſine conſilio & præſcripto ſuorum Theologorum in religionis negocio quicquam immutare, quod ne Ethnicos quidem feciſſe ex hiſtoriis diſcimus. Romani in his cauſis à Pontificis Maximi & collegarum eius judicio pendebant. Halicarn. *li.2.* Et Alexander Severus paſſus eſt à Pontificibus, quindecim viris & auguribus cauſas ſacrorum à ſe jam finitas iterari, aliterque diſtingui. Lamprid.

Sed alligatur judicio ſanorum Theologorum.

Digitized by Google

Lamprid. *in Alexand.* Tiberius, cum Caninius Gallus Quindecim vir librũ quendam Sibyllæ inter cæteros iſtius vatis recipiendum SCto contenderet, *hanc curam ait, etiam ſacerdotibus ab Auguſto datam, & ſe eam ad quindecim viros deferre.* Tac. *li.5. Ann.* *Cauſam* enim *fidei agendam in Eccleſiâ quis abnuat?* ait Ambroſ. *Ep.33. ad Marcellinam ſoror. c. convenior 23. q.8.* Et Joſaphat cum unicuique ſuum præſcriberet officium, *Pontifex*, inquit, *præſidebit in iis, quæ ad Deum pertinent: 2. paralip. c.19.* Et Impp. Honorius & Theodoſius: *ſi quid dubietatis emerſerit, id oportet non abſq; ſcientia antiſtitis Conſtantinopolitani, conventui ſacerdotali ſanctoq; judicio reſervari*: loquuntur autem de provinciis Illyrici, *l. omni innovatione 6. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quâ de cauſa reprehendebat Leontius Tripolitanus Epiſcopus Conſtantium Imperatorem, quod de rebus Eccleſiaſticis nimis audacter diſcurreret, & conſtitutiones de Eccleſiis ſuo unius arbitrio ordinaret. Duar. *d. c.5. li.1. de beneſ. Eccleſ. ex hiſt. Eccleſ.* Et Eulogius Presbyter Edeſſenus irridebat præfectum Valentis, admonentem Edeſſenos, ut cum Imperatore conjungerentur. *An*, inquit, *Imperator, unà etiam cum Imperio Pontificatum eſt adeptus?* Theodoret. *li.4. c.18.* Nec quicquam conficit Bellarm. *li.1. de Concil. & Eccl. c.13.* tàm operoſâ argumentorum adverſariorum ſolutione, quam de conſilio, & ut ait Ruffin. *li.10. hiſt. c.1. ex ſententiâ ſacerdotum* concilia nonnulla fuiſſe indicta, id quod fieri debere nemo noſtrum negaturus eſt. Nec enim probamus Anaſtaſii Imp. vocem, qui Hormiſdæ Pontifici Rom. monenti, ut ab Eutychianâ hæreſi recederet, reſcripſit: *Nos imperare volumus, nobis imperari nolumus.* Diacon. & Jornand. *in Anaſt.* Non ad *poteſtatem noſtram oſtendendam*, ait Martian. Imp. *in Orat. in conc. Chalced. ſed ad veram fidem confirmandam concilio intereſſe voluimus*, idque exemplo Conſtantini ſe facere putat. Is enim concilium quidem Nicænum congregavit, eique præſedit, ut ex Theod. *li.2. c.13.* conjicere eſt, Brent. *in prolegom. contra Petrum à Soto*, ſive ſolus ſive cum Hoſio, Sibrand. Lubert. *li.2. concil. c.4.* quem Bellarm. *li.1. concil. c.19.* contra omnem hiſtoriæ, Sozom. *Trip. li.2. c.1.* & ſubſcriptionis fidem, legatum Apoſtolicũ facit, actaque Epiſcoporum, ſeu, ut loquitur Euſeb. *li.4. de vit. Conſtantini c.27. regulas in publicis conventibus editas*, ſua conſignavit & confirmavit auctoritate, cætera verò reliquit Epiſcopis, quippe harum rerum pleniorem notitiam habentibus, ſalvo tamen ſuo judicio, quod etiam laicis in rebus ſacris competere ſupra oſtendimus. *Nec tamẽ non & ipſi judicare licet.* Nec enim Bellarminus audiendus, qui *li.1. de concil. & Eccl. c.15. & 1. de ſum. Pontif. c.7.* innixus comparationi ovium & paſtoris, Laicos vult quaſi animalia bruta vocibus ſacerdotum alligare, ſive rectè doceant ſive malè. Juſtinian. *Nov.123. c.21.* tùm demum jubet judicem exequi ſententiam Epiſcopi, ſi eam juſtam judicaverit, & partes in eâ acquieverint: multò magis Imperatori & principibus prius judicandum

Digitized by Google

erit, de decretis,quæ ſubditis imperare,& in Rep.obſervari jubere debent, pedanei aliàs judices futuri, quibusque pura executio tantum mandata ſit ſine cauſæ cognitione, quod ſummæ in Rep. poteſtati, quæ principi debetur, non parum multum detrahere rectè ſcribit Alber.Gentilis *in diſp.de poteſt.reg.abſol.* Certè Imp. Honorius ad concilium Africanum, Marcellinum notarium cognitorem ac judicem legavit, qui nulli parti addictus, ſed eodem animo remotis partium affectibus, utramque partem audiret & legationes & probationes perciperet,quibus cognitis ferret ſententiam,cui nec ipſe Auguſtinus nec alii Catholici cum Donatiſtis ſeſe erubuerunt ſubmittere. Auguſtin. *in Brevi.*

Sicut vero cætera boni principis acta judicio ſenatus aſtringuntur, ita quæ ad religionem ſpectant,ad judicium Theologorum & doctiſſimorum virorum eò magis referenda ſunt, quò minus hic ſapere princeps videtur, resque ipſa maiori indiget deliberatione. Sicut enim Philoſophi, *quos Gellius,cum proconſul ex præturâ in Græciam veniſſet,Athenis in unum locum convocarat, ipſisq; magnoperè auctor fuerat, ut aliquando controverſiarum aliquē facerent modum, quod ſi eſſent eo animo,ut nolent ætatem litibus terere, poſſe rem convenire,& ſimul operam ſuam illis eſſe pollicitum, ſi poſſet inter eos aliquid convenire,* Cic. *l.1.de leg.* ſicut,inquam,Gellium meritò riſerunt,quod de re ignotâ tam ineptum judicium ferret: ita principes,non dubium eſt, quin ſe ſæpius turpiter eſſent daturi, ſi de ſuis cerebris controverſias tàm profundas tamque altam ſapientiam requirentes decidendas ſibi ſolis ſumerent, ſicut Michaelem Balbum feciſſe Zonaras teſtis eſt, *in Balb.* *Ne nobis*, ſcribit Hoſius *ad Conſtant.in hoc genere præcipe, ſed ea potius à nobis diſce: tibi Deus imperiū commiſit,nobis ea, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit.* Athanaſ.*in Ep.ad ſolit.vit agent.* Has autem abſurditates & hoc argumentum, quod ex ignorantiâ principū extruunt adverſarii, ſolvimus, ſi eorum judicia ex præſcripto Theologorum metienda, dicamus. Sunt enim etiam Reip. adminiſtrandæ imperiti, quibus tamen jus gubernationis propterea eripiendum non eſt, quod per magiſtratus & Conſiliarios expedire poſſunt: ſunt etiam Epiſcoporū non pauci,in quibus *ut dicit vetuſtus ſcriptor,tanquam magnum quid ſuſpicitur,ſi latinè ſaltem loqui ſciant*, infra quorum ordinem adhuc conſiſtebat Abbas Riddageshuſanus, qui in concilio Conſtantienſi vicinos ſuo monaſterio pagos pro verbis Latinis proferre à Capellano ſuo docebatur. Petræ. *in reliq.hiſtor. Cœnob.Riddag.* Legati Nicolai Papæ ad cognoſcendum divortium inter Lotharium & Thietbergam miſſi,cum Romam redirent, dixerunt: ſe in toto Lotharii regno non inveniſſe unum Epiſcopum, diſciplina Eccleſiaſtica & bonis literis inſtructum. Regin. *lib. 2. Anno 805.* Quod ſi hos à conciliis non excludunt Canones, ſicut Ruffin. *lib. 10. hiſt. c.3* in concilio quoque Nicæno rudes quosdam & ſimplices interfuiſſe notat: & ob inſci-

Digitized by Google

tiam nequaquam repellendos diſputat Bellarm. *lib.1.de Conc.c.18.§ Probatur tertiò,* quare principes inde ablegare velint? qui non rarò doctrinâ maiori inſtructi veniunt,ſive propria, ſive alienâ, Quomodo Sarracenorum princeps acutè efficto reſponſo, Eutychianos duos Epiſ.eluſit: *Accepiſſe* enim ſe *literas*, dixit: *Michaelem Archangelum eſſe mortuum*: quod cum illi fieri poſſe negarent: *Quomodo ergo,* inquit, *vos affirmatis divinitatem eſſe mortuam?* Cedren. Zonar. Diac. *in Anaſt.* Niceph. *16. c.35.*

Nec principum judiciũ aliter rogatur,quam ut Conſtantini,quem ſupra diximus autoritate ſuâ regulas concilii confirmaſſe, Euſeb. *li.4. Vit.Conſt.* ſicut confeſſionẽ fidei quoq; confirmant Gratianus, Valentinianus & Theodoſius, *l.nullus 2.§.2.C.de ſum.Trin.* & Reccaredus concilii Toletani 3. decreta confirmans,inquit, *Noſtra autoritas id omnibus ad regnum noſtrum pertinentibus jubet,ut,ſi qua definita ſunt in hoc concilio,nulli cõtemnere liceat, nullus præterire præſumat. Tom. 2. Conc. pag.867.* Evagrius Leonis concilii Chalced. approbationem vocat deciſionem de fide, *li.3.c.4. in pr.c.5.in pr* cuius rei totus proceſſus videri poteſt, *ex l.1.Heraclii. incip.cum ſanctus inter conſt. Imperiales, Cum S.* inquit, *Sophronius tunc ſummo ſacerdotio fungens, Hyeroſolymis ſubiectis ſibi Sacerdotibus convocatis ſynodicè demonſtraſſet,eos, qui unam in duabus Chriſti naturis voluntatem atq; energiam affirmarent, palàm unam quoq; naturã ſtatuere, eiq; Iohannes Papa Romanus aſſenſus eſſet, Imperator edictum proponit: Neq; ſingularem neq; duplicem in Chriſto energiam eſſe aſſerendam.* Sic cum Clodoveus congregaſſet concilium Aurelianenſe,eiq; interfuiſſet, in fine rogant eum Epiſcopi, *ut acta confirmet ſuâ auctoritate, Ann.506. tom.2. Concil.in concil. Aurel.I.* Carolus quoq; M. Synodum Francofurtanam, quam ipſe congregarat, regiâ autoritate ratam haberi juſſit, ut apparet *ex Ep. Caroli ad Elipandum Metropolitan. Toletanum §.11. qui incipit: ſcriptum itaq;*. Conſtantinus 3. ea lege ſubſcripſit ſexto Oecumenico concilio, ut decem ex Occidentalibus totidemq; ex Orientalibus Epiſcopis decreta concilii in curiã afferrent, quò ipſe videre poſſet, *εἰ κατὰ τὰς ἱερὰς γραφὰς συνέβησαν ἀλλήλοις*, ſimul quò, quid porrò optimum factu videretur, concluderet. Sozom. *in hiſt. Ex conc. Oecumenico 2.* Epiſcopi ita ſcribunt ad Theodoſium Magnum: *obſecramus clementiam tuam, ut quemadmodum literis honoraſti Eccleſiam, quibus nos convocaſti, ita finalem concluſionem noſtrorum decretorum corrobores ſententiâ tuâ & ſigillo.* In tertio generali patres & judices ſæpè ſuſpendebant ſua decreta, donec certi fierent, utrum ita videretur *τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ*. Evagr. *li.2. c.4.* In ſummâ benè reſpondit Demetrius Chomatenus: *in reſponſ. Orien. Imperator ut communis ἐπιστημονάρχης exiſtens & nominatus, ſynodalibus præeſt ſententiis, & robur tribuit, Eccleſiaſticos ordines componit, & legem dat vitæ politiæq; eorũ, qui altari ſerviunt. Et rurſus, ut uno verbo dicam, ſolo ſacrificandi excepto miniſterio, reliqua Pontificalia privilegia Imperator repræſentat.*

13. *Acta concilii confirmat maieſtas.*

Digitized by Google

Decreta igitur confirmabantur autoritate principum, ſicut Pipinus in concilio Sueſſionenſi ait: *Per conſilium Sacerdotum & Optimatum ordinavimus, conſtituimus & diximus*, &c. *Tom.3.Concil. pag. 439.* Ludovvicus & Lotharius generale jejunium celebrare juſſerunt, per totum regnum, conſilio ſacerdotum, & aliorum ſuorum fidelium, ex concilio Pariſienſi. *Tom.3.concil.p.770.* Carolus Magnus non tantum confirmabat decreta Synodorum, ſed iis etiam addebat, ſicut ait in concilio de Thionville: *hoc de noſtro adjecimus*, idque ut facere velit, concilium Arelatenſe VI. *Can.26.* Caballonium II. *in praf.& can 67.* Moguntiacum *in praf.& fin.* rogant. *Tom.3.conc.* Præterea & concilia principum autoritate convocabantur, id quod ex ll. Reip. omnino neceſſarium erat, quia conventuri erant Epiſcopi in quâdam civitate imperii, quod ſine permiſſione Imperatoris fieri non poterat. Tum vero actus convocandi ſapit jurisdictionem quandam, quæ ſolis principibus competit, ut vult Marſil. Patavin. *in defenſ.pac.in tr.de concil.lib.3.art.1.col.ro. 11.37.* Fruſtrà enim Damaſus Orientales Epiſcopos Romam advocabat qui ob defectum poteſtatis citantis venire recuſabant. Theodor. *lib.5.ca. 9.* Fruſtrà laborabat Liberius in cogendo concilio, cum Conſtantius à partibus Arrianorum jam ſtaret, & à Liberii precibus, quibus, ut Synodum cogi imperaret, inſtabat, aures averteret. Theodor. *li.2.c.16.* Nec Gallos poterat Eugenius IV. ad concilium cogere, cum eos illuc ire vetaret Carolus VII. Rex Franciæ, ſiquidem in concilio Agathenſi *c.35.* vocati ad ſynodum Epiſcopi jubentur adeſſe, *niſi gravis infirmitas corporis aut præceptio regia* impediat, *c. ſi Epiſcopus Metrop. diſt.18.* Leo cum omnibus Sacerdotibus, cum gemitibus & lachrymis ſupplicat Imperatori, ut poſtquam Dioſcorus in Epheſino concilio præſes deſignatus, ut ſcribit Evagrius *lib.1.c.10.* omnia turbaſſet, intra Italiam concilium celebrari jubeat. *Epiſt.54.* & Liberatus, *in Breviario c. 12.* Leonem ſcribit advolutum Imperatoris pedibus cum lacrymis petiiſſe cōcilium. Ipſe in *ep.26.ad Pulcheriam* ſcribit: *Scripſimus ad principem de habendo intra Italiam concilio, quod ut mereamur obtinere, pietas tua ſupplicationem noſtram apud clementiſſimum principem dignetur aſſerere.* Maximè vero quod nec ipſe Bellarminus negare poteſt, *lib.1.de Concil.& Eccl.c.13.§. Habemus ergo in fin.* obſtabat lex Imperatoria: *Ne collegia aut frequentes hominum congreſſus fierent ſine conſenſu Imperatoris.l.1.ff.de colleg.illic. l.Conventicula. C. de Epiſcop. & presbyt.*

Majeſtatis eſt convocare Epiſcopos.

Synodi generales cōgregatæ ab Impp.

Igitur prima ſynodus generalis ex ſententia Epiſcoporum congregata fuit à Conſtantino M. ut ait Ruffin. *lib.1.c.1.* Epiph. *Tom.2.li.2.* Socr. *li.1.c.6.* Sozom. *li.1.c.16.* Niceph. *li.8.* Theodor. *li.1.c.7.* Conſtantinus M. ait Euſebius *concilium generale tanquam Dei exercitum inſtruens, in unum locum coëgit, & Epiſcopos undique per literas honorificè ſcriptas, ut cō maturarent, accivit, lib. 3. de vit. Conſtant. c.6.* ipſique patres *in epiſt.ad Eccleſiam Alexandrinam* ſcribunt, ſe *conve-*

Digitized by Google

conveniſſe τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος. Socr. *li.1.c.9.* Theodor. *li.1.c.9.* Gelaſius ex concilio quodam Romano, conciliorum autoritatem ſtabiliens, Concilia, Nicenum, Conſtantinopolitanum & Chalcedonenſe ſcribit convocata, *mediantibus Imperatoribus*, c. *ſancta Rom. diſt.15.* cum tamen prædicti autores *jubentibus & convocantibus iis*, id factum diſertiſſimè teſtentur, quà ratione etiam Theodoſius Magnus Conſtantinopolim convocavit Epiſcopos contra Macedonium: Theodor. *li.5.c.9.* Niceph. *li.12.c.10.* Socr. *li.5.c.8.* Sozo. *li.7.c.7.* Zonar. *in Theod.* de quo ipſa Synodus ad Theodoſium: συνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κατὰ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐσεβείας. Theodoſius Junior Epheſum contra Neſtorium: Evagr. *li.1.c.2.* Nicep. *li.14.c.34.* Socrat. *li.7.c.33.* Zonar. *in Theod. Iun.* Martianus Chalcedonem contra Eutychem, Evagr. *li.1 c.3.* Epiſt. Leon. *9.24.26. & cæt.* quæ ſunt quatuor ſynodi primæ Univerſales, quibus poſt ſacras literas ſemper multum tributum fuit, c. *ſicut Sancti cum ſeq. diſt.15. l. nos reddentes*, § *ſuſcipimus*, C. *de ſum. Trinit. l. quicunq; C. de hæret. Aut. de Eccl. tit. in prin.* & earum auctores tamen extiterunt laici, perinde ut & aliarum ſequentium, de quibus Cuſan. *lib.3. de conc. c.16. ſciendum eſt, quod in univerſalibus octo conciliis ſemper invenio Imperatores & judices ſuos cum ſenatu primatum habuiſſe.* Theodorus Silentiarius Juſtiniani *in 5. Syn. Conſt. ſemper ſtudium fuit orthodoxis & piis Imperatoribus pro tempore exortas hæreſes per congregationem religioſiſſimorum Archiepiſc. amputare, & rectâ fide ſincerè prædicata, in pace ſanctam Dei Eccleſiam cuſtodire. Tom. 2. Concil pag. 671.* Conſtantinopolitanum 3. Conſtantinus 3, indixit, idemque ejus acta rata eſſe juſſit, ſicut retrò diximus. Et ipſe Epiſcopus Romanus in eo ſic loquitur: *ſecundum Imperialem ſanctionem congregatum eſt.* Et: *pro obedientiâ, quam debuimus. Tom.3. Concil.* ideoque Odoacri regis præfectus prætorio Baſilius in Synodo 3. Rom. expoſtulabat cum Symmacho: *Miramur quicquam tentatum eſſe ſine nobis. Nam vivente noſtro presbytero nihil ſine nobis tentari oportuit c bene quidam diſt.96.* Et Hieronymus, cum Ruffinus ipſi objeciſſet autoritatem cujusdam concilii, *Monſtra*, inquit, *mihi, quinam Imperatorum juſſerit celebrari id concilium, quod allegas.* In Apolog. contr. Ruffin. Molin. *in conſ. de non recip. concil. Trid.* §.6. & Socrates *in præfat. lib.5.* ſcribit: τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα *ita dependiſſe ab Imperatoribus, qui primi Chriſtianam fidem aſſumſerint, ut maxima conſilia ſemper de earum ſententia fuerint congregata.* Quod ſi in generalibus tanta eſt auctoritas principum, multò magis in provincialibus, falſitatisque convincetur argumentum Bellarmini: *Concilia generalia indicuntur à Metropolitano, nationalia à primate, Ergo & Oecumenica à Pontifice Romano.* Nam & illorum convocatio pertinuit ad principes, ſicut Gallicanum, Euſeb. *li.10.c.5.* & Tyrium, mox inde Hieroſolymas translatum Conſtantinus Magnus: Socr. *li.1.c.34.* Sardicenſe convocarunt Conſtans & Conſtantinus, quod Hoſius docet *in Epiſt.* Athanaſ. *ad ſolit. vi-*

Exempla aliorum conciliorũ a principibus indictorum.

tam.

tam agentes. Cum tu, inquit, *tuusque frater nos omnes Sardicas convocares.* Sozom. *li.2.c.16.* Orthodoxi patres Arimini à Conſtantio congregati, non auſi eo invito recedere, ſupplices ad ipſum dirigunt literas: *Iube ad Eccleſias nos redire noſtras, ut omnipotenti Deo pro ſtatu potentiæ tuæ ſupplicare poſſimus.* Theodor. *li.2.c.20.* Sozom. *li.4.c.17.* Etiam Theodoricus, Rex Gothorum, Arrianæ hæreſi deditus, Synodum tamen convocavit Ravennæ, *in* quâ Symmachum confirmavit Papam, Laurentium abdicavit, Paulus Aquil. *lib.15.* Platin. *in Symm. I.* & jam antea Baſilius Odoacri præfectus prætorio, in concilio Romano præſederat, edictaq; ſua propoſuerat, quem tamen Symmachus non aliter reprehendit, niſi quod ipſe, cum laicus eſſet, presbyteris Anathema dixiſſet, quod Maximus Epiſcopus Bleranæ Eccleſiæ laico licere negabat. *in conc. Rom.3.c. benè quidem diſt. 96.* Et tamen idem facientem Conſtantinum M. valde imprudenter finxerunt donationis Conſtantinianæ inventores, c. *Conſtantinus* §. *ſi quis autem ſin. diſtin. 96.* quos ob id taxans Valla, inquit. *Hic terror atq; hæc comminatio non Cæſaris aut ſecularis principis ſolet eſſe, ſed priſcorum ſacerdotum ac Flaminum, & nunc Eccleſiaſticorum. Itaque non eſt Conſtantini oratio hæc, ſed alicujus Clericuli ſtolidi &c.* quanquam etiam Reccaredus excommunicationi ſubiicit Clericos contra decreta concilii Tolet.3. à ſe confirmata agentes. *tom.2.Concil.pag.867.*

Conſtat *ex 2.Tom.Concil.* cuivis regi in ſuâ Rep. ſynodos congregandi jus fuiſſe, ſicut Reccaredus Rex Hiſpaniæ Concilium Toletanum 3. convocavit, *ann.582.Tom.2.Con.pag.859.* de quo c. *1. Glorioſiſſimus princeps omnes regiminis ſui pontifices in unum convenire mandavit.* Item ipſe loquitur: *Non incognitum eſt, quod vos ad noſtræ ſerenitatis præſentiam evocaverim.* Et duo Braccarenſia, nec non novem alia Toletana leguntur coacta ex *præſcripto, Imperio, juſſu, Sanctione, Nutu, Decreto, Evocatione, Diſpoſitione Ordinatione regis. Tom. 2. & 3. Concil.* Caſan. *3. de Concord. Cathol. c.8. & 9. & 13.* Clodovæus I. Rex Chriſtianus Francorum Aurelianenſe I. *506.c.1. & 2. Concil. Aurel. Tom. 2. Concil. pag.511. Edit. Ven. 1585. auſpiciis Sixti V.* Aurelianenſe II. fuit celebratum *ex præceptione glorioſiſſimorum Regum: Tom.2.Conc.p.551.* Avernenſe *conſentiente Domino glorioſiſſimo pioq; Rege Theodeberto: Tom.2. Conc. pag.557.* Pariſienſe II. *per convocationem Childeberti: proœm. con.2. Pariſ. tom.2.* Con.p.813. *In Burgundiâ Gontramus Rex convocavit concilium Matiſconenſe* I. *an. Regni ſui 12.c.1. con. Matiſc.1. tom.2.* Conc.p.840. nec non II. an. regni ſui 20. in quo ſtatutum fuit, *ut hortatu Metropolitani Lugdunenſis una cum diſpoſitione (verba ſunt* Canonis *20.) magnifici principis, prius deſinientis locum Mediterraneum, ad quem omnes Epiſcopi ſine labore congregentur, ſynodus convocetur. Tom.2.* Conc.p. *854.* ſed & Valentina ſynodus congregata fuit *juxta imperium glorioſiſſimi Domini Gontramni regis. In proœm. conc. Val. tom.2. conc. pag.853.*

Tempore abuterer & charta, ſi plura in hanc rem coacervare vellem exem-

exempla: tantum ad Caroli M. ætatem progredior, quod Innocentius eum inter tres Imperatores quos de ſede Apoſtolicâ, optimè meruiſſe putat, connumeret. Eius igitur juſſu celebratum fuit concilium Francofurtanum, ut diximus, Arelatenſe IV. *tom.3 Conc.pag.679.in princ.* Turonenſe III. ubi patres ſcribunt: *Quod à tanto principe nobis injunctum fuit, ad ſtatuta loca venimus. Tom.3.Concil.pag.682.* Item Moguntinum, ex quo Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſcribunt ad Imperatorem. *Humillimi famuli ac miſſi veſtri venimus ſecundum juſſionem veſtram in civitatem Moguntiam: præfat. concil Mogunt tom.3. concil.pag.693.* Et Rhemenſe, quod dicitur convocatum *à Domino Carolo piiſſimo Cæſare, more priſcorum Imperatorum, tom.3.*Concil.*pag.700.* De quibus Regin. *li.2.Concilia quoq; juſſu Caroli ſuper ſtatum Eccleſiarum per totam Galliam ab Epiſcopis celebrata ſunt, quorum unum Moguntiæ, alterum Remis, tertium Turonibus, quartum Caballonis, quintum Arelati congregatum eſt, & conſtitutiones quæ in ſingulis factæ ſunt, ab Imperatore confirmatæ ſunt.* Secuti ſunt reliqui Imperatores, ut Ludovicus, qui tria concilia Aquiſgranum indixit, nec nõ Lutetiam, Moguntiam: *ut eod. Tom. 3. Conc.* & apud Aimon. *li.5. videre eſt.* Carolus Calvus, qui Meldenſe & Sueſſionenſe ad S. Medardum: Lotharius, qui Valentinum: Ludovicus II. qui Wormatienſe: Arnulfus, qui Romanũ tempore Formoſi, Otto M. qui Romanum: Regin. *li. 2.* Plat. *in Iohan.12.* Henricus II. qui ibidem, & ſæpè in Germaniâ, eumq; ſecutus Henricus III. vel invito Papa concilium convocavit, ita ut nihil ſit in hiſtoriis certius, quam conciliorum convocandorum poteſtatem Imperatoribus & Regibus jure competiiſſe, quam poſtquam quidam ſibi paſſi ſunt eripi, eundem inde fructum percipiunt, quem ex vetitis collegiis timent Politici. Nec enim de rebus ſpiritualibus, & ad Eccleſiam attinentibus in iis conſilia inierunt Pontifices, ſed etiam de Rerump. reformatione, regnorum tranſlatione, regum & principum abdicatione decreta ediderunt, quibus impunè civitates & integra regna in diſſidia conjecerunt, quam ob rem non ſine causâ Fridericus II. ſcribit ad regem Angliæ, *ne Epiſcopos ſuos ad concilium à Gregorio indictum mitteret, quippe ſuo decreto ſecuritatem non adepturos*, Pariſ. *in hiſt.Angl.* quod aliis etiam Epiſcopis indicari fecit, & cum tres Papæ legati cum Archiepiſcopis ſecum adductis & Epiſcopis invito Imperatore Romam tenderent, in itinere eos per mare oppreſſit, & Neapolim captivos abduxit. Sigon. *lib. 18. hiſt. Ital.* Intellexerat enim comitia iſta non alia de re, quam de capite ſuo habitum iri.

Fluit ex hoc capite adhuc aliud jus erigendi Univerſitates & collegia *arg §. hac autem tria. 7. de jur. doc. rat.* quod Pontifices quoque ſibi ſolis vindicare conati ſunt, cum tamen ad eum pertineat, cui incumbit operam dare, ne qua illicita in Remp. irrepant collegia, in primis talia, unde toti Reip. præjudicium creari poteſt, in quorum numero potiſſimùm collocan- 14. *Poteſtas erigẽdi ſtudia univerſalia.*

Digitized by Google

tur Academiæ. In his enim religionis ſeminaria implantantur, in adultis Doctoribus aliquando fructus editura, prout benè vel malè jacta fuerint: in his leges explicantur, ad quarum interpretationes Univerſa Reſp. ſæpè corrigitur, ſicut Fridericus I. repetiit regalia ab Italis, ex ſententia JCtorum Bononienſium. Radev. *lib. 2.* Johanna Lotharinga, quam Galli vocant *Ianne la pucelle*, aut, *la pucelle d'Orleans*, damnata fuit ab Epiſcopo Bellovacenſe, ad præſcriptum Academiæ Lutetianæ: Bellefor. *in act. condemn. in not. ad Gill. Car. 6.* Henricus IIX. Rex Angliæ, quem habuit repudiandæ uxoris meliorem prætextum, quam aliquot Italiæ & Galliæ Academiarum teſtimonia, quibus negabant Papam potuiſſe diſpenſare in matrimonio, quod fuerit contractum contra præſcriptum legis divinæ? Martin. Bella. *li. 3. memorab.* Stovv. Helinshod. *in Henrico 8.* Paſquier. *lib. 5. des recher. c. 8.* Breviter, Academiæ ſunt matres opinionum, crebris diſputationibus procuſarum, quibus ne qua Reſp. inficiatur, maieſtatis cautio eſt, & hâc de cauſa privatæ Rhetorum ſcholæ olim interdictæ erant. Sueton. *de clar. Rhetor. in pr.* Et ſæpè magiſtratibus negocium datum, ut ſacrificulos vatesque foro, circo, urbe prohiberent, conventicula ſuſtollerent. Liv. *lib. 39.* Caracalla Ariſtotelicorum collegia & commoda, quæ habebant in Antiochia, ſuſtulit, criminatus eos, quod Ariſtoteles autor mortis Alexandri extitiſſet. Xiphilin. *in Caracal. ex Dion 77. lib.* Imperatores ſolum publicum auditorium conſtituunt, privatis lectionibus in publicis magiſtrationibus cellulisque ſublatis *l. un. C. de ſtud. lib. Rom & Conſtant. lib. 11.* Si enim nullum collegium ſine publicâ autoritate inſtitui voluerunt Romani, *l. neq. societas 1. quod cujusq. Univ. nom. l. collegia, l. mandatis de coll.* propter coniurationes & alia leviora incommoda, Duar. *ad t. de colleg. & corp. & c. 2. ad t. quod cuiusq. Univ. nom.* ſed extra ordinem puniunt qui illicitum collegium uſurpant ad exemplum legis Juliæ de vi publicâ: *l. 2. de colleg* quanto magis ea ſeveritas in corporibus Academiarū obſervanda erit, in quibus non tantum hæc, ſed multò maiora timeri poſſent incommoda, cum nō tantum reliqua Reip. membra ad Academias, tanquam ad oracula, accedere, & harum ſententiis ſtare videamus, ſed quia in iisdem potiſſima pars inſtitutionis eorum civium abſolvitur, qui aliquando clavum Reip. in manus ſument, nec dubium eſt, quin talem habituri ſimus Remp. qualem eam eſſe volunt, qui arte & doctrinâ eam gubernandam ſuſcipient. Propterea Alexius Comnenus publicæ ſcholæ, quam Conſtantinopoli erexerat, ipſe leges docendi præſcripſit. Zonar. *in Alex. Comn.* Lotharius Saxo voluit, ut in Italiâ leges Romanæ in Academias & ſcholas reducerentur, quippe ſecundum quas, abolitis trium legum, ex quibus Itali ſibi jus dici pro cujusque placito petebant, confuſionibus, in judiciis præfectos quoque pronunciare jubebat. Caſimirus M. in Polonia Saxonicum jus ſuffocavit, & ex ſuis ſtatutis jus conſtitui voluit.

Chrom-

Digitized by Google

Crom. *in hiſt. Pol.* Stephanus Caſtulonum Rex Romanas leges in Hiſpaniâ doceri prohibuit, Polycr. *lib. 8. c. 22.* quod ipſum ſanctius cavetur ab Alphonſo X. qui deficiente jure patrio, magiſtratus ex ore principis leges petere jubet. *l.1.tit.3.lib.1.ordin.* Doctorum autem collegiis ſcholas & docendi facultatem Valentiæ conceſſit Alphonſus IX. Rod. Tolet. *rer. Hiſp.7.c.34.* Quâ de causâ & Franciſcus I. in Academia Pariſienſi jus civile Romanorum doceri vetuit, quia ad curiam deferre ſolent, quod didicerunt in ſcholâ, & Bart. *in l.hoſtes n.3.& ſeq.de capt.& poſtlim.* Zoannet. *in tr.de Rom. Imperio,* nititur oſtendere, quod ejus imperium agnoſcatur, cuius leges in Academiis explicantut. Ideoq; Galli de jure civili Romano non aliter ſtatuunt, quam Antoninus de legibus Rhodiis, quãdo ait: *ſecundum eas judicetur, quatenus nulla noſtrarum legum illis adverſatur, l.ἀξίωσις ad l.Rhod.* Propter has & alias cauſas JCti inter Regalia poſuerunt facultatem excitandi ſtudia univerſalia. Seyſſel. *ſpec.feud.t.qui feud.dar.poſſ.* Sonsbec. *de feud.par.9.num.109.* Zaſ. *de feud.part.5.num.14.* Montan. *de feud.li.2.c.1.verſ.quemcunq; & lib.5.c.7.* Natta *conſ.657. conſiderato n.1.* Vultej. *lib.1.feud.c.5.n.7.* Anton de Petra *de poteſt.princ.c.13.n.34.* Matth. Stephan. *2. de jurid.c.1.memb.2.n.63.* idque ita in Germaniâ uſu eſſe receptum teſtatur Sixt. *de Regal. c.2. n. 21.* de quo quia 15.
jam ſupra aliquid tetigimus, prolixiòres non ſumus, ſed omiſſis cæteris particularibus juribus & poteſtate religionis conſtituendæ prodeuntibus, ad primarium propoſitum redimus, pergimusque oſtendere, ad ſecuritatem maieſtatis & Reip. quietem nihil excogitari poſſe efficacius, quam ſi ſumma religionis inſpectio, eo, quo dixi, modo, maieſtati attribuatur. Henricus IIX. Rex Angliæ, quanquam juſtè reprehendi poterat, tamen in hoc ſuo peccato deprehendebat, quam periculoſum minimeque regium eſſet, alterius arbitrio ſubjici, ſi quando is poteſtate ſuâ contra Remp. uti vellet. Sicut enim, dicente Hannibale, apud Liv. *lib.30. in fin.* tantum ex publicis malis ſentimus, quantum ad privatas res pertinet, ita, quod Henricus fortaſſe non advertiſſet, ſi de re quapiam communi quæſtio incidiſſet, id advertit in facto privato, ſimulque quantum inde detrimentum toti regno pronaſci poſſet, conſiderans, ante omnia, priusquam religionem mutaret, curavit ſe proclamari caput Eccleſiæ, quo titulo Regina Eliſabetha & Jacobus I. imitatione Henrici quoque uſi ſunt, ſe nominantes: the head of the church of England, defenſour of the faith, quod poſtremum ab ipſo Papa, Henrico, cum contra Lutherum ſcriberet, indultum, ipſi poſtea in meliorem ſenſum interpretati ſunt. Sic Nicephor. *in præfat. ad Emanuel. Palæolog.* ſcribit: *Tu es dux profeſſionis fidei noſtræ, tu purgaſti templum Dei hæreticis & iis, qui cœleſtem doctrinam ibi vendebant, &c.* Expreſſit autem Henricus hanc confeſſionem primùm à Clericis, ne ab ipſo condemnarentur, veritis, for maintaining the power legantine of the Cardinal Wolſei, idque an. regni

Anglici regis titulus & poteſtas.

 ſui

Digitized by Google

ſui 22. ſed ea poſtea an. 26. pleno parlamento confirmata fuit Stovv. And. Helinshod. *in Henric.8.* quæ confirmatio Thomæ Moro, Fiſchero & infinitis aliis pro ſummo capite Eccleſiæ Regem agnoſcere negantibus, jugulum fregit, & maieſtatis condemnatos, alios ad ferrum, alios ad ignem detruſit, non quod eos, ut hæreticos, ſed ut læſæ maieſtatis reos è medio tollendos dictitarent, de quâ re diſputandi locus nunc non eſt: illud tantum hinc extructum cupimus, religionis curam apud Anglos maximis maieſtatis juribus accenſeri, Alber. Gent. *in diſp. de pot. princ. abſ.* Johan. Hayvvard. *in a diſcourſe concerning ſupreme povver in affaires of religion*, ponereque id regnum tam extra peregrinam ſervitutem, quam inde oriri ſolitas turbas & ſeditiones, quâ de causâ etiam alibi demonſtravimus, complures reges præter coronam regiam etiam habitum ſacerdotalem ſibi ſumſiſſe, ut obſequentiores ſibi facerent ſubditos. *Quis enim homo tanta confidentia, ut ſacerdotem violare audeat*, ait Plaut. *in Trin.* εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπους οὔτε δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ, θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ, ut ait Hermes, apud Lactant. *lib. 2. Inſtit. c. 16. Pium virum nec malus genius, nec fatum devincit. Deus eripit ipſum ab omni malo.* Simul ut eò maiorem erga eoſdem ſibi conciliarent reverentiam, quomodo Meſa mater Heliogabali ſcribit ad ſenatum de filio: *Accipietis Imperatorem, qui ipſe eſt Pontifex, quod nunquam vidiſtis fieri antea, idq; magis ad conciliandum Deos erit efficax.* An verò Romani id nunquam fieri viderant antea? Certè de omnibus Impp. in genere ſcribit Dion. *lib. 53. omnibus ſacerdotiis inaugurati ſunt, ac pleroſq; in ea collegia aſciſcunt, ſemperq; unus eorum, (ſiquidem duo vel tres ſimul Imperatores ſunt) ſummum pontificatum gerit: inde fit, ut omnes religiones & ſacrificia in ſua habeant manu.* Id enim C. Cæſarem & Auguſtum ex inſtitutione Numæ retinuiſſe, memorat Feneſt. *c. 5. de ſacerdotibus*, ſecutosque fuiſſe reliquos Imperatores usq; ad Gratianum, qui habitum Pontificalem, tanquam Chriſtiano homine indignum, refutavit, teſtis eſt Zoſimus, *li. 4.* Unde & Pontifices dici ſolitos teſtatur Iſidorus, *c. cleros diſt. 21.* & ſolitos dedicare templa & res ſacras, diſcimus *ex l. ſacra loca §. 1 ff. de rer. diviſ.* Quod Pontificum officio aſſcribit Juſtinianus *§. ſacræ res. Inſt de rer. diviſ. Summus Pontifex, ait* Tacit. *3. Ann. nunc ſummus hominum eſt.* Illud verò ita intelligimus, quod Imperatores autoritatem, dignitatem, privilegia & habitum Pontificium quidem ſibi ſumſerint, ſummamque ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν, ut de Numæ inſtituto loquitur Halycar. *lib. 2.* non quod ſacrificia omnia adoleverint, ſicut Heliogabalus fecerat, cum ſacerdotio fungeretur, antequam ad occupandum imperium ſpem concepiſſet. Hurault. *li. 1. des offic. d'eſtat. c. 14.* Nam cum prævideret Numa in civitate bellicoſa plures Romuli, quam Numæ ſimiles fore, iturosque ipſos ad bella, ne ſacra dedererentur Flaminem Jovi adſiduum ſacerdotem creavit, Liv. *li. 1.* Summam tamen ſacrorum curam regi reſervandam putavit. Halycar. *lib. 2.*

Impp fuere Pontifices Max.

Digitized by Google

lib. 2. Ex quâ Auguſtus vatidicos libros omnes, exceptis Sibyllinis, cremavit, ſacerdotum numerum & dignitatem, ſed & commoda auxit. Sueton. *in Aug. c. 31.* Ægyptiis diis ſacra fieri intra pomœrium fieri non eſt paſſus, Dion. *li. 53. in pr.* & multa ex antiquis ceremoniis paulatim abolita reſtituit, alia mutavit. Sueton. *d. c. 31.* Claudius quoque circa ceremonias multa aut correxit aut exoleta revocavit, aut nova inſtituit: cooptavit in collegia ſacerdotes, quoties terra in urbe moviſſet, ferias indici juſſit, & obſecrationem ob dira in urbe aut capitolio viſa, ipſe Pontif. Max: commonito, pro roſtris, populo præivit. Sueton. *in Claud. c. 22.* Æquum enim erat, ut qui omnem à populo accepiſſent poteſtatem, hanc quoque accepiſſent, cujus beneficio rem Romanam ad tantum faſtigium aſcendiſſe Cicero ſcribit *de aruſp. reſp. Non calliditate,* ait, *aut robore, ſed pietate ac religione omnes gentes nationesq; ſuperavimus.* Quanquam enim Halycar. *li. 2.* ſcribit, *pontifices neque ulli judicio, neque mulctæ fuiſſe obnoxios, neq; ſenatui, neq; populo dictorum factorumve rationes reddidiſſe:* tamen id intelligendum eſt de rebus Pontificum curæ commiſſis, quas paulò ante explicaverat idem Halycar. & Liv. *lib. 1.* traditas à Numa ſcribit Marcio Pontifici, *quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atq; unde in eos ſumtus pecunia erogaretur,* & cætera, quæ exſcripta exſignataque ei attribuit, ut ſecundum ea populum doceret. Nam cum M. Fulvius in ludos magnos Opt. Max. à ſe devotos argentum à civitatibus collatum impendere vellet, ſenatus Pontificum collegium conſuli juſſit, num omne id aurum in ludos conſumi neceſſe eſſet. Cum pontifices negaſſent, ad religionem pertinere, quanta impenſa in ludos fieret, ſenatus Fluvio, quantum vellet, impenderet, permiſit, &c. Liv. *lib. 39. in pr.* Ex quibus apparet Pontificum ſententias etiam ſacris præſcriptis alligatas fuiſſe, quæ quia populus correxit, ſæpè ipſius pontificis decreta reſcidit. Iccirco meritò ſuprema religionis poteſtas illi tribuitur, Clapmar. *li. 1. arcan. Rerump. c. 15.* Nam orta inter C. Servilium Pontificem Maximum & L. Cornelium Dolabellam Duumvirum navalem contentione, quod hunc, ut inaugurarет Pontifex, magiſtratu ſe abdicare juberet, & recuſanti id facere, multam diceret, Duumvir provocavit ad populum, iſq; cauſam diſceptandā ſuſcepit. Liv. *li. 40.* Quæſtionem de Bacchanalibus ſenatus non Pontificibus, ſed conſulibus extra ordinem mandat, ſacerdotesq; eorum conquiri jubet: & in conſulum poteſtate eſſe, cuius rei curam Conſules viciſſim ædilibus imperarunt, conquiſitosq; ipſi condemnarunt. Quin & SCtum in hunc ſenſum factum eſt: *Ne qua Bacchanalia Romæ, neve in Italia eſſent, ſi quis tale ſacrum ſolemne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe apud prætorem urbanum profiteretur, prætor ſenatum conſuleret, ſi ei permiſſum eſſet, cum in ſenatu centum non minus eſſent, neu qua pecunia communis, neu quis magiſter ſacrorum aut ſacerdos eſſet.* Liv. *li. 39.* Conſul in Oratione,

Populus R. durante Repub. judicavit de religionibus.

quâ ſuperſtitionem hominum mentibus excutere volebat: *Hac vos religione*, ait, *non tantum innumerabilia Pontificum decreta, aruſpicum reſponſa, ſed & SCta liberant.* & addit, quod multum etiam ad noſtrum propoſitum facit: *quoties hoc patrum aliorumq; ætate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent? ſacrificulos vatesq; foro, circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent, comburerentq; omnem, diſciplinam ſacrificandi, præterquam more Romano abolerent?* Nam jamdiu Ædilibus remiſſum erat, *ne qui niſi Romani Dii, neve alio, quam patrio ritu colerentur,* & M. Æmilius prætor recitat decretum: *quicunq; libros vaticinos precationesve aut artem ſacrificandi conſcriptam haberent, eos libros omnes ad ſe deferrent, ne quis in publico ſacrove loco, novo aut externo ritu ſacrificaret.* Cum enim diutius bellum Punicum ſecundum traheretur, *& variarent ſecunda adverſaq; res, non fortunam magis quam animos hominum, religio, & ea potiſſimum externa, civitatem inceſſerat, ut homines aut Dii alii repente facti viderentur, nec jam in ſecreto modò, atq; intra parietes & poſtes contemnebantur Romani ritus: ſed in publico etiam ac foro capitolioq; mulierum turba erat, nec ſacrificantium nec precantium Deos patrio more. Re ad patres delata, incuſati ſunt inprimis graviter Ædiles à ſenatu Triumviriq; Capitales, quod non prohiberent. Tandem cum potentius malum eſſe appareret, quam ut per minores magiſtratus ſedaretur, prætori negocium ab ſenatu datum fuit, ut his religionibus populum liberaret, qui SCtum recitavit,* Liv. *li.35.* Retinuerunt igitur Romani inter jura maieſtatis etiam ſupremam religionis curam, quam ſi ſolis Pontificibus dediſſent, facultatem iis turbandi Remp. pro libitu tribuiſſent: Et Germani quidem, licet in ultimâ pacificatione religionis *Ann. 1555.* tàm Auguſtanam, quam Catholicam religionem liberam reliquerint, §. ſetzen demnach *& ſeqq.* optionem tamen electionemque ſolis ſtatibus imperii immediatis, principibus, Civitatibus & iis nobilibus, Welche ohne Mittel der Käyſerlichen May: unterworffen / §. Unnd inn ſolchen frieden / conceſſerunt, quoniam introductio religionis requirit juriſdictionem, quæ nulla competit ſubditis. Nec intentionem ſuam obtineret pacificatio, ſi ſubditis liceret diverſitate religionis Remp. aut pacem publicam disjicere. Scio quidem in pluribus civitatibus inter ſenatum & cives diſputatum, utrius ſit religionem introducere, in quâ re non rectè videtur decidere Petrus Friderus Mind. *lib. 1. de proceſſ. c. 3. num. 4. 5. 6. & ſeqq.* dum dicit: *Cives debere hâc in parte non minus obedientiam magiſtratui, quàm ſubditos principi.* Statibus enim Imperii libertas inſtituendæ religionis data, civitatum non partes, ſed totam Univerſitatem ſpectat. Univerſitatem autem repræſentant illi, quorum ſunt jura maieſtatis, quantum civitatibus indulta. Ea verò poſſident in plæriſque civitatibus Univerſa plebs, in paucis ſenatus. Ideoque in hoc diſtinguendum putarem

Conſtitutio Germanorum.

inter

inter formas Rerump. ut ſuum cuique jus tribueretur. Quin enim religio ad eundem pertineat, ad quem pertinent cætera jura maieſtatis, ſatis hoc loco declaratum eſt. Cæteris id unicum remedium conſcientiæ datum eſt, ut ſi Domino ſatis fecerint die Leibeigenſchafft vnnd Nachſtewer halben/ tutò poſſint provinciam mutare §. Wo aber vnſere/ Alterum verò remedium, quod Friderus elicit *c. 30. num. 7. 8. 9. d lib. 1.* ex præfatione conſtitutionis, ibi, der Stände vnd Vnterthanen gemüther §. In ſolcher fürgezogener/ non caret dubitatione, Spring. *de pac. relig. c. 7.* de quo alibi dicturi ſumus. Hic enim adducimus illam conſtitutionem tantum, quod inde appareat religionis conſtituendæ jus ab Imperatore iis tantum indultum, quibus indulta ſunt ab eodem quodammodo jura maieſtatis, ex quo & hoc ſtatim apparet: Imperatorem totumque imperium, eam ſibi curam vendicare, ut quænam admittenda ſit religio, quænam repudianda, decernat, quæ eſt illius juris, quod hic quærimus, notiſſima portio. Eâ cum ſine ſui & Reip. detrimento ſe carere non poſſe viderint multi Reges & principes, morem hunc obſervarunt, ut reges ſimul ſe facerent & Pontifices. Iſidor. *lib. 7. Etym. cap. 12.* Nihil enim ad ſuam ſalutem & Reip. tranquillitatem efficaciùs putabant, id quod non eò adfero, quaſi principem quoque mitra infulavè induere, duoque maxima dona diverſis finibus diſtincta, *c. duo ſunt diſt. 96. c. quoniam, diſt. 10.* in unâ perſonâ confundere velim: ſed ut ob oculos ponam utilitatem, quam inde ſperare habet maieſtas ſi religionis curam, quantum ipſi per divina præcepta licet, unâ cum imperio conjungat. Pudeat nos exempla à Muſcovita, Mahometanis, Turcis & Tartaris capere, quorum primus ita religionem à ſe dependere vult, ut ne Metropolitano quidem de eâ iniuſſu ſuo ſtatuendi facultatem faciat, cumq; Monachus quidam magni principis autoritati in hâc parte detrahere ſuis concionibus videretur, ad ſuppliciũ raptus, crudeliterq; necatus eſt. Sigiſm. *in hiſt. Muſc.* Mahometani Caliphatũ conjunxerunt cum regnis: Mango Chamus perſuaſus ab Hattone rege Armeniæ, fidem Chriſtianã ſuſcepit, cum Univerſis ſubditis, ita tamen, ut neminem cogeret. Hatto. *Arm. c. 23. 24.* Eandem viciſſim deſeruit & ad Mahometanã ſe applicuit Bathus, qui Hungariam, Poloniam, Ruſſiam vaſtavit, Micho. *li. 1. c. 2. usq; ad 6.* ad quẽ Innocent IV. ex concilio Lugdunenſi miſit Aſcelinum monachum ex ordine prædicatorũ *ſi ſpeculo* Vincentii *credimus li. 2.* Chinarũ Rex adoratur à ſuis pro Deo, Boter *in Coſmog li. 2.* ut & Rex Abyſſinorũ, ideoq; religionis ſupremi ſunt moderatores ex quo fit, ut tàm firmiter in eorum fide permaneant ſubditi, ſicut Abyſſinos bis millenis ſexcentis annis continua ſerie obœdiiſſe regibus ſuis ex Melech filio Salomonis, quẽ ex Regina Sabæ genitũ dictitant, refert Camer. *li. 2. oper. ſucciſ. c. 46. ex Franciſ. Alvareſ. comment.* *à Da-*

Regnum & pontificatus conjuncta.

Digitized by Google

à Damiano Goes editu. Ægyptii Æthiopesque reges ſuos habebant pro Diis, Diod.*lib.3.c.1.* & regum genus à Deo derivat Heſiod. *in Theog.* Unde illud diſcimus,principes,qui religionis moderamen habent, longè faciliùs poſſe ſubditos in officio continere,quia religio dominatur conſcientiis,quo nullum eſt imperium violentius. Hiſpala ad prodenda Bachanalia à Conſule accerſita diu reſtitit metu Deorũ,quorum occulta enuntianda erant,priusquam conſulis imperio cederet. Liv. *lib.39.* Reges inſulæ Meroës ita tenebantur illigati religione ſacerdotum Jovis,ut ab iis juſſi ire in ignem, nefas putarent reluctari. Diodor.Sic.*lib.6.c.10.* Qui igitur hoc imperium in conſcientiis ſubditorum relinquit aliis,manifeſtum eſt, quod illis majus relinquat imperium, quam ſibi retineat.Dominium enim corporis cedit dominio animæ,nec pœna humana tantoperè deterret atque divina.

CAP. VII.

DE POTESTATE IN REM NUMMARIAM.

SUMMARIA.

1. *De origine & utilitate nummi.*
2. *Quare nummorum cura pertineat ad majeſtatem.*
3. *Vtrum in contractibus,ſoluta pecunia, reſpiciendum ſit ad valorem in puncto contractus,vel ſolutionis. Et quid juris in multis a legibus præfinitis.*
4. *Exemplis plurimarum Rerump. probatur, quod Ius monetæ fuerit penes caput earum.*
5. *Si cura monetæ pertinet ad principem, Vtrum is tam abſolutum in eam habeat imperium, ut inſciis ſubditis eam mutare queat.*
6. *Vtrum jus monetæ communicari poſſit.*
7. *Sola maieſtas dat æſtimationem, ſeu pretium ſeu valorem materiæ monetali.*
8. *Vtrum princeps valori monetæ, ultra pondus, addere poßit.*
9. *Sola majeſtas præſcribit monetæ materiam.*
10. *Signum autem imprimendi copia fieri poteſt ſubditis ſine maieſtatis præjudicio.*

QUintum jus majeſtatis,quod inter majora ultimo loco recenſuimus, eſt poteſtas circa monetas & nummos.Cum enim in omni Rep. opus ſit permutatione rerum ob indigẽtiam, ea vero fieri non poſſit per res ipſas

1. *Neceßitas nummi.* permutandas,ſicut Barbari olim inter ſe commercia exercebant, *alia pro aliis tribuentes,triticum pro vino,calceos pro lecto,* teſte Ariſt. *5 Ethic. Nicom. c.8. 1.polit.c.8.* & Paulo *l.origo in pr.de contrah.empt.* ſicut de Germanis interioribus ſcribit Tac.*de moribus German.* quod *ſimplicius & antiquius permutatione mercium utantur,* cum nondum eſſet aliud precium,*l.ead.* ſed emebant.

Digitized by Google

Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν, *Homer. Odyſ. α'*, quomodo cum Muſcovitis adhuc hodiè commercia inſtitui memorat Sigiſ. *in hiſt. Muſc.* eò quod eorum princeps ſubditis precium pro mercibus peregrinorum Mercatorum numerare prohibuerit. *Non enim ſemper, nec facile occurrit, ut cum tu habeas, quod ego deſiderem, invicem habeam, quod tu accipere velis: d.l. origo.* nec fieri poteſt, ut res permutandæ inter ſe ſemper ſint æquales. Ariſt. *5. Ethic. 8.*

Ideo inventum tertium quoddam eſt, quod cum ſit τῶν χρησίμων, ἃ ἔχει τὴν χρείαν εὐμεταχείριστον πρὸς τὸ ζῆν, utpotè, ferrum, æs, argentum & aurum, Ariſt. *lib. 1. polit. cap. 8.* quod cum prius definitum eſſet quantitate & pondere, poſtea cœpit ſignari, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως τοὺς ἀνθρώπους: atque hinc prodiit nummus, quem vocat Ariſt. primum & ultimum in permutatione. *d. c. 8. polit.* quia, ut in Ethicis planè ediſſeruit, nummus, utpotè medium, commenſurabiles inter ſe efficit res atque adæquat. Neque enim ulla poteſt eſſe ſocietas ſine permutatione: neque permutatio ſine æqualitate, neq; æqualitas ſine commenſuratione. Ac re quidem vera fieri nequit, ut quæ adeò inter ſe diſtant, commenſurabilia efficiantur, ſed pro indigentiæ tamen ratione ſatis commodè fit. Unum igitur quoddam eſſe oportet, ad quod res omnes æſtimentur, tanquam ad menſuram, quod, quia ex conſtitutione introductum eſt, ſeu ut ait Ariſt. νόμῳ, inde *teſte* Varrone νόμισμα appellatur. *5. Ethic. c. 8.* Poſſet etiam non ineptè ἀπὸ τοῦ νόμου derivari, quia eſt lex ſeu menſura omnium rerum, quæ in Rep. poſſidentur.

Sicut igitur reliquæ leges ad maieſtatis arbitrium referuntur: ita & hanc eodem referri debere eædem rationes ſuadent, & hæc præterea, quod maieſtatis ſit proſpicere, ne quid Reſp. detrimenti patiatur, neve pacata ejus gubernatio perturbetur, quod vix ex aliâ re promtius accidere ſolet, quàm ex moneta. *Novel. 52. Leon.* Mutatâ enim rerum menſurâ vel turbatâ, omnia reliqua mutari & turbari neceſſe eſt. Ita fiunt incerta pretia cenſuum & poſſeſſionum, quæ creſcunt perindè, ut creſcit moneta, ſecundum Angel. *in l. Paul. ff. de ſolut.* Purpurat. *in l. cum quid, ff. ſi certè pet. n. 17.* quod etiam aſſerit Imperator Maximilianus *in conſtitutione An. 1570.* §. dieweil denn nun mehr *in fin.* & Bart. in eum ſenſum interpretatur *l. 2. C. de vet. num. pot. lib. 11.* Fiunt incerta pacta conventa: quia qui centum aureos in conventionem adduxit, poſtquam poteſtas aureorum, vel accrevit vel diminuta fuit, quantum à debitore ſuo repoſcet? In utramque enim partem arguunt. Dd. *in c. olim c. uniĉo c. cum Canonicis de cenſibus in c. quanto de jurejur. in l. cum quid 3. de rebus cred. ſi cert. pet in l. Paulus de ſolut.* Et ratio quidem *legis, cum quid de rebus cred.* quæ jubet, ut *eiusdem generis & eâdem bonitate ſolvatur, quâ datum fuit,* ad tempus contractus nos deducit, quia eam reddi pecuniam vult, quæ in contractu poſita fuit, ſive eius æſtimationem, prout in his caſibus decidit,

2. Nummorum cura pertinet ad Maieſtatem.

3. In reddenda moneta utrum reſpiciatur valor

Rr *c. olim*

tẽpore contractus, initi, vel ſolutionis.

c. olim & ibi gl. in verb. Et æſtimationem & c. cum Canonicis & ibi gl. in verb. ſolut. de Cenſibus. Sic enim & in mancipiis legatis tempus conditi teſtamenti non mortis teſtatoris reſpicitur, *l. uxorem de legatis 3. l. ſi ita eſſet in fin. de aur. arg.* & in aliis rebus, *l cum quis de act. & obligat l. 69. de contr. emt.* quoniam contrahentes veriſimilius eſt conſenſiſſe in id, quod præſens fuit, quam quod ſub incerto eſſe potuit, *l. ſi ita 7. ff. de aur.* & in contractibus optima ratio eſt, ſi neutra pars defraudetur, neutra lucretur. Ariſt. *5. pol. c. 7.* Qui enim *non reciperet minus, non debet petere maius,* ut ait gl. *ad d. c. cum Canonicis per l. Qui bon. 1 §. ſi quis, quia 11. de damn. infect. & l. penult. C. de ſolut.* Molinæ. *q. 90. n. 749. de cont.* Undè conſtitutiones Electoris Auguſti *par. 2. tit. 28. incip. ſi mutatâ bonitate,* præcipiunt ſemper eam monetam, quæ in conventionem deducta fuit, ejusve valorem præſtari, nulla facta diſtinctione, an mutatio monetæ facta fuerit extrinſecus, hoc eſt in valore vel precio, an intrinſecus, hoc eſt, in forma & materia, quam ſententiam prolixè diducit Molinæ. *de contr. uſur. à quæſt. 90. usq; ad 100.* Albertus Brun. *in tr. de augm. & dimin. mon. concl. ult.* Erneſtus Cothman. *conſ. 36.* pro quâ faciunt etiam Boer, *deciſ. 327. n. 8.* Curt. ſen. *col. 3.* Curt. Jun. *num. 23. in d. l. cum quid* Mynſing. *Cent. 4. obſ. 1.* Gothofr. *ad d l. cum quid in fin.* Daniel Moller. *ad d. t. 28. conſtit. Saxon. num. 1. & 2.* Modeſt. Piſtor. *q. 27. n 35. cum ſeqq. li. 2.* Corraſ. *3. Miſcell. c. 13.* Sixtin. *de Regal. c. 1. num. 118. & ſeqq.* Pinell. *ad l. 2. C. de reſcind. Vend. 1. part. rubr. c. 3. n. 23.* Fachin. *li. 2 Controv. jur. c. 10.* Anton. Gabrielius *li. 3. concluſ. de ſolut. & liberat. concl. 2. num. 2.* valdeque huc inclinat Covar. *de mutat. mon. c. 7. §. 1. n. 3. in fin. leges Regias ad idem adducens.* Nihilominus communis opinio diſſentit, quæ tempus quidem contractus & non ſolutionis reſpiciendum tenet, in duobus caſibus, ſi moneta in pondere & materia mutata fuerit, aut ſi in materia pondere & valore vel precio ſimul, eamque communem facit Panorm. *in c. quanto col. penult. & ibi eius Apoſtill. de jurejur.* Hoſtienſ. *ibid. col. 2. verſ. Quia ergo ſi mercator & Abb. col. 5. verſ. venio ad ſecundum caſum.* Sed ſi manente pondere & materia precium & æſtimatio minuitur, damnum vel commodum tribuunt creditori, quod inſinuat gl. *in c. quis ignorat in verb. tempori noſtro 32. q. 4.* præcipuè Bart. *in l. Paul. col. 1. verſ. quæro quid ſi moneta de ſolut.* Covar. *de mon. c. 7. §. un. n* [illegible]. Borchol. *de regal. c. un. num. 58.* Gail. *li. 2. obſ. 73. num. 9.* & multi alii, quos adducit Brunus *d. conc. lim. 1.* & Tiraquell. *de retract. utroq; §. 1. gl. 18. num. 26.* Quicquid ſit de utraq; opinione, conſtat, contractus eſſe dubios, eamque ambiguitatem non aliundè oriri, quam ex mutatione numismatum, ex quâ etiam pœnas & præmia à legibus irroganda, nec non opes ærarii & multa alia tàm in publicis quam privatis bonis dubia & ſuſpẽſa fieri neceſſe eſt. Bodin. *6. de Rep. c. 3. in pr.* Si enim lex puniat adulterum centum aureis, Bart. *in l. 1. C. de his quibus ut indig.* aureos æſtimandos putat ex tempore conditæ legis, quia leges imitantur naturam ultimarum voluntatum.

tatum. Sed Specul. *in tit. de oblig. & ſolut.* § *nunc aliqua col. penult.* ſolaria & condemnationes ſecundum præſentem æſtimationem ſolvendas putat, quia nova æſtimatio veteris ſtatuti neceſſitatem mutat. *l. quicunq; C. quod admitt.* Corraſ. *li. 3. Miſcell. c. 13. in fin.* Qua de cauſa maieſtatis, cui ſumma Reip ſalus tanquam ſupremæ gubernatrici demandata eſt, huic quoq; rei præſidere debet. Tantum enim in eâ ſitum eſt, ut M. Mario Prætori, qui edictum de re numariâ conſtituendâ, ut tribunis & collegiis inde ſperatum honorem præriperet, ſolus pro noſtris publicarat, omnibus vicis ſtatuæ factæ fuerint, & ad eas thus & cerei accenſi nec quisquam multitudini carior extiterit. Cic. *li. 3. Off. Plin. li. 33. c. 9.*

Meritò igitur Fridericus *c. un. quæ ſint regal.* monetas quoque inter regalia recenſuit, & qui hiſtoriam repetitionum Regalium deſcripſerunt: Gunth. *li. 8. Radevic. li. 2. c. 5.* Sigon. *li 12.* Mutius *li. 18.* Carolus item V. *in conſtit. 1524.* §. dergleichen hat der Müntz halber *& in conſtit. 1551.* §. So haben wir unß/jus cudendi monetas diſertè vocat *regale*, perindè ut Conſtantinus M. monetas vocat *ſuas*, hoc eſt, regias, *l. 2. C. de falſ. mon.* per monetas intelligens Iconium ipſum, ut vocat Sueton. *in Calig.* ſeu officinam cudendorum nummorum, quomodo *opulentam monetam* Mediolani prædicat Auſon *in Epigram.* 4. *Maieſtas uſurpavit jus cudẽda moneta.*

Templa, Palatinæq; arces, opulensq; moneta. Et Macrob. *1. Somn. Scipion.* uterum appellat *monetam formandi hominis.* Cujac. *in parat. C. de fal. mon.* Priusquam res ad Imperatores tranſiret, Iconium hoc erat in æde Junonis Monetalis, cui præficiebantur triumviri monetales, Pompon. Læt. *in lib. de Magiſt.* qui & nummos ſignabãt, adiectis his literis *III. viri A. A. A. F. F. Trium viri, auro argento, æri, flando, feriundo*: poſtea Imperatores ipſi collegia monetariorum inſtituerunt, *tot. t. C. de muril. & gynæc. li. 11.* Corraſ. *li. 3. Miſcell. c. 13. n. 1.* ubi Alciatus meritò notatur à Cujacio *ad l. ſi quis excorp.* quod monetarios neget eſſe, qui cudunt monetam, quaſi omnia totius tituli officia referri debeant aut baphia & gynæcia, cùm tamen & baſtagariorum mentio fiat, *l. quod ad præſens. C. eod.* qui vecturæ rerum ſacri ærarii tantum deſtinati fuerunt. Sed ut ad propoſitum redeamus, jus feriendæ monetæ hodiè ita proprium ſibi habet Rex Angliæ, ut eam alibi quàm in turri Londinenſi inſigniri non patiatur, perindè, ut Carolus M. quondam in proprio palatio illam cudi voluit. *In capit. Carol. M. tit. pac. c. 8.* De Ungarorum regno ſcripſit Otto Friſingenſis: *Nullus in tàm ſpacioſo ambitu, rege excepto, monetam vel telonium habere audet.* Reges Perſarum aureos nummos ſuâ ſignabant imagine, qui inde Darici dicebantur, Herodot. *lib. 4.* Plut. *in Arto X.* Georgius Agricola *lib. 1. de pretio metall. & lib. 2. de ponder. & temp. monet*: ſicut Philippæi, quod geſtarent imaginem Philippi Regis Maced. de quibus accipio *tex. Vlpiani in l. Quinctius 27. §. cui legatum in fin. ff. de aur. & arg. legat*, ubi gl. malè

Rr 2 eos

Digitized by Google

eos refert ad Philippum Imperatorem, qui aliquot annos poſt Ulpianum vixit. Pejus verò errabant, qui refer ente Afflict. *in Verb. moneta n. 5. in c. un. quæ ſunt reg.* ex hoc textu concludere nitebantur, Philippum Imperatorem fuiſſe monetæ cudendæ autorem, quam aliquot ſeculis ante ipſum fabrefactam teſtatur Plin. *lib. 33.* Sed Philippi nummos nunc Plaut: Philippæos. *in Aſin. ar. actu. 1. ſc. 3. v. 1.* nunc Philippos nominat. *in Bachid. Act. 2. ſc. 2. ad fin.* ut & Horat. 1. *Epiſt. Philippi regale numiſma.* Argento autem ſuas effigies imprimere & Perſæ & aliorum Barbarorum reges nefas putabant, Procop. *lib. 3. bell. Gothic.* quod tamen Romani non refugiebant. Unde Chriſtus, ut convinceret Judæos ſuæ ſubiectionis: *Oſtendite,* inquit, *mihi numiſma cenſus,* qui cum obtulerint denarium, cuius eſſet imago, quærit, & cæſaris eſſe reſpondentibus, *Date igitur,* inquit, *Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. Matth. c. 22.* Cæſaris enim nummus indicat Cæſaris eſſe imperium, *Rege figuratam, regis patet eſſe monetam.*

Cæſaris, & Domino ſub Cæſare fulget imago. ait Gunth *lib. 3.* Solebat hoc jus inter cæteras quoque acclamationes Imperatoribus tribui, utpotè, *moneta nomen Antonino reddatur.* Lamprid. *in Sever.* & Antonino Diadumeno ad Imperium evecto, ſtatim apud Antiochiam moneta Antonini nomine percuſſa eſt. Clapmar. *lib. 1. arc. Imp. c. 16.* Et ex eo Steph. 2. *de jurisd. c. 1. memb. 2. num. 150* Clariſſimè verò Vopiſcus *in Firmo: Cum ille diceret. Firmum, Latrunculum fuiſſe, non principem: contra ego illum & purpura uſum & percuſſa moneta Auguſtum eſſe vocitatum: quinq; etiam nummos Severus Archontius protulit:* quod ipſum mihi revocat in memoriam dictum Birronii, quem dicere ſolitum ſcribit Petrus Matth. *in narrat. de pac. Verv.* ſe non quieturum, donec videat *ſa teſte ſur un quart d'eſcu. lib. 5. narrat. 2. num. 2.* Duo enim ſigna Imperatoria proponit Vopiſcus, purpuram & monetam, quorum illud ad ornamentum pertinet, hoc verò continet poteſtatem, quam uno ore omnes JCti inter Regalia reponunt. Seiſſel. *in ſpec. feud. rub. de his qui feud. dar. poſſ.* Zaſ. *part. 5. Epitom. feud num. 14. & conſ. 16. n 24. lib. 2.* Bodin. *1. de Rep. c. ult. & 6. de Rep. c. 3.* Petr Gregor Tholoſ. *lib. 9. de Rep. c. 1. n. 31.* Clapmar. *de arc. imper. lit. 1. c. 16.* Damhud. *in prax. crim c. 65 n. 1.* Peregrin. *de jur. fiſc. tit. 1. n. 25. lib. 1.* Sixtin. *de Regal c. 9. n 17. 18. & ſeqq.* Borcholt. *de Regal. n. 55* Roſenth. *c. 5. de feud. concl. 46. n. 1.* Vultej. *de feud. lib. 1. c 5. n. 7. verſ. jus cudend.* Obrecht. *diſput. de Regal. n. 221. & ſeqq.* Cujac. *ad tit quæ ſint Regal.* Martin. Laudenſ. *in tr. de monet. in pr.* Boſſ. *tit. de mon. n. 1.* Franc. Curt. Sen. *in tr. eiusdem tituli in pr.* Lancell. *lib. 1 c. 1. de Imp. § 4. Verſ. in hoc verſiculo undec. num. 1. autoritate gl. in rubr. C. de veter. numiſm. poteſt. lib 11.* Coraſ. *Miſcell. lib. 2. c. 13.* Mynſing. *Cent 4. obſ 24.* Pinell. *C. de reſcind. vend. part. 1. rubr. c. 1.* & ibi Emanuel Zoar. *in not. ad. n. 6.* Giachar. *conſ. 2. de monet.* Marchiſa. *num. 55.* Matth. Stephan. 2. *de Iurid.*

Digitized by Google

de Iurisd. c.1.m.2.num.169.& ſeqq. Harprecht. *ad* §. *Item lex Cornel. n. 45. Inſt. de publ.jud.*

Sicut igitur cætera jura maieſtatis conſiſtunt in arbitrio eius, cujus eſt majeſtas, ita de poteſtate monetæ quoque ſentiendum eſt, quam pro voluntate ſua princeps mutare poteſt, modò plenam & abſolutam poteſtatem habeat, ſicut rectè docet Johan. Faber. *in auth.hoc niſi C. de ſolut. & in princ. n.3. Inſt. Quibus modis toll.oblig.* Boer. *deciſ.327.num.6.* & deſumitur ex Ariſt. *1.polit.c.8.5.Eth.c.8.* dum numiſma ἀπὸ τοῦ νόμου propterea dictũ putat, quod *in poteſtate legis ſit illud tollere & inutile reddere.* Lex autem conditur à ſola maieſtate, ut ſupra oſtendimus, ex quo tamen non ſequitur, principi id licere in damnum Reip. aut præjudicium ſubditorum, Matth. Steph. 2. *de jurisd.c 1 m.2.n.174* non q. aliqua ſpeciali lege prohibeatur, ſed quia jus naturæ repugnat, quod omnibus principum actionibus normam præſcribit: nec jus gentium cuiquam ſine graviſſimâ cauſa violare licet, ex quo jure nummorũ uſus prodiit, *l.1.* & ibi Bartol. *de contrah.emt.* Molin. *de uſur. contr. q.92.n.9.ex 1.polit.c.8.* Pinell. *de reſc.vend C.part.1.rubr.c.1.per tot.* Veteres Monetam Deam faciebant, dolo in pecuniis commiſſo puniendo: Corraſ. *lib.3. Miſcell.c.13.n.3.* & Grammaticorum quidam monetam dictam putant, quod moneat, ne quid fraudis in eâ percutiendâ committatur: cujus rei Conſtantinus ſe fortaſſe admonere voluit, quando hominem genibus flexis Deum adorantem nummis inſculpſit. Euſeb. *in Vit.Conſtantini.* Hoſtus à moneta quidem nos moneri aſſerit, ſed ponderis, pretii, valoris, autoris, &c. *lib.1. de re num.c.3.part.4.n.1.* Heniſch *de aſſe pag. 146.* Debuiſſet hoc in mentem venire Hippiæ Athenienſi, qui nummum Athenienſium fecit ἀδόκιμον, conſtitutoq; precio ad ſe deferri juſſit omnem pecuniam, quam iterum elocabat iis, qui alio ſigno vellent cudere. Ariſt. 2. *Oeconom.* §. *Hippia Athenienſis,* aut Antonino Caracallæ, de quo Xiphil. *in Caracall.ex* Dion. *lib. 77. Antonino, cum cætera omnia, tum nummus adulterinus erat. Nam pro argento aurove, quod nobis daret, plumbum argentatum & æs inauratum parabat.* Quod enim in alterius præjudicium vergit, & jure naturæ illicitum eſt, ne princeps quidem facere poteſt, ut ſuperius demonſtravimus, meritoque reprehenditur Rex Arragoniæ ab Innocentio IV. quod irrequiſito conſenſu populi juraſſet monetam patris, quæ usque adeò diminuta fuerat, ut grave propter hoc ſcandalum in populo generaretur, conſervare, *c.quanto & ibi gl. & Dd. de jurejur.* cum tamen Petrus Rex Arragoniæ, non invenerit probabiliorem diripiendi regis Balearium cauſam, quam quod monetam effeciſſet deteriorem. Bodin. *lib.1.c.ult.lib.6 c 2.* Turpe autem eſt in ſe committere quod in alio reprehendatur. Propterea Leo. *Novell. 52.* diminutionem monetæ velut morbum quendam ac tabem principi fugiendam monet, quo tamẽ poteſtati principis non magis derogatur, quàm voluntatis liber- 5. *An maieſtas poſſit monetam mutare.*

tatem tolli dicit Imperator, licet legum præſcriptis alligetur. *l. ſi patre cogente ff. de ritu nuptiar.* Nam nec leges condere, nec pœnas remittere, cum præjudicio ſubditorum aut contra jus naturæ poteſt princeps: nemo tamen hæc propterea negaverit eſſe in arbitrio maieſtatis. Id tantum intereſſe videtur, quod legumlatio ſubditis communicari nequit: monetæ verò cudendæ poteſtas promiſcuè attribui ſolet, non tantum iis, qui immediati ſubditi & ſtatus imperii habentur in imperio Germanorum, ſed etiam civitatibus, quæ aliis Regalibus deſtituuntur, quod abominabile eſſe dici Zaſ. *part. 5. de feud. n. 15.*

6. *An jus cudendæ monetæ communicetur ſubditis.*

Nec ullum jurium maieſtatis eſt, quod facilius inferioribus communicatur vel conceſſione vel præſcriptione, ut eſt communis opinio *gl. in rubr. C. de veter. num. poteſt. lib. 11.* Iſer. *n. 19.* Afflict. *in verb. moneta. n. 4. in c. un. quæ ſint Regalia.* Mynſing. *Cent. 4. obſ. 24.* Lancelot. *verſ. In hoc verſiculo. n. 3.* Guido. Pap *deciſ. 498.* Montan. Boſſ. Roſenth. *d. loc.* Schneidvvin. *de feud. part. 2. n. 117.* Panorm. *& Dd. in d. c. quanto de jurej.* Sixtin. *de Regal. c. 9. n. 74.* Antiochus Simoni ſacerdoti percuſſurã monetæ indulſit. *1. Maccab. 15.* Zaſ. *conſ. 16. n. 24. lib. 2.* Romani æreos & argenteos nummos ſiverunt cudi à municipiis, ſolos aureos ſibi ſolis cudendos reſervarunt. Procop. *lib. 3. bell. Gothi*: Apud Gallos olim hoc jure uſi ſunt Dux Burbonius, Comes Marchiæ Nivernenſis, Andegavenſis, S. Pauli, Pontifex Cadurcenſis, Ambronenſis, & cæteri, de quibus Petr. Gregor. *Syntagm. part. 3. lib. 36. c. 3. n. 25.* ex monetali titulario conſtare dicit, quosque referunt tum hic *d. l.* tum Bodin. 1. *de Rep. c. ult.* Chopin. *de Doman lib. 2. tit. 7.* Etiamnum eo utuntur princeps Auraniæ, & Comitatus Avenionenſis, qui tamen imperium regium non agnoſcunt. In Germania quis neſcit verum eſſe quod dicit Zaſius? Adeo ne minimæ quidem civitates hoc privilegio deſtituuntur: Hoxarium, Halberſtadium, Hannovera, Oſnaburgum, Mynda, Monaſterium, Hildeshemiũ, Gottinga, Northemium, Brunſuiga, Roſtochium, Sunda, Stetinum, & infinitæ aliæ, quarum fit mentio *in conſtit. monetali Ferdinandi, An. 1559.* Edvardo 3. Angliæ Regi vicario per inferiorem Germaniam conſtituto, adiuncta quoque fuit poteſtas aureos argenteosque nummos cudendi. Froſſar. *lib. 1. c. 35.* In Italiâ eadem monetarum confuſio, propter varietatem cudentium: ſed etiam ante Friderici I. tempora plærique Epiſcopi & civitates illud jus ſibi arrogaverant, quorum licentiam is correxit. *per c. un. quæ ſint regal.* Boruſſis in Remp. Polonorum inſertis idem conceſſit Rex: Priluſ. *lib. 5. ſtatut. Polon.* nec videtur opinio tàm communis ullam involvere difficultatem, quæ tamen ſi rectè perpendatur, non tàm regale ipſum, quam ſub eo contentum miniſterium ſubditis attribuere debebat. Neque enim per hoc jus majeſtatis, *cudendæ jura monetæ* ſolum, ut dicit Gunth. *lib. 5.* & vulgo interpretantur Feudiſtæ, ſed univerſum jus monetarum, quod Maximilianus II.

in conſt.

Digitized by Google

in conſt.ann.70. §. vnd dieweil man / *juncto* §. *præcedenti*, vocat die Müntz Gerechtigkeit / intelligere debemus. Nam etiam *in c. un. quæ ſint regal. & in relatione* Dedochini Abbatis, Monetæ in genere collocantur inter regalia, quæ totum jus, quod verſatur circa rem nummariam comprehendunt. Id verò dicit Leo *Nov. 52. in fin.* conſiſtere in tribus, ἐν τῇ μορφῇ, τῇ ὕλῃ καὶ τῇ ὁλκῇ, quorum primum & poſtremum etiam Conſtantinus requirit, *l. 1. in fin. de vet. num. pot. C. lib. 11.* Omnia tria verò Paulus innuit, *l. 1. in pr. de contrah. Emt.* materiam, formam & pondus, unde eâ elicit gl. *in c. quanto in verb. patris de jurejur.* recolitque Carolus V. *in Conſtit. Crimin. art. 111. in pr.* Sixtin. *de Regal. c. 9. n. 33.* Obrecht. *diſp. de regal. n. 229.* ex Cumano, & jam ante nominarat Iſidor. *lib. 16. Etym. c. 17.* Paulus verò *in d. l. 1.* addit aliud quartum, quod in hâc re videtur principale eſſe, videlicet *æſtimationem*, à quâ Ariſt. *5. Eth. c. 8.* totam vim numiſmatis pendere putat. Tantum enim valet nummus, quantum majeſtas ipſum valere jubet, quippe quæ efficere poſſet, ut etiam papyraceus, vel coriaceus nummus in eodem haberetur precio, quo aureus. Refert enim Hatto Armen. *c. 1. ſuæ hiſt.* & ex eo Auban. *2. lib. c. 8. de morib. gent.* Tartaros Cathainos non habere alios, quam chartaceos nummos, quadratos, regisque ſigillo impreſſos, quos ubi vetuſtate abſumi cœperunt, in aulam referunt, & pro vetuſtis novos recipiunt. Aurum & argentum in ſuppellectilem impendunt. *Apud priſcum ſeculum*, ait Plut. *in Lyſand. utebantur ferreis virgulis ſeu obeliſcis, plærique & æreis.* Polydor. *Virg. lib. 2. de invent. rer. c. 20.* Eutrop. *lib. 2.* Budæ. *ad l. 1. de contrah. emt.* Hoſt. *libr. 1. de re numm. c. 7.* Pinell. C. *de reſcind. vend. part. 1. rubr. c. 1. n. 2.* & Iſidor. *16. c. 17. Etym.* pecuniam inde dictam putat, quod nummi de pecudum corio inciſi fuerint, licet à peculio pecuniam natam, veriſimilius ſit. Georg. Heniſch. *de aſſ. & part. ejus pag. 145.* Uſos verò Romanos ante Numæ tempora, σκυτίνοις καὶ ὀστρακίνοις, ſcorteis & teſtaceis nummis autor eſt Suid. *in verb. ἀσσάρια*, & de Carthaginenſibus Plato *in Dial. de divit. ſeu Eryx.* quod obſignatam pelliculam pro nummo adhibuerint, & viſa ſunt hujus rei ſimulacra plurima, in ſumma rerum inopiâ, quando Reſp. vel princeps rem quamvis viliſſimam pro auro & argento accipi juſſit, ſicut Clazomenii ferreum nummum percuſſerunt, cum argento deſtituerentur. Ariſt. *2. Oecon.* Fridericus II. dum expectaret argentum, interim corium ſolvit militibus, ut & Ericus lapides, comes Tendillanus ſchedulas dedit militibus, cum ſubſcriptione, quanti quamquè redimere vellet. Nebriſſ. *dec. 2. libr. tertio.* Et Dominicus Michael Dux Venetorum, in expeditione Aſiaticâ, alutinis nummis, remigibus & ſociis navalibus ſatisfecit. Sabell. *lib. 4. Ennead. 9.* Galli ab Eduardo fuſi in agro Pictonum, coriaceam monetam clavo argenteo transfixam in uſum adduxerunt. Froſſard. *lib. 1. Ann. in an. 1356.* Fridericus II. ab expeditione Hyeroſolimitanâ rediens, corium ſuâ imagine ab unâ parte, ab alterâ Aquilæ ſignavit, *manifeſto*

Tria pertinent ad jus monetæ.

7. *Æſtimatio monetæ quid ſit.*

Varia materia nummorum.

maneſeſto eſſempio, ut ait Summont. *lib. 2. hiſt. Neap. c. 8.* hæc enarrans: *che non la natura, mala eſtimatione de gli huomini & la Legge fanno il valore & il prezzo a i metalli ſignati.* Manifeſtius idem apparuit, cum Guilielmus I. omne aurum & argentum in ærarium ſuum conferri præcipiens, non aliam in toto regno Siciliæ monetam admitteret, præter coriaceam ſuis inſignibus impreſſam. Facell. & Johan. Villan. *in hiſt. Neapol.* Et quanquam principes, poſtquam neceſſitas expiravit, teneantur ad reſtitutionem damni, ſi quod inde timeatur: Iſern. *n. 13.* Afflict. *n. 9. verſ. etiam poteſt princeps, in c. un. quæ ſint regal.* Schneidvv. *de feud. part. 2. n. 119.* tamen hinc videmus, æſtimationem principis, valorem rebus dare in eo loco, ubi principis edicta valent. Quid enim eſt aurum, quid argentum, niſi error hominum, abſque quo ſi foret, non in majori eſſent precio, quam æs, aut ferrum: ſicut apud Æthiopes pretioſiſſimum fuiſſe æs, auro ligari homines ſolitos refert Herodot. *lib. 3.*

Cum enim Lycurgus auro & argento ex Laconum Rep. ſublato, ferrum tantum in precio habere juberet, Plutarch. *in Lycurg.* Juſtin. *lib. 3.* quis tum fuit ſplendor argenti? quæ dignitas auri? *Germani, ait Tacit. de morib. German. poſſeſſione & uſu argenti aurive haud perindè afficiuntur. Eſt videre apud illos argentea vaſa legatis & principibus eorum muneri data, non in aliâ utilitate, quam quæ humo finguntur. Scythæ,* ut ſcribit Solin. *uſum argenti & auri damnant, in æternum ſeſe à publicâ avaritiâ abdicantes.* Apud Hunnos olim argenti aut auri nec uſus nec poſſeſſio, vilium ac promiſcuorum commercia permutatione exercentibus: divitiæ ſolæ & gratiæ in armentis, maximè equorum. Callimach. *in Atti.* Nec hodiè Lappi Sylveſtres aurum & argentum habent, mercaturam commutatione exercentes. Sigiſm. Baro *in deſcript. glac. Oceam.* Indi ante Hiſpanorum adventum, proventuum permutatione mercabantur, non *lethali pecunia*, ut ait Martyr. *li. 10. dec. 3.* Hodiè argentum putamus habere undecuplam, aut ſi auti maior inopia, duodecuplam proportionem ad aurum. Romani Pontificis taxa addit adhuc dimidiam partem: Bodiſi. *6. de Rep. c. 3.* at ſi quæras, quæ ſit huius æſtimationis menſura, non aliam invenies, quam ordinationem Reip. Colligunt Budæus, Agricola & Covarruvias *ex Liv. li. 38.* quando aureum unum decem argenteos valiturum dicit, ſi Ætoli pro argento aurum dare vellent, auri ad argentum fuiſſe decuplam proportionem, quod etiam ex Pollu. *li. 9.* & is ex Menandr. inferunt. Rurſus ex Sueton. *in Othon.* collato cum Tacit. *li. 1. hiſtoriarum* concludunt iidem, Galbæ tempore auri unam partem æſtimatam fuiſſe duodecim argenti & dimidia: Veſpaſiani verò ferè quatuordecim, ex Plin. 19. *lib. c. 1.* quæ fuit etiam taxa tempore Arcadii, ut *ex l. un. C. de arg. pret. li. 10.* deducunt Molin. *de contract. q. 100. n. 779.* Antonius Auguſt. *li. 2. Emendat. c. 8.* Sed & quindecuplam fuiſſe auri ad argentum proportio-

Digitized by Google

proportionem ex Plin. *lib.33.c.3.* notavit Budæus *lib.3. de aſſe.* Agric. *lib.2. de prec.metal.* Hoſtus *lib.5.cap.4.* Stanislaus *Crepſius Pol: plures proportiones adjungens.*

Non dependet igitur ex ipſo metallo ejus pretium, ſed ex diſpoſitione Reip.ſicut Paulus ſufficienter docet *in d.l.1.in pr.de contrah.emt.* quando dicit: *Electa eſt materia, cujus publica aut perpetua æſtimatio, difficultatibus permutationum, æqualitate quantitatis ſubveniret, eaq; materia forma publica percuſſa uſum dominiumque non tàm ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate.* Per Quantitatem nihil aliud intelligi poteſt, quam æſtimatio, per quam valor materiæ aſſignatus eſt, vel quanti ipſa res cæteras valere faciat, ut putat Robert. *2.Sent.6.* vel quanti ipſa valeat, ut explicat Duaren. *lib.1. diſp. anniverſ.c.6.* Covar. *de monet.c.7.n.2.* Gothofr. *ad d.l.1.de contr.* Conſpicuè enim Florentinus *in l.Quæ extrinſecus 65.§ 1.de verb.oblig.* dum ait, *ſtipulanti denarios ejusdem quantitatis aureos ſpondendo obligaverit,* ejusdem valoris aureos intelligit, ut & Ulpian. *in l. A Divo Pio 15.§ 3.ff.de re jud* dicens, *pignora addicantur ea quantitate, quæ debetur,* pro rata debiti vult pignora debere vendi. Zaſ. *ad d.l.4.divo.nu.2.* Gothofr. *ibid.* Itaque Budæus, ut hunc ſenſum, ex verbis Pauli exprimeret, non opus habuit quantitatis dictionem mutare in qualitatem, cum quantitas ipſa apud Ictos ſignificet, quanti quæquè res ſit æſtimata, & hoc eſt potiſſimum in hoc monetarum jure, precium videlicet & valorem tam materiæ, quam ponderis præſcribere, ſignoque impreſſo teſtatum facere, ex quo facilè eſt dijudicare, diſputationem Ictorum an princeps valorem monetæ ultra ponderis æſtimationem extendere poſſit. Nam ipſius etiam ponderis æſtimatio à principe dependet & conſuetudine. Et de conſuetudine experimur quotidiè, quod precia nummorum augeat: conſuetudo vero & princeps pari paſſu ambulant. *c. ſuper quibusdam §.præterea in fin. de verb. ſignif.* Atque ita Leucon, cum pecuniis indigeret, juſſit omnem ad ſe monetam deferri, quo facto, novo ſigno impreſſo, juſſit unumquemque nummum duplo precio eſſe. Polyæn. *lib.6.ſtratag.* Romani primo bello Punico, cum impenſis Reſp. non ſufficeret, libræ æris pondere imminuto, quinque partes lucrifecere, & rurſus imminuit pondus Q.Fabius Max. cum Annibal ad portas eſſet, & dimidium lucrata eſt Reſp. Plin. *li.33.c.3.* Hiſpanorum quoque Reges auxiſſe valorem monetæ ex conſtitutionibus Henrici II. & Johan. I. conſtare dicit Covaruv *d.c.7.n.5. in fin.* nec eam ſibi poteſtatem Imperatores ademerunt. *l.1.2.& 3.C.de vet.num. pot.li.11.* quia legitimum pondus ibi intelligitur, quod ab ipſis Imperatoribus definitum eſt, ſicut etiam *in l.1.C.de ponder.li.10.* quando Quæſtori datur poteſtas reiiciendi monetam, licet Imperatoriam, niſi juſtum pondus habeat, non aliter pondus accipi debet, quam quod Imperatori placuit.

Æſtimatio dependet ab arbitrio Reip.

Quantitas moneta.

8. *Valorem an augeat majeſtas?*

Nec obſtat *c. quanto de jurejur.* quia rex Arragoniæ, quoad rem nummariam

Digitized by Google

mariam non habet plenam poteſtatem, ſiquidem, cum regni ſacris initiatur, jurare tenetur, ſe antiquæ monetæ leges minimè violaturum: *Bellug. in ſpec. princ.* Accedente verò conſenſu populi, qui hoc jus aliquo modo ſibi reſervarit, non dubium eſt, quin moneta poſſit effici deterior. Innoc. Joh. Andr. Panorm, *& Dd. in c. quanto, ubi argumentum eſt in Verb. irrequiſito conſenſu populi.* Laudenſ. *in tr. de monet. q. 8.* Hoſtienſ. *in ſum. de Cenſib. §. Ex quib. verò quid ſit moneta.* Præterea non reprehenditur Rex, quod monetam mutare voluerit, ſed quod falsã & illegitimam ſervaverit pro verâ & legitimâ. Aliud autem eſt precium rerum mutare, aliud eo non mutato, inſufficiens reddere pro ſufficienti. In hoc enim quis decipitur, in illo minus, quanquã nec hoc ſine juſtâ cauſa fieri debere præſupponendum eſt, quia ſemper in principe, ut actus éius ſit legitimus, juſta cauſa ſubeſſe debet.

Primum igitur in hoc jure eſt, æſtimationem ſeu precium monetæ definire, quæ Pomponius *in l. 1. §. ult. in fin.* & Paulus *in l. Titiæ 35. in pr. ff. de aur. arg. legat.* à materiâ, optima ratione, diſtinguunt, quia precium ſæpè ſuperat materiæ pondus, interdum ab eo deficit, ſicut Plutar. innuit, quando *in Phocione* nummos eos præſtantiores pronunciat, qui in minori materia plus valoris & precii complectuntur.

Bonitas extrinſeca & intrinſeca rectè explicatur

Quia verò valet nummus non tàm ex materia & pondere, quam ex impoſitione valoris, meritò invertit Molinæus *d. tr. de contr. q. 93. num. 696.* communem modum loquendi, quo bonitatem monetæ extrinſecam vocant valorem, intrinſecam, materiam & pondus. Nam quia valor dat eſſe, formam & nomen monetæ, meritò intrinſeca eius bonitas dicetur: reliqua verò extrinſeca, atque ita locutus dicit Azonem, Odofredum, Cynum & alios, à quibus non admodum diſſentit Covar. *d. c. 7. n. ult.* Sicut enim menſæ perfectio, ut menſæ, non ex materiâ ejus, ſed à formâ artificiali deſumitur: ita ſe res quoq; habet in monetis, quarum eſſe dependet tantum à voluntate hominum, ut non ſemel docuit Ariſt. *5. Eth. & 1. pol.* Materia verò monetæ aut remota eſt aut propinqua. Remota ut, charta, vel ferrum, vel tale aliquid, quod olim apud Tartaros, Lacedæmonios, Gallos monetæ materiam præbuit; propinqua, Æs, argentum, aurum, quorum hodiè in nummis uſus eſt. Romani diu uſi ſunt ſolis nummis ex ære, *Poſterius res inventa eſt, aurumq; repertum, Quod facile & validu & pulchru demiſit honorem.* Lucan. *lib. 5.* Nam Quinq; annis demum ante primum bellum Punicum argenteos ſculpſerunt, *ut teſtis eſt* Plin. *lib. 33. c. 3.* qui tamen centum duos annos, errore forſan Typographico, præter legitimum numerum adjicit, ut Glarean. *in Chronolog.* Liv. *obſervavit.* Aureum ſexaginta duobus annis poſt argenteum percuſſerunt teſt. Plin *ibid.*

9. *Princeps præſcribit materiam*

Solius autem maieſtatis eſſe materiam monetæ præſcribere, ex omnibus de hac re conſtitutionibus conſtare poteſt. Cum enim admixtione æris nummi

Digitized by Google

nummi corrumperentur, Tacitus indictâ capitali pœnâ vetuit metalla confundi: Vopiſ. *in Tacit.* & licet in re nummariâ nullibi maior ſit licentia, quam in Germaniâ, tamen Ferdinandus *in comitiis ann. 1559.* decreto ordinum, certam materiam, cuiq; nummorum ſpeciei præfinivit, quod & Maximilianus II. fecit *in comitiis ann. 1566. & in Edicto Ann. 1571. poſt comitia Spirenſia publicato, ubi in* §. damit aber ſolch vbermäſſig tollit obulos & nummulos minutulos, quod cum ferè toti ſint ærei, rem nummariam corrumpant, quâ de cauſa Carolus V. *in comitiis Nuremberg. Ann. 1524.* §. Item nach dem die Batzen Bacenos & ſemibacenos procudi prohibuit, & ubique pœnas graviſſimas interminatur falſas monetas percutientibus. *Conſt. crim. art. III. In edicto Maxim. 1570.* §. da aber Jemand/ *& in edicto An. 1571.* §. vnd ſonderlich wollen wir *in fi.* Quin etiam formam certam præſcripſit Ferdinand. *dict. conſt. Ann. 1559.* §. Wie aber vorgeſtelte / quæ tamen, quoad quid, à Maximiliano abrogata fuit, *An. 1566.* Vnd als ſie *& ſeqq.* non quod nummi non deberent ſignari imagine Imperatoris, quod in plærarumque civitatum monetis fieri videmus, ſed quod iſta nova forma contractus, ad menſuram Thalerorum conceptos, incertos effectura fuiſſet. 10.

Imagines imprimere poſſunt ſubditi.

Hoc autem ſolum ferè ex jure monetali ſubditis communicatur, quod imagines vel inſignia ſua nummis inprimere iis liceat, quod cum feciſſet Perennis prætorianorum Commodi præfectus capite plexus eſt, Herodian. *lib. 1.* Ærod. *lib. 2. rer jud. t. 9. n. 10.* ut & Ariander præfectus Ægypti, quem Rex Perſarum ob id ſecuri percuti juſſit, Herodot. *lib.* Valentin. Theodoſ. & Arcad. etiam illum puniunt, qui ſuper cudendo ære reſcriptũ imperatorium obtinuerit. *l. ult. C. de fal. mon.* Carolus V. arbitrariam pœnã ſtatuit iis, qui propria autoritate, quamvis nummos bonos cudunt. *Conſt. crim. Art. 111.* §. was aber der Münze jhre rechte/ nec negare poteſt Hippolitus, maieſtatis reum eſſe, qui jura maieſtatis temerè uſurpat, quamvis minus peccare putet, qui bonam, quam qui falſam monetam propria autoritate cudit. Falſa enim moneta criminis falſi pœnam paratam habet, ſed in maieſtatem committit, qui eius aliquod jus pravâ uſurpatione ſibi arrogat. Georg. Agric. 1. *de precio metall. in fin. in 3. genere numm. adult.* Obrecht. *diſp. de regal. n. 248.* Signum vero ſolum, niſi habeat coniunctam publicam autoritatem & facultatem mutandi rem ſignatam, minima huius regalis portio eſt. Theſeus nummum bove inſculpſit, ſicut & antiqui Rom. tum hoc, tum ove, aut ſue, Plut. *in Publ. in Capit. Rom.* unde peculii nomen & pecuniæ deductum, Plut. *d. lo.* Plin. 18. *c. 3. li. 33. c. 3.* ſimulque inde tractum, ut in æſtimatione rerum aliquid valere dicatur centum vel ducentis bobus, Plut. *in Theſ.* Poſtea Noctuas bobus ſubſtituerunt Athenienſes, unde illud ſervi: *Gylippum occultaſſe noctuas.* Plut. *in Lyſand.* Janus primus in Italia, ſuaſu Saturni, *ſi Straboni credimus,* nummum ſignavit roſtro nâvis, Nicol. Leonicus

Digitized by Google

libr.1.Var.in c.71. Matthæ. Hoſtus *lib.1.de re num.c.2. qui Ianum habet pro Noa.* quanquam ex Ovidio colligere eſt, Jani monetam fuiſſe informem, & à poſteris id ſigni additum. Inquit enim:

At bona poſteritas puppem formavit in ære
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Et certè Servium primùm æs ſignaſſe refert Plin. *lib.33.c.3.* Hoſtus *d. c.2.* licet Suidas *in verb. ἀσσάρια,* Numæ id tribuat, & ab eo nominis originẽ derivet. Aliæ gentes aliis ſignis uſæ ſunt, ut videre eſt apud Hoſt *lib.1.c.8.de re num.* Camer *hiſt.num.* Quodcunque autem ſignum monetæ imprimatur, conſtat non ab illo, ſed à publicâ autoritate nummum valere, cuius publicæ autoritatis ſignum teſtimonium præbet. Cicero *lib.3.de ll.* vel minoribus magiſtratibus poteſtatem ſignandi tribuit, quando in legibus ita ponit: *Minores magiſtratus, æs, argentum, aurumve, publicè ſignanto:* & Sylla tempore belli Mithridatici Lucullo ſignandi nummi in Peloponneſo negotium dedit, unde is nummus diu Lucullеus dictus fuit. Plut. *in Lucul.* Publica verò autoritas ea eſt, quæ leges, pondus, materiam & valorem nummis præſcribit, quod fieri ſolet in comitiis Univerſalibus, à quibus autoritas additur conventibus ſpecialiter, ob rem nummariam indici ſolitis, *In conſtit. Caroli V. 1521.* §. weiter als wir jetzo *in fin.conſt. 1524.* §. dergleichen hat der Müntz *conſt.1530.* §. dieweil auch viel gehabter/ aut iis examinibus, quæ quovis ſemeſtri in quaq; provincia inſtitui jubentur. *In conſt. Maximil. 1570.* §. ſintemal auch zur handhabung. Sed pondus certum cuivis nummorum generi definierunt Fridericus 3. *in conſt. Francof. 1442.* §. *Item* wenn auch dem heiligen. Carolus V. *conſt. Aug. 1551.* §. Nemblich als ſich bißher. Ferdinand. *An.1559* & Maximilianus II. *An.1566.* & *1570.* Et in ſumma Carolus V. *in conſt. Noremb. An.1524.* §. dergleichen hat der Müntz/ ſtatuit das alle Stände dem Reich gemäß müntzen ſollen/ ut ita omnia quæ ad rem nummariam pertinent, concludantur legibus & arbitrio imperii, à quo principibus civitatibusque conceſſa poteſtas, nunc ſuſpenditur, nunc diminuitur, nunc in univerſum aufertur, ut in prædictis conſtitutionibus abundè videre eſt: & Bodinus ſcribit *1. de Rep.c.ult.* omnibus Galliæ proceribus hoc privilegium, uno & eodem Franciſci I. edicto ablatum fuiſſe. Ideoque fruſtrà quærit Harprecht. *in comm.ad t.de publ. jud. Inſt.* §. *Item lex Corn. n.48.* qua pœna puniendi ſint, qui civitatum aut principum monetam corruperint, quia & hæc imperii moneta eſt, & non à civitate, quæ cudit, ſed ab imperio autoritatem habet, nec Carolus V. *in conſt.pœn. art.111.* ullam diſtinctionem facit inter monetas principum aut Imperatoris, æquali pœnâ utriusq; adulteratores perſequens.

Nummus omnis habet autoritatem publicam.

LIBER TERTIUS
DE
JURIBUS MAIESTATIS MINORIBUS.

CAP. I.

DE POTESTATE MAJESTATIS IN POSSESSIONES ET BONA privatorum.

SUMMARIA.

1. *Privilegia dignitatum & honorum cũ juribus maieſtatis non eſſe miſcenda.*
2. *Quod ſint omnia in ditione Maieſtatis, quæcunq; in Republ. etiam a privatis poſſidentur.*
3. *Nec tamen per ditionem Maieſtatis tollitur dominium privatum.*
4. *Quomodo dominium privatorum ſimul ſtare poſſit cum dominio univerſali maieſtatis.*
5. *Maieſtas non eſt nuda tutrix, aut administratrix Republicæ.*
6. *Itaq; ex multis cauſis poteſt jus nondum acquiſitum impedire.*
7. *Ius tamen ſemel acquiſitum tollere nequit, cuius cauſa redditur.*
8. *Improbatur conſuetudo Anglorum, qua Vaſalli heredibus, quam diu ſunt minorennes, Dominus aufert uſumfructum feudorum nobilium.*
9. *Maieſtas pro ſalute publica demum juſtè exerit imperium, quod habet in bona ſubditorum.*
10. *Vtrum Maieſtas bona Reip. invitis vel non conſentientibus ſubditis abalienare poſſit, quia eſt eorum domina.*
11. *Princeps nequit invitos ſubditos à Republ. avellere & diſtrahere.*
12. *Niſi in caſu neceſſitatis, aut utilitatis publicæ urgentis.*
13. *Pluribus probatur, quod princeps nequeat Remp. notabiliter deteriorem facere.*
14. *In parvis verò alienatio non eſt prohibita, ubi item, quæ dicatur parva Reipubl. læſio, quæ magna.*
15. *Graves Reipub. læſiones iterum rationibus damnantur.*

QUæ ex maieſtatis eſſentiâ prodeunt, aut ſummam in Rep. poteſtatem includunt, jura hactenus propoſuimus, ſequuntur cætera, quæ *minora Regalia* ſcholæ vocant, & ad *fiſcum* potiùs, quàm ad *perſonam* Imperatoris ſpectare dicunt. Vultej. *lib.1.feud.c.5.n.7.* Roſenth. *de feud.c.5.concl.3.* Sixtin. *de Regal.c.2.n.31.* Borcholt. *de Regal num 5.* Obrecht. *diſp. de Regal n.14.* Alia Regalia, ait Bocerus *diſp. de Regal. n.2. Imperatoriæ maieſtatis ſunt, alia fiſci: alia perſonalia, alia fiſcalia,* & in his enumerandis maximè conſumitur, *c.*

Digitized by Google

un. de Regal. quanquam monetæ, armandiæ, & poteſtas conſtituendorum magiſtratuum jam inter maiora à nobis explicata ſunt.

1. *Iura dignitatis.* Non negamus vero dari etiam jura quædam ſolius dignitatis, ſeu externi ornamenti, quæ *qui ſibi arrogaverit, ad ſimilitudinem læſæ maieſtatis eum periculum incurrere* ſtatuit Theodoſius: *l. temperent in fin. C. de veſtib. holo-Ver. lib. 11. adde l. Fucandæ. 1. C. quæ res veni: non poſſ.* *Purpura.* Et Nero *animadverſam matronam è ſpectaculis vetita purpura cultam, procuratoribus demonſtravit, detractamq; illicò non veſte modò, ſed & bonis exuit.* Sueton. *in Neron. c. 37.* Interdixerat enim Auguſtus, ne quiſquam, *niſi ſenator, qui cum magiſtratu eſſet, purpuram* geſtaret, quam jam vulgo ſumi videbat. Dion. *lib. 49.* Sed Nero uſum amethyſtini ac Tyrii coloris prorſus ſuſtulit. Sueton. *in Ner. cap. 32.* Ideoq; purpuræ uſus tranſit ad ædes Imperatorias, *l. temperent.* & ibi Cujac. *C. de veſtib. holover. li. 11.* Cujac. *lib. 12. obſerv. 22.* ejusque tinctura & commercia privatis interdicta ſunt, *d. l. fucandæ C. quæ res ven. non poſ.* ſicut etiam ſolius Imperatoris reſcripta purpurea ſubſcriptione luſtrantur, *l. ſacri affatus 1. de diverſ. reſcript.* quæ *encauti* nomine *ibidem* laudat Imperator, & *l. 1. §. 1. in pr.* *Flava cera in ſigillis.* *C. de colleg. lib. 11.* Rhodig. *lib. 7. c. 31.* perinde ut Gallorum reges ſoli flava cera in ſigillis utuntur, quod Ludovvicum Regem Renato regi Neapolitano magni beneficii loco conceſſiſſe ſcribit Bodin. 1. *de Rep. c. ult.* Tale jus apud *Privilegium cæſariei.* Francos erat privilegium Cæſariei, Johan Tilius *lib. 2. de rebus Gall.* quam nemini, niſi ex regiâ ſtirpe nato, geſtare licebat. ſicut Agathias *lib. 6. bell. Goth.* Clodamirum regem Franciæ (Clodovæum fuiſſe putat Hottom. *Francogall. c. 9.*) à Burgundis cognitum fuiſſe, ſcribit quod longa ipſi cæſaries à capite dependiſſet, quô facit etiam quod Clotildis Regina malebat nepotes ſuos interfici, quam tonderi, Greg. Turon. *lib. 3. c. 18.* Aimon. *lib. 2. c. 12.* Gill. *in pr Ann.* quoniam cum comis ſciebat ipſis unà ablatum iri ſpem regni, ſicut ex deliberatione Chotharii & Childeberti *apud eundem* Gregor. videre eſt, & ex eodem *lib. 6. c. 24.* quando ſcribit, *Francos rebellaſſe contra Theodoricum, eumq; deieciſſe de ſolio regali & totondiſſe,* quo ipſo viam illi ad regnum præcluſam volebant, quia ſine cæſarie ſolium nemini fas erat aſcendere. Aimon. *lib. 1. c. 4. lib. 3. c. 61.* Cum verò honorum iſtorum certus non detur numerus, ſintq; alii in aliis Rebusp. imò non rarò tribuantur etiam à ſolida maieſtate longè remotis, ſicut ducem Venetorum, licet regiâ poteſtate minimè præditum, regiis tamen inſignibus & ornamentis uti ſcribit Contar. *lib. 1. de Rep. Venet.* ideo tertium ordinem maieſtatis inde non conſtituimus: Sed ad jura fiſcalia, quæ feudiſtæ ſub titulo minorum regalium proponere ſolent, pergimus.

2. *Omnia eſſe principis.* Horum fundamentum & rationem, præeunte Joachim. Steph. *li. 3. de Iuriſdict. c. 8. n. 2. & ſ.* non aliunde accerſimus, quam quod maieſtas omniũ rerum in Rep. ſit Domina, *l. deprecatio ad l. Rhod. de [illegible]. dicat 23. q. 5. c. conventor,*

venior, ibi, in poteſtate eius eſſe omnia: & Imperatori licere omnia, ipſius eſſe omnia 23. q. 8. Nov. 7. §. ſi minus, ibi multorum Dominum, jureque *civili omnia ſint Imperatoris*, ut ait Sen. *lib. 4. de benef. c. 4.* aut, ut Imperator ipſe, *eſſe intelligantur, l. benè à Zenone §. ſed ſcimus, C. de quadr. præſc.* qui tamen de fiſcalibus & patrimonialibus bonis tantum loquitur, Gothofr. *ad l. d. Benè* utiturq; verbo *intelligitur*, quod eſt improprietatis quodammodo ſignificativũ, fictionemq; importat, *ut in l. Rem in præſenti 1. in pr. ibi. intelligi eam eſſe adhibitam. C. de rei uxor. act. in l. ſi tibi homo 86. §. 2. ibi eius intelligatur ff. de legat. 1.* Heig. *lib. 2. q. ult. n. 141.* Arnold. Feron. *ad conſuet. Burdegal. lib. 1. t. de retract. §. 4. in fin. lib. 2. t. de feud. § 3. in fin.* Sed Plinius de bonis privatis loquens, *in Panegyr. Tantum*, ait, *Principis eſt, quantum omnium.* & Syriæ, Meſopotamiæ, Libyæ & Ciliciæ populi regis Nabuchdonoſoris ſubditos ſe conſtituentes, hoc jus ipſi concedunt: *Omnis*, inquiunt, *civitas noſtra, omnisq; poſſeſsio, omnes montes & colles & campi & armenta boum, gregesq; ovium & caprarum, equorumq; & camelorum, & univerſæ facultates noſtræ & familiæ in conſpectu tuo ſint, ſint omnia noſtra ſub lege tua. Nos etiam & filii noſtri, ſervi tui ſumus. Iudith. 3.* Nec non per legem regiam Samuelis Regi datur dominium in filios & filias, agros, vineas, oliveta, ſervos & greges ſubditorum. 1. *Reg. c. 8. ut notat gl. in proœm. ff. in Verb. ſanctionem*: Daniel verò apertius, *omnia, in quibus habitant filii hominum, petras agri, volucres cæli, & univerſa* conſtituit *ſub ditione regis. Dan. c. 2.* Et Samuel ad Saulem de jacturâ aſinarum ſollicitum: *Cuiusnam erit, quod optimum habetur in Iſraël, an non Tuum erit, tuæq; familiæ, 1. Samuel c. 9.* quò reſpicit Günther *lib. 3. Quicquid habet locuples, quicquid cuſtodit avarus, Iure quidem noſtrum eſt, populo concedimus uſum.*

3. *Dominiũ privatum.* Quod ut rectè accipiatur, meliusque quantum juris regi ex bonis, quæ in Rep. continentur, competat, appareat, ſimulque Danæi error deprehendatur, qui planè falsò aſſeri ſcribit, Imperatorem eſſe dominum eorum, quæ ſunt in terra, *lib. 2. Eth. Chriſt. c. 12.* paulò accuratius conſiderandum venit. Nam, dicente Sen. *lib. 7. de benef. c. 4. Illa, quorum ad regem, pertinet univerſa poſſeſsio in ſingulos dominos deſcripta, & unaquæq; res habet poſſeſſorem ſuum. Itaq; dare regi & domum & mancipia poſſumus, nec donare ille de ſuo dicimur.* Rei autem ſua donatio nulla eſt, quia nec acquiſitio. *l. 4. C. de contr. emt.* Imperator ipſe *Inſt. de rer. diviſ. in pr.* res ſuas proprias privatis aſſignat, easq; collocat extra δεσποτείαν ſuam, ut vertit Theophilus ideoq; *in l. benè à Zenon. C. de quadr. præſ.* datur intra quadriennium Domino actio contra fiſcum Imperialem, ad rei ab Imperatore alteri donatę vendicationem, quę actio nemini competeret, ſi omnia pertinerent ad proprietatem Imperatoris. Archidiac. *ſup. gl. 1. in c. conventor. 23. q. 8.* Jam vero *duorum in ſolidum dominium vel poſſeſsio eſſe non poteſt, l. ſi ut certo 5. § fin. Commod. l. poſsideri 3. §. ex contrario 5. de acquir. poſſ. l. duo inſolidum de precar.* quò reſpiciens Tetullian. *in lib.*

Digitized by Google

Principes adminiſtratores. *in lib. de Idololatr. Si omnia*, inquit, *permiſſa ſunt principi, quid erit DEI?* & Bucherius argumentatur *lib. 2. c. 20. de abdic. Henr. 3. Si regis ſunt omnia, Ergo nihil poſſidetur à ſubditis*, quo argumento Roſſæus quoque *c. 2. num. 9. de juſt. Reip. autor.* principi aufert omne dominium, nudum curatorem eum conſtituens Rerump. ad eum modum, quo tutor res ſui pupilli gubernat, indeque Domini loco habetur, *l. interdum 56. §. 4. de furt. l. tutor. 27. de adminiſt. & peric. Tutor. l. qui fundum §. 3. pro Emtor. arg. l. vulgo de in lit. jur.* ſicut & apud Græcos tutor mulieris dicitur κύριος τῆς ἀνθρώπου, Paul. Mont. *tr. de jur. tut. & curat. c. 31. num. 2.* in quem ſenſum in ſacris literis filius, quàm diu ſub tutela eſt οὐδὲν διαφέρει δούλου. *4. ad Galat. cap. 4.* Et ſanè Iohannes IIX. etiam reges & principes non aliter quam *adminiſtratores ſecularium dignitatum* nominat. *c. Adminiſtratores 23. q. 5.* Alexander etiam Severus, ſe publicum tantum diſpenſatorem ferebat, cum diceret *nefas eſſe, à publico diſpenſatore prodigi, quæ provinciales darent*, Lamprid. *in Alex.* ut & Maximus, qui in oratione, quam ad milites poſt electionem ſuam habuit: *Nobis* inquit, *diſpenſatio tantum atq; adminiſtratio principatus unà vobiſcum, milites, demandata eſt*: Herodia: *lib. 8.* Fridericus I. ad ſtatus Italiæ, ita verba fecit: *Imperii Romani apud nos adminiſtratio, penes vos vero, qui optimates regni eſtis, autoritas reſidet, &c.* Sigon. *lib. 12 hiſt. Ital.* Leonem imitatus, qui *Novell. 109.* Deum dicit Imperatoribus *univerſi orbis adminiſtrationem* dediſſe. Pertinax nomen Imp. publicis prædiis inſcriptum eradi juſſit, quaſi ad ſe non pertinerent: Herodian. *in Pert.* Carolus M. ſe Imperii *non Dominum, ſed gubernatorem* appellavit. Vaſq. *lib. 1. illuſtr. qq. c. 20.*

4. *Quatenus omnia ſint ſubiecta maieſtati.* Cæterum hæ aliorum orationes adulationem, aliorum modeſtiam ſapiunt: JCti vero hanc rem ita deciderunt, ut res ſuas privatis dominis aſſcriberent, *ratione proprietatis*: Regi verò vel maieſtati, *ratione protectionis, juriſdictionis & adminiſtrationis*, cuius deciſionis autor laudatur Bulgarus, qui Cæſari roganti, quomodo omnia eſſent Imperatoris, *ratione juriſdictionis* reſpondit, teſte Accurſio *in proœm. ff. in verb. ſanction.* Sic gl. *in c. jus militare, in verb. principis portio diſt. 1.* & Abbas *in c. quæ in Eccleſiar. de conſt* ex Sen. qui dicit: *7. de benef. c. 3. Omnia Rex imperio poſſidet: ſinguli dominio*, omnia dicunt eſſe regis, quoad *tuitionem*, & eadem gl. *in c. convenior. in ver. omnia*, & ad eam Archid. *23. q. 8.* addit *juriſdictionem*, ſicut & gl. *in l. Barbatius in ver. multò magis de off. prætor. in d. l. benè à Zenon. §. ſed ſcimus, in verb. omnia principis*, & ibi Salicet: *col. 1. num. 5.* dominium Imperatoris limitant ad *juriſdictionem & protectionem*, quam communem opinionem eſſe dicit Alber. de Roſate *in proœm. ff. num. 5.* ubi Bartol. *num. 3. & Dd. cum gl.* ibidem Cyn: *q. 1.* Alber. *num. 2. ad l. benè à Zenon.* nec non Felin. *num. 11.* Panorm. *n. 26. & Dd. ad c. quæ in Eccleſ. de conſtit. eandem ſequuntur.* Paul. Caſtr. *conſ. 56. videtur dicendum, num. 2. vol. 2.* Zoan. *de Rom. Imp. num. 150.* Vivius *comm. opin. Verb.*

Impera-

Digitized by Google

Imperator Sot. *de juſt.& jure lib.4.q.4.art.1.* Anton.de Padrill. *in l. altius n.5. C.de ſervitut.& aq.* Hottom. *Illuſt.q.1. ad fin. Con.2. incip.* Durchleuchtiger/ *lib.4.juris foreſt.* Noê Meurer. Warem. ab Erenb. *de Reg.ſubſid.& oner.ſubdit. c.15.n.7.8.9.* Matth. Steph. *lib.2. de jurisd.c.1.n.55.& ſeqq.* Ludovv. Molin. *tr.2.de juſt.& jur.diſp.25. in pr.* Ita enim dominium privatum ſimul ſtat cum dominio Univerſali, verumque fit, quod Symmachus ſcripſit ad Imperatores. *lib.10. Ep.54. omnia regitis, ſi ſuum cuiq; ſervatis.* Eſt apud Scotos lex: *Nemo fundum, agrum, prædium alia quam regis autoritate poßideto*, Hector. Boet. *lib. 12. hiſt.Scot.* id quod generalius de omni regno enuntiat. Auguſt. *c. quo jure diſt.8. Vnde quiſq; poßidet, quod poßidet, nonne jure imperatorio? Tolle jura Imperatorum, & quis audet dicere, mea eſt iſta villa, aut meus eſt ille Servus, aut domus hæc mea eſt? &c.* nec tamen dominium hoc regum tollit proprietatem bonorum privatorum, quia diſtinguendum eſt inter ea, quæ poſſidentur *communiter, publicè, univerſaliter & à ſingulis. Inſt.de rer.diviſ.in pr.*

Aliud enim eſt dominium jurisdictionis, quod in imperio & gubernatione conſiſtit: aliud Univerſitatis, quod univerſitas habere poteſt circa territorium ſine jurisdictione & proprietate: aliud dominium privatū, quod proprietatem rerum infert: Caſtrenſ. *d.conſ.56.n.2.lib.2.* Covar. *part. 2. relect. c.peccatum §.9. n. 8. de Reg. I.* & ex eo Matth. Steph. *2. Iurisd.c.1.n.57.* & hæc tria tantum abeſt, ut mutuo ſe impediant, ut ſine abſurditate ſimul ſtare poſſint, id quod iterum Senec. oſtendit *lib.7.de benef.c.4. Fines,* inquit, *Athenienſium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt, & totus ager, aut* (ſic legunt aliqui) *vicus Reip. eſt pars, deinde ſuo quaque domino cenſetur.* Et Plin. *in Paneg. Non exturbatis prioribus dominis omne ſtagnum, omnem lacum, omnem ſaltum poſſeſſione circumvenis, nec unius oculis flumina, fontes, maria deſerviunt. Ecquid Cæſar non ſuum videat? tandemq; imperium principis quam patrimonium, maius eſt.* Docent enim Phyſici duplicem eſſe intentionem naturæ, *Vniverſalis & particularis*, quarum hæc vergit tantum ad conſervationem individui, de qua in Phyſicis *tract.de mat. prim.* interpretati ſumus illud Scalig. *exerc.* abſurdum videri, ſi appetitus materiæ expetat potius viliſſimam vermium quam nobiliſſimam hominis formam: illa verò, quia dirigitur ad conſervationem ſpecierum, & ad imitandam æternitatem primæ cauſæ, conſequenter etiam dilabitur ad corruptiones, ut totum univerſum ſalvum, & ſpeciebus perfectioneq; ſuâ plenum remaneat. Non aliter ſe res habet in politia civili, ubi privati patresfamilias rebus ſuis utuntur ad familiæ ſuæ conſervationem, quem finem Oeconomiæ facit Ariſt. *in Oecon.* Xenoph. *in Oecon.* Aver. *tr. 3. pol.* verum maieſtas ſuperveniens, omnia Reip ambitu comprehenſa, redigit ad utilitatem publicam, quoniam ſine ſalute Reip. nec res privata cuiusquam ſalva eſſe poteſt. Quod ſi in hoc caſu nonnunquam cogatur manus inferre

Diſtinctio dominiorū

Digitized by Google

bonis privatis, non aliter id pati debent ſubditi, quàm res naturales, quas ab Univerſali cauſa deſtrui videmus, ne ordine & perfectione ſuâ careat Univerſum.

5. *Dominiũ univerſale Maieſtatis quale ſit.* Atque hoc eſt illud dominium, quod in omnium bona ſibi vendicat maieſtas, quod non tantum in adminiſtratione tutoriâ vel curatoria conſiſtit, quomodo Imperatorem, de quo tamen ratio ad cæteros Reges diverſa eſt, tantum Uſufructuarium facit Paurmeiſt. *lib. 2. Iurud. Rom. c. 4. n. 56.* & adminiſtratorem, Matth. Steph. 2. *de jurud c. 1. m 1. n. 11.* ſed multò ampliorem includit poteſtatem. Nec enim adminiſtrator tantum aut curator Reip. aut ut loquitur Sen. *lib. 1. de clem. c. 4. tutor ſtatus publici*, dicitur Rex, ſed ſi majeſtas penes eum ſit, ſicut in Democratia tota Reſp. reſidet penes populum, non ratione nudæ adminiſtrationis, ſed etiam dominii: ita eandem penes ſe habet Rex. Si enim non haberet, dominium transferre non poſſet, *l. obſervare §. ult. de off. proconſ. & leg. Theophil. in §. per tradit. Inſt. de rer. diviſ.* Nec tantum denominatur adminiſtrator, *ut in c. adminiſt. 23. q. 1.* ſed etiam *pater populorum*, quod nomen plus infert, quam curatoris. Ideoque ſæpè leges regni patiuntur, ut de rebus Reip. ſuo arbitrio diſponant reges, modò id ſemper ſubintelligatur, *ne publicam ſalutem lædant*, quod nec patri licet in filios, quibus ſine juſtâ causâ legitimam prævertere non poteſt. Ita Pyrrhus de ſucceſſione filiorum teſtamentum condidit. Pauſan. *lib. 1.* Attalus Aſiam, Nicomedes Bythiniam populo Romano teſtamento reliquit. Paterc. *lib. 2. in princ.* & Attalus quidem cum ſcripſiſſet: *Populus Rom. bonorum meorum hæres eſto*, populus Rom. nomine bonorum univerſum regnum intellexit. Flor. *lib. 2. c. 20.* Eutrop. *lib. 4. Epit.* Liv. 68. *Quis ignorat regnum Aegypti, teſtamento regis Alexandrini, populi Romani eſſe factum*, ait Cic. *de leg. Agrar. contra Rull.* Praſutagus Icenorum Rex *longa opulentia clarus. Cæſarem hæredem duasq; filias ſcripſit, ratus tali obſequio regnum & domum ſuam procul injuria fore.* Tacit. *lib. 14. Annal.* Auguſtus Tiberium in ſpem ſucceſſionis adoptavit, quoniam, ut in teſtamento dicebat, *ſiniſtra fortuna Cajum & Lucium filios ipſi eripuerat*, Sueton. *in Aug. c. ult. in Tib. c. 23.* eundemque cum hęredem ſcripſiſſet ex parte dimidia & ſextante, ſucceſſorem hoc ipſo ſibi deſignavit: Sueton. *dict. loc.* Tacit *1. Annal.* cuius exemplum omnes inſecuti ſunt Imperatores, niſi quos vis aut dolus ea poteſtate exuebat: ipſe etiam Conſtantinus M. inter tres filios imperium diviſit. Zoſim. *part. 2. hiſt.* Socrat. *lib. 3. hiſt. Eccl. c. ult.* Euſeb. *lib. 4. de Vit. Conſtant.* Carolus item M. de eâ re teſtamentum condidit, ut & filius eius Ludovvicus Pius, quæ adhuc extant. Nec adeò antiquum eſt jus eligendi Cæſares, ut Zoan. *d. tr. de Imp. Rom.* Petr. de Andl. *in lib. de Rom. Imp* Lupold. *de jur. Imp. præſupponunt*, ſed cum primi Imperatores Germanorum jure ſucceſſorio imperium obtinuiſſent, Pontificum Romanorum excommunicationes, & principum diſſenſiones

Princeps ſæpè diſponit de Rep.

ſiones

ſiones ſucceſſionem ſenſim demutarunt in Electionem. *Henricus Auceps*, ait Crantz. *lib. 2. Sax. c. 13. Ottonem filium deſignavit ſucceſſorem, ſecutus exemplum prædeceſſoris ſui Conradi, qui ſe moriens hæredem declaraverat. Nec longè erat à conſuetudine Carolinorum, ut deſignaret pater, quem vellet ex filiis ſibi in Imperio ſurrogari. Nam Carolus M. aſſumſit vivus Ludovvicum, & ille Lotharium filium conſortem fecit Imperii.* Rudolphus Rex Burgundiæ regnum ſuum Conrado II. qui Salicus cognominatur, teſtamento tradidit, quod is, ejecto inde Ottone duce Belgico, Germaniæ incorporavit Carol. & Peuc. *lib. 4. Chr.* Fridericus II. regna ſua hæreditaria teſtamento diviſit inter filios & nepotem. Summ. 2. *hiſt. Neapol. c. 8.* Gizericus Rex Vandalorum ſuccedere juſſit teſtamento eum, qui ſibi ſanguine proximus & natu maior eſſet. Procop. *lib. 3. bell. Vandal.* Reliquit etiam Ladiſlaus Ungarus de Colomanno & Armo ultimam ſuam voluntatem tabulis conſignatam, Mich. Ricc. *in Epit. hiſt. Vng.* ſicut poſtea etiam Ludovicus de Mariâ & Hedvvige filiabus, earũque ſponſis, quibus Ungariam & Poloniam diſtribuit. Bonfin. *dec. 3. lib. 1.* Crom. *hiſt. Pol.* Ideoque meritò taxat. Hottom. *q. 1. illuſtr.* Albertum Cranzium, quod *lib. 2. Dan. c. 4.* ita ſcripſerit: *Vnguimus Gothorum Rex, quem Haldanus poſt ſe regni moderatorem in Dania deſignavit, Norvegiæ, Haſmundum impuberem filium relinquens, novum & ante hac incompertum munus teſtamento datum. Equidem ædes, agros, prædia, vineas & his ſimilia teſtamento dari audivimus: regnum autem præſtare charta beneficio, prodigii loco habitum* eſt. Ut enim hoc ante tempora Haldani in Daniâ factum non ſit, tamen alibi in uſu fuiſſe, & prædicta exempla docent, & ipſe *d. c. 4.* negare non poteſt. Quin etiam *lib. 3 Sax. c. 13.* Henricum Aucupem teſtamentum feciſſe, & Ottonem filium Imperatorem deſignaſſe ſcribit. Conſtat verò curatorem tutoremque de bonis pupillorum minorumve ſuorum nihil, nec conſentiente lege, diſponendi facultatem habere, quoad hæredes eorum: multò minus quidquam in præjudicium eorum poſſunt agere, cum nec in utilitatem pupillorum bona immobilia diſtrahere poſſint, niſi interpoſito decreto cum omnibus ſolemnitatibus, & ex causa in legibus expreſſa, quæ eſt, *ſi æs alienum urgeat, nec aliter ſolvi poſſit. l. 1. §. & ſunt, l. magis puto 9. & 10. l. quæ tutores 5. de* 6.
adminiſt. tutor. l. minorum. l. ob æs, C. de præd. min. non diſtr. Roland. à Valle *conſ.* Maieſtas
33. n. 2. lib. 1. Paul. Mont. *de jure tutel. c. 33. per tot.* Maieſtas verò ex multis impedit
cauſis, modo illæ juſtæ ſint, & imprimis intuitu publicæ utilitatis bona ſua jus quærendum.
alicui auferre poteſt. Poteſt enim jus alteri quærendum impedire ad tempus, ut quando dilationem debitori concedit, *l. quoties. C. de precib. Imper. offer. gl. in l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ. Dd. in c. quæ in Eccleſiarum* Hoſtienſ. *n 4.* Johan. Andr. & Abb. *uterq; n. 12. de conſtit.* Zaſ. *ad l. princeps, num. 18. de ll.* Tapia *c. 1. num. 64. de conſt. princ.* Tiraq. *de utroq; retractu 1. p. §. 1. gl. 4. num. 122. & 2. p. §. fin. gl. 4. in Rep. l. ſi unquam in Verb. donatione largitus n. 181. & ſeqq. C. de*

revoc.dou. Moller. *in conſt.Saxon.part.2.c.8.n.8.* aut appellationem deſertam reſtituit, Zaſ. *d.l.n.14.* aut ſpurium legitimat in præjudicium ſucceſſorum feudalium, *gl.in §.naturales,ſi de feud.defunct.ibid.* Bald.*n.7.* Alvarot.*n.4.* Præpoſ.*n.5.* quoniam jus illud, quod in ſpe ſuccedendi conſiſtit, nondum poteſt in bonis noſtris numerari, *l.precia rerum ff.ad l.Falcid.* Gail.*li.2.obſ.142.n.14.* Roſenth.*de feud.c.7.q 19.n.28.&q.46.n.5.* Brun.*conſ.1.n.59.verſ.quarto facit*, in primis cum non ex pacto, ut vult Schrad. *de feud.par.2.de ſucceſſ.deſc.maſc.ab inteſt.limita.2.* ſed ex conſuetudine, feudorum ſucceſſio deferatur, cui Imperator obrogare ſine controverſiâ poteſt. Forſter.*de ſucceſſ lib.6.c.36.& ſeqq* Itaq; ſine injuriâ poteſt jus agnatis acquirendum ſuſpendere, & legitimatum iis præponere *per l.2.& 3.de natal.reſtit. & tot.tit.C.pro quib.cauſ. ſerv.pro pœu.lib.* quam communem opinionem faciunt Ruin.*conſ.36.n.18.li.1.* Boër.*deciſ.123.n.6.* Clar.*§.feud.q.82.* Forſter.*d.lib.c.39.n.4.* Michael Graſſ. *de ſucceſſ. q.19. num. 15.* apud quem Roſenth. *d. q. 19. in gl. lit.* EE, vide copiam autorum, Tapia *in d. c.1. num. 66. de conſtit.* Covar. *lib.3. variar. reſol. c.6. num.2.& 3.*

7. *Ius acquiſitum non tollit.* Si verò jus jam ſit quæſitum, non tantum dicendum videtur, non facilè debere principem aliquem natalibus reſtituere, niſi conſentiente domino, *l.interdum in fin.de natal.reſtit.* Sed ne omninò debere quidem jam jus quæſitum alicui auferre. Nec nullum hâc in re eſt peccatum Urbani pontificis, qui jamdiu poſſeſſum Caſtiliæ regnum Petro regi eripuit & Henricũ Spurium, ut fratrem excluderet, legitimavit, Froſſard. *li.1.c.230.* cum aliâs Pontifex ad feuda legitimare non queat. Nam in hoc communibus votis damnatur Angelus *in l.Item ſi verberat: ff. de rei vindic. & in l.3. §.ſi is pro quo ſpoſpond. ff. quid quiq; juris, in l. Lucius ff. de evict.* quod dixerit *eos mentiri per gulam, qui id principi licere negent*, nec longè abeſt à Tyranno Caligula, quando ſcribit ad procuratores, *triumphum apparent, quam minima ſumma, ſed quantus nunquam alius fuiſſet, quando in omnium hominum bona jus habeat.* Suet. *Calig.c.47.* Neronis verò vox, qui, ſi quod alicui officium delegabat, hoc etiam adjicere ſolebat. *Hoc agamus, ne quis quicquam habeat*, prorſus tyrannica eſt. Suet.*Neron.32.* Id enim differt dominus, ſeu, ut Plato indigitat, *Δεσπότης li.3.de ll.* à rege, quod is ſe rerum & perſonarum dominum conſtituat, ſicut M. Chamus occupato imperio Tartarorum, non tantum principes à principatu juſſit decedere, ſed ut obœdientiam ſibi ſuam probatam redderent, ſingulos primogenitum ſuum propriâ manu mactare juſſit, quod, quia principem eum divinitus conſtitutum putabant, recuſare non audebant: ut ſcribit Hatto *Armen.hiſt.* Tartar. *c.16.* Rex verò hoc dominio non utitur, niſi urgente neceſſitate, aut pro ſalute publicâ. Certè Auguſtus propterea forum fecit anguſtius, *quod non auderet poſſeſſoribus extorquere proximas domos.* Sueton. *Aug. c.56.* Tiberius, cum populus hiſtrionem quendam manu

Rex non expedit jus ſuum, niſi urgente neceſſitate.

manu mittere cuperet, non prius aſſenſus eſt, *quam Domini precium pro ſervo accipientis id voluntate fieret.* Dion. *li.57.* Leo Imperator revocat ſervos, monaſterium invitis dominis ingreſſos, *conſt.10.* eosque ipſi Canones repetunt, *c.1.& c.2. de ſerv. non ordinan.* quamvis aliàs jura Eccleſiam maximo favore proſequantur. Adrianus reſcripſit, non videri libertatem legitimè datam, quam populi Romani in theatro clamor, invito Domino, præ[illegible]meretur extorſiſſe, ideoque ſervum Domini privato arbitrio reddendum ſtatuit. Quod enim *noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, l. id quod noſtrum 11. ff. de* R. I. & quæ injuſtè fiunt, principem facere non oportet: *l. digna. vox. C. de ll. l. cauſas, C. de transact. l. 2. C. ſent. reſcind. non poſſ. l. autoritatem C. unde vi. l. ſi teſtamentum 10* & ibi Jaſ. *C. de teſtament.* Caſtald. *de Imp. q. 111.* imò ne fieri quidem poſſe putantur, quæ inhoneſtè facienda eſſent. *l. filius, qui fuit, ff. de condit. inſt. l. nepos Proculo ff. de Verb. ſignif. c. faciat homo 22. q. 2. c. fin. de reſcript. in 6. gl in Clement. ſæpè inver. poterit de V. S.* Rauchb. *lib. 2. qq. q. 11. n. 37.* Quanquam enim principi data ſit omnis poteſtas, nulla tamen datur *ad malè agendum, vel alienum auferendum*, ut dicit Bart. *in l. fin. n. 2. ad fin. C. ſi contr. jus,* Vaſq. *q. li. 1. illuſt. qq. c. 26.* Dauth. *de teſtam. ad l. 1. ex imperf. declar. 4.* C. Zaſ. *conſ. 10. n. 7. li. 2.* quia conſtitutus eſt ad faciendam juſtitiam, Ezech. *c. 45. 3. Reg. 10. c. ſcelus 2. q. 1.* & magna regna nihil differunt à magnis latrociniis ſine juſtitia. Aug. *4. Civit.* DEI *c. 4.* Peccati autem loco habetur, quicquid fit contra juſtitiam. Juſtitia autem eſt conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi: id quod etiam inter principia juris commendatur. *Juſtitiæ proprium eſt, alienum non attingere,* ait Lactant. *c. 17. de juſt. ex Carneade* & Plat. *li. 1. de Rep. non eſt opus juſti nocere amico vel alteri cuiquam, ſed ejus contrarii* ſc: iniuſti. Connan. *li. 1. c. 1. & 2.* Budæ: *in l. Juſtitia ff. de juſt. & jur.* Nec minus principi quam ſubditis dictum eſt: *Non concupiſces domum proximi tui:* imò ad ipſos principes mandatum manifeſtum proponit Ezechiel *c. 46. Non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, ut eos exturbet de poſſeſſione: Sed de poſſeſſione ſuâ hæreditatem dabit filiis ſuis, ut non diſpergatur populus meus unusquisq; à poſſeſſione ſuâ:* Et ad Achabum mittitur Elias cum his mandatis: *occidiſti inſuper & poſſediſti: Ergo in loco, in quo linxerunt canes ſanguinem Nabothi, lambent quoq; ſanguinem tuum, 3. Reg. c. 21. c. conventor Verſ. Naboth. 23. q. 8.* quibus concinit Cicer. *2. offic. Videndum,* inquit, *erit ei, qui Remp. adminiſtrabit, ut ſuum quisq; teneat, neq; de bonis privatorum publicè diminutio fiat.*

Suũ cuiq; relinquere jubet juſtitia & lex divina.

Nec diſtinguimus hic inter modos, quibus res acquiſita fuit, quod faciunt plerique, qui licet naturaliter acquiſita à principe tolli poſſe negét, quia contra jus naturæ nequit diſpenſare, tamen de iis, quæ civiliter acquiruntur, diſtinguunt, quoniam jus Civile conſiſtit in arbitrio principis. Bartol. *in l. fin. n. 9. C. ſentent. reſcind* non Felin. *in c. quæ in Eccleſ. n. 48.* & ibi Dec. *n. 25. de conſt.* Jaſon. *in l. ex hoc jure n. 49. ff. de juſt. & jur. & in l. Si teſtam. 10. n. 4.* de te-

An civiliter acquiſita à maieſtate tolli queant.

*de teſtam.& in l.Barbarius,n.24.& ſeqq.ff.de off.prætor.*Mynſing.*Cent.5.obſ.97.n.10.* & plures alii quos referunt Andr.ab Exea *de pact. n.147.* Pinell.*part.1.rubr. n. fin c.1.C.de reſcind.vendit.* Nam quocunque modo res acquiſita ſit, poſſeſſio eius ſemper eſt de jure gentium. Pinell.*d.tit.c.2.num.4.26.* Zaſ. *ad d.l.princeps n.17.& ad leg.cum hæredes n.13.ff de acquir.poſſ.*Cravett.*Conſ.5.n.4. conſ.7.n.10.de antiq.temp.part.1.c.1.num.53.* ſemperque peccat princeps in juſtitiam, dum rem,quæ legitimo jure mea eſt,aufert.Vaſq.*li.4.Controv.Illuſt.c.1.n.10. Ubiq; naturam violat qui alteri nocet*,ait Ambroſ.*li.3.off.c.4.*& Cic.*lib. 3. off.detrahere alteri ſui commodi cauſa, magis eſt contra naturam, quam mors, quam dolor,quam cætera generis ejusdem.* Ubiq; *contra naturam eſt, cum alterius damno diteſcere,l.jure naturæ 226.de R.I.l.nam hoc natura de condict. indeb.l.prætor,§.10.ne quid in loc.publ.cum concord.* niſi ea res ex puro principis beneficio & ab ejus voluntate dependeat, §.*ſed & quod principi Inſt.de jur.nat.gentium, l.nihil tàm naturale de R. I* quanquam nec ſic plenitudine poteſtatis ubi debet,ſine cauſa, ne & ipſe notam inconſtantiæ incurrat, ſuaq; ipſius placita deſtruere velle videatur,*l ſi quando.C. de inoffic. Teſtam.* Zaſ. *ad d. l. princeps n.25.* latè Rauchbar.*li. 2.qq. Iur.civil.& Saxon.q.11. à n.49. ad num.55.* & ne pro beneficio ſummam reponat injuriam, quoniam *adjuvari & non decipi nos beneficio oportere*, ſcripſit Paulus,*l.incommodato 17.§. ſicut in fin. ff. comm.* atque ita deciſum reperimus, *in l ſi donationem, C. de revoca.donat.in l. perfecta, C.de donat. quæ ſub mod.l fin.in fin.de pact in c.un.in pr.* & ibi Bald. *ante n.1. de nat.feud.* ubi dicitur: *Si princeps inveſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deveſtire ſine culpâ.* In collatione enim feudorum præter jam dicta,mediat adhuc aliud vinculum, videlicet contractus,quem,utpotè ex naturali jure reſultanté, princeps reſolvere non poteſt.*adde c.un.in pr.* &ibi Bald. Afflict. *de feud. ſine culp.non amitt.* Bald. *in authen. omnes num. 6. C. Comm.de ſucceſſ.* Cravet. *de antiq.temp. p.1.ſect.1.num.17.* Julius Clarus *in §. feudum q.59.*

8. Cur igitur in Angliâ, licet uſumfructum feudalium bonorum pacti ſint vaſallis,ſi tamen patri eveniat aliquid naturale, relictis hæredibus maſculis ante 21. fœminis ante annum 14. Domini uſumfructum ad ſe retrahunt,donec orphanus ad præfixum terminum adoleſcat,quem interim ex arbitrio ſuo educari faciunt,& cui, volunt, ubi maturus ætate eſt,elocant.
Lex Anglorum. Smit.*lib.3. de Rep.Angl.c.5.*Froſſar.*lib.4.c.90.* Vocant hoc jus the wardſchip, nec in quibus: vis vaſallis obſervatur, ſed in iis tantum, as holde lands of other by Knights ſervice, nam in reliquis, as dee not holde their lands by Knights ſervice, but by veture of te ploug, tutela recidit ad illum, qui proximus genere cum ſit,hæres tamen exiſtere non poteſt. In illis verò rationem æquitatis hanc aſſignant, quod feudum eo fine conceſſum ſit vaſallo, ut inde ſervitia prçſtet domino,quæ quia præſtare non poteſt pupillus.Dominus inte-

Improbatur.

nus interim reditus ſibi repetit, & ex iis ſibi conducit, qui pro pupillo ſerviat, ſicut Servius olim apud Romanos à viduis voluit alii equos publicos Equitum, binis millibus æris in annos ſingulos collatis, Liv. *lib.*1. in quo tamen exemplo non parva eſt differentia. Quia certam tantum pecuniæ ſummam erogabant viduæ pro ſervitiis, quæ ipſæ ſubire non poterant, reliquis reditibus fruebantur in ſolidum. Quod ſi Dominus à pupilli bonis tantum auferret, quantum in ſervitia opus eſſet, reliqua pupillo relinqueret, res videretur minore iniquitate laborare, quanquam nec illud æquitati ſatis conſentaneum eſſet, cum de conſuetudine feudorum ſcripta nec fidelitatem præſtare, nec ſervitia etiam per ſubſtitutum, teneatur pupillus, *c. ſi. minori. c. ſi quis deceſſ. ſi de feud. defunct. conten.* & ibi Iſern. *n.2.* Laud. *n.3.* Alvarott. *n.2.* Præpoſ. *n.1.* Afflict. *n.1. & 2.* cui licet uſu curiarum obrogatum teſtetur gl. *in d. c. ſi quis deceſſ. in verb. cogitur,* communiter probata à Dd. allegatis, tamen non aliter pupillum ſervire teneri, iidem docent, niſi per ſubſtitutum aut per contributionem fructuum. Schrad. *de feud part.6. c.6. n.9.* Roſenth. *c.8. concl.8. n.5.* Sic enim & ægrotans & decrepitæ ſenectutis homo à perſonali ſervitio excuſatur, quod *eorum operæ nullæ ſint, perinde ut infantis,* cenſente Pomponio *in l. Arboribus. §. de illo 3. ff. de uſufr.* ſibiq; ſufficere dicit Leo Imperator, *ſi ſubſtitutum dent, qui vel morbo vel ſenio præpediuntur, l. agentes 1. in fi. C. de præpoſ. agent. lib. 12. adde l. ſextum decimum §. 7. l. prætor eos in pr. ff. de vacat. & excuſ. mune. l. fin. C. qui æt. ſe excuſ. lib. 10. §. Item major. Inſt. de excuſ. tut. l. ſi quis in gravi in pr. de SC. Syll l. 15. in pr. l. 22. §. 1. l. 34. de oper. libert. Ardizon. c. 69. in rubr. utrum vaſal poſſ ſerv per alter.* Afflicto enim non addenda eſt afflictio, nec *alicujus damno imputari* debet, quod *ſine ejus culpa* evenit. *l. un. ibi, perindignum eſt. C. de caduc. tollen.* Sive igitur longâ conſuetudine lex illa invaluit, ut vult Smith *lib. 2. de Rep. Angl. c. 5.* ſive ab Henrico III. primum introducta, cum fiſcus inteſtinis bellis exhauſtus eſſet: Polyd Virg. *in hiſt. Angl.* ſicut eandem apud Scotos inſtitutam à Mancolino teſtis eſt Boët: & Johan. Major *in hiſt. Scot.* eatenus ab iniquitate vindicari non poteſt, quatenus à pupillis plus exigit, quam in ſervitia ſolita conſumatur. Meritò enim Ariſt. 2. *Oecon.* inter Tyrannides Dionyſii recenſet, quod reditus orphanorum cogitaverit fiſco vendicare, cum orphani & pupilli inter miſerabiles perſonas collocentur, quarum cauſa dicitur pia. Spec. *in tit. de inſtrum. edit. § nunc aliqua. verſ. Et ſcias quod relicta,* Corn. Benincaſ. *de privileg. paupert. q. 5. n. 41.* quibus ut & viduis Valerius Publicola omne tributum remittendũ cenſuit. Plut. *in Publ.* Quare enim tàm prudenter pupilli rebus proſpexerunt Romani tamq; ſeveris legibus circumſcripſerunt poteſtatem tutoriã, niſi ne qua fraus fieret pupillo ab eo, qui minus præſumitur curaturus res alienas, quàm ſuas: à quo ut abduceretur tutor, placuit JCtis, ut ſi res ſuæ & pupilli in par periculum deductæ eſſent, tutor res pupilli ſuis præferre,

Paul.

Digitized by Google

Paul. Mont. *de jure tutel.c.32.reg.2.n.6.& reg.9.n.8.* Chaſſan. *de conſuet. Burg. rubr. des enfans des pluſieurs licts §.4.in verb. maintenir en bon.n.1.& 2.* imò contra proprios filios in judicio pupillis auxilium ferre deberet. Gell 5. *Noct. Attic.c.13.* & ibi Petr. Moſella. *in annot.* Quid autem bonis pupillorum eventurum ſperamus in Anglia, ubi non tantum Domini, qui ſe pro tutore gerit, adminiſtratio tàm ſeveris cancellis incluſa non eſt, ſed eò tendit, non ut res pupilli ſartæ tectæ ſerventur, ſed ut ipſe, durante ejus minorennitate, plus lucretur. Ea enim causa legis fuit, ſi ab Henrico III. introducta eſt, ut fiſcus inde diteſceret. Itaque fit, ut cui locupletem pater decedens relinquit hæreditatem, ſæpè depauperetur, priusquam eam adeundi copiam obtineat. *Ædes ipſi reliquit expolitas, factas probè examuſsim: ſtatim atq; illò immigrat tutor indiligens cum indiligentiori familia, ſuarum rerum ſtudens, aliarum negligens,*

Iam ædibus vicium additur
Bonæ cum curantur malè.
Atq; illud ſemper ſit, tempeſtas venit,
Confringit tegulas,
Dominus indiligens, reddere alias ne volt.
Venit imber, lavit parietes, perpluunt
Tigna, putrefacit aer operam fabri.
Nequior jam factus eſt uſus ædium.
Sed Dominus, ſi quid nummo ſarciri poteſt,
Vſq; dum mandat, neq; id facit, donicum
Parietes ruunt. Plaut. *in Moſtell. act.1. Sc.2.* Tantum enim ſibi deperire putat, quantum reficiendis bonis pupilli impendit. Ne dicam interim de pravâ educatione pupillorum, cui Rex propter multitudinem eorum, nec ſatis diligentem operam impendere poteſt, nec libenter velle præſumitur, ut aliarum rerum naturaliter negligentes ſumus Ariſt. 1. *Oecon. c.6.* Plat. 3. *de Rep.* Aut ſanè minus eam tem curabit, quam is, quem vel idem ſanguis vel ſeveritas legis diligentiorem efficit, nec ſpes majoris lucri ab iſtâ diligentia abducit. Sive enim plus ſive minus educando pupillo impendat, tantundem lucratur, quod ſecus eſt in tutore Anglico, qui quò minus pupillo impendit, eò maiorem quæſtum facit. Sed & illud iniquitate non vacat, quod ad nutum Domini minorennes cogantur matrimonium inire, unde conjugia oriri videmus immatura, inæqualia, inquieta, aliaq; ſequi incommoda, quorum nonnulla jam alibi tetigimus. Licet igitur in hoc caſu jus quæſitum non auferatur, ſed acquirendum ſuſpendatur tantum, quod à principe fieri poſſe ſupra diximus: tamen quia iſta ſuſpenſio, cum quâdam iniquitate conjuncta eſt, ſine magna causâ fieri non debet.

Omnia

Omnia verò quæ hactenus diſputavimus, hanc admittunt exceptionem, niſi juſta principem moveat cauſa, id eſt, niſi publica utilitas id ſuadeat. Cum enim princeps dominium ſuum erga bona ſubditorum non exerceat, niſi in ordine ad ſalutem publicam, nec quicquam juris in iis ſibi vendicare poteſt, niſi quando de Reipublic. ſalute agitur, ubi licet damnum aliquod inferatur privatum, boni tamen publici ratio damno privato anteferenda eſt. *Habet enim aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur*: Tacit. 14. *Ann.* quo argumento uſucapionis quoq; iniquitatem excuſant. Cic. 3. *de Off. Gloſſ. ad l. de uſucap.* Johan. Andr. Anchar. Covar. *ad c. poſſeſſ. de Reg. I. in 6.* Franciſ. Balduin. *in rubr. Inſt. de Vſucap.* Felin. *in rubr. de præſcript. n. 11. & ſeqq.* Alciat. *in lib. de quinq; ped. præſcript.* Ex *juſtá* enim *cauſa à regulis juris recedi poſſe*, latè tradit Jaſon. *in l. Barbarius n. 24. de off. prætor.* & patet *ex l. ſi hominem 30. ff. mandati, l. 4. §. fin. de re militari*, & præcipuè ob favorem publicarum rerum, Hippol. *in pract. crim. §. aggredior. num. 61. usq; ad numerum 74.* ut patet *ex l. ita vulneratus 51. § 1. verſ. multa ad l. Aquiliam, &c.* Abbate *in c. ſi. ibi, pro utilitate communi de ſent. & re judic. in 6.* ad quas ſalvandas rem ſuam ſubditis poſſe auferri in ſpecie conſtat, *in l. Antiochenſium 37. de reb: auct: jud: poſſeſſ. l. 2. & 3. de nat. reſt. l. Barbarius in fin. de off. prætor: l. quo minus & ibi gl. ult. de fluminibus, l. quod principis 23. in pr. de aq. pluv. arc. tot. t. C in quib. cauſ: ſerv. pro pret:* ubi ſervis, invitis dominis, libertas datur, ſicut Brutus etiam Vindicium ſimul & libertate & civitate donavit, reclamantibus procul dubio dominis: Liv. *lib. 2.* Halycarn. *lib. 5.* idq; ob publicam utilitatem, *ut arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet*, *facit l. venditor § 1. in fin. comm: prædior: l. ut gradatim § reprobari, & ibi gl. de mun. & honor.* & in hac opinione invenio autores ſummè concordes: Innocent: Hoſtienſ. Johan. Andr. Abb Felin. Dec. *ad c. quæ in Eccleſiarum de conſt. Dd. in l. Item ſi verberatum de rei vend. in l. Lucius de evict. gl. & Dd. in l. fin C. ſi contra jus vel utilitatem publicam* Jaſon. *ibid. & in l. Barbarius n. 24. de off. prætor.* Zaſ. *ad l. princeps, n. 22. de ll.* Gail. *lib. 2. obſ. 56. n. 3.* Mynſing. *5. Cent. obſ. 79.* Pinell. *part. 1. rubr. c. 2. n. 6. C. de reſcind. vendit.* Carol. Tap. *c. 1. n. 59. de conſt. princ.* Lancelot. *lib. 1. cap. 1. de Imper §. 4. verſ. vigeſimo octavo. n. 7.* Anton. Gabr. *de jur. quæſ non toll.* Zoan *de duplici venat. num. 44.* Vaſq. *lib. 4. controv. Illuſtr. c. 1.* & infinitos alios, qui omnes hoc; quicquid eſt, peccati condonant utilitati publicæ, quæ privatæ ubiq; præfertur, *l. utilitas, C. de primip. lib. 12. c. imperialem. in pr. de prohib. feud. alien. per Lothar.*

Poteſtas majeſtatis limitatur à ſalute publica.

Res privata auferũtur ſubditis ob ſalutem publ.

Itaquè pro extruendo propugnaculo neceſſario pro, ampliandis foſſis, ædificia ſubditorum deſtrui, & hortos in publicos uſus transferri fas eſt, *l ſi quando l. omnes, l. Aedificia C. de oper. publ.* Dec. *in l. quod noſtrum 11. de R. I.* caſtrum item, quod hoſti receptaculum præbiturum erat, occupari, Martin. Laud. *in tr. de caſtell. & caſt.* aut etiam, ſi defendi non poſſe videatur, de-

Digitized by Google

ſtrui, Gail. *li. 2. obſ. 56. n. 2.* bona item ſubditorum vendi, damnaq; illata remitti pro pace facienda. Baldus & Angel. *in l. bene à Zenon. C. de quadr. praſc. & in d. l. Antiochenſium.* Hoſtienſ. *in ſum tit. de pœnit. & remiſſ. §. quibus & qualiter, n. 62.* Cuno *de pact. c. 22. n. 21. & 24.* Duaren. *ad l. conventionum 5. verſ. quæ fit per principem ff. de pact.* Nihil enim eſt Reip. utilius lege *ἀμνησίας*, quam Thraſibulus Athenienſibus, alii aliis perſuaſerunt, *ut alibi dicimus.* Quod ſi tamen ſine Reip jactura precium reſtitui poteſt, æquitas, ut id fiat, poſtulat, ut neque Reip. emolumentum impediatur, neque commoditas rei jure Domino adimatur, *l. venditor §. 1. in fin. Commun. præd. l. ſi quando. C. de operibus publ.* Gabr. *de non tollen jure quaſ. concl 2.* Pinell. *d. c. 2. n. 14. C. de reſcin. vendit.* Car. Tap. *in l. fin. c. 9. par. 2. n. 48. de conſt. prin.* Zoann. *de pupli. ven. num. 56.* quo temperamento Aratus Sycionius, *cum patriam tyranno Nicocli eripuiſſet, exulumq; bona jam longo ſpacio ab aliis, partim hæreditatibus, partim emtionibus, partim dotibus teneri reperiſſet, ſine injuria judicans, neq; illis adimi, neq; hos non ſatisfieri, quorum illa fuerant, oportere, impetrata à Ptolemæo magna pecuniæ ſumma, perſuaſit aliis, ut accepto pretio bonis cederent, aliis ut pecuniam accipere, quam ſua recuperare mallent.* Plut. *in Arat.* Cic. 2. *Offic. in fin.* Et Romani, quod ſecundo bello Punico â privatis in Remp. impenſum erat, Liv. *li. 26.* finito eo, nec dum pecunia ſuppetente, tantum agri publici creditoribus addixerunt, quanti debitum æſtimatum erat. Liv. *lib. 31.* Tiberius, *querenti Pio Aurelio ſenatore, mole publicæ viæ, ductuq; aquarũ labefactatas ædes ſuas, reſiſtentibus ærarii prætoribus ſubvenit, preciumq; ædium ipſi tribuit.* Tac. 1. *Annal.* Atque de bonis propriis loquimur, de bonis hoſtium, qui rebus ſuis, perindè ut damnati, multantur, alia ratio eſt, ut & de bonis, ſine ulla proprietate poſſeſſis in agris, inter noſtras & hoſtium poſſeſſiones ambiguis, *l. quæſtio, eſt 115. de V. S.* de quibus Feſtus: *poſſeſsiones appellantur agri latè patentes publici, privatique quia non mancipatione ſed uſu teneantur.* Hæc enim ſola principali autoritate revocantur. *l. Cotem. §. agri. ff. de public. l. Lucius in pr. de evict. l. Item ſi verb. §. 1. de rei vendicat.*

An pro ablatis precium reſtituendum.

Manifeſtum eſt ex dictis, quantò amplior ſit adminiſtratio regia, quam tutoria, quanquam aliis in multis utræque conveniant, qua de causa Reſp. etiam pupillo comparatur. *in l ſi quid in l. Rempubl. C. de jur. reip. lib. 11.* In multis quoq; Rex ſimilis eſt medico: inique tamen Buchan. *in dial. de reg. Scot. in pr.* ex officio medici vult metiendam omnem poteſtatem regiam, quaſi ut ægroto medicum, ita etiam ſubditis licèat abjicere magiſtratum. Similium ea natura eſt, ut in quibusdam conveniant, in cæteris diſcrepent. Alioquin non erunt ſimilia, ſed eadem, *ut in Metaphyſicis oſtendimus, diſp. de Vno.*

10. *An maieſtas bona Reip. alienare queat*

Nec tamen adminiſtratio regia confundi debet cum proprietate, qua, qui res poſſidet, eas quoque abalienare poteſt *l. ſtatuas in fi. C. de relig. & ſumt.*

Digitized by Google

*& ſumt.fun.l.ſed etſi lege.§.conſuluit de hæret.pet.*cum rei ſuæ quisq; ſit moderator & arbiter, *l.in re mandat.21.C.de mandat.l.nemo C.de jud.* licet ea abutatur.*l.ſed etſi lege §. conſuluit,ff.petit.hæred.*Coraſ.*li.7.Miſcell.20.*Sed principi illud jus neque in totam Remp. neq; in ejus partem competit,ſine conſenſu eorum,quorum intereſt. In hoc enim quodammodo ipſi cum tutore, & rerum ſpiritualium adminiſtratore convenit, qui nec ipſi vel pupillorum, *l.ait prætor.§.8.l.ſi res pupillaris 49.ff.de minor l.in eos in ſi.de tutel.l ult.C. ſi adverſ. vendit*: Corſet. *in notat. verb. pupillus fol. 177.* vel Eccleſiæ bona diſtrahere poſſunt,*c.nulli,c.ad noſtram circ:fin.de rebus Eccl.alien.vel.non.Clem.1. Eodem,c.paſtoralis de his quæ fiunt à maj. part. cap. c.non licet 12. q. 2. Novell.7. Nov.120.l.jubemus 14.C.de ſacroſ.Eccleſ.* cujus ratio aſſignatur,quia res, quarum adminiſtrationi præpoſitus eſt tutor, non ſunt ejus propriæ,& res Eccleſiæ ad DEUM pertinent, *c.conceſſo. c. quatuor 12. q. 2. c.cum ex eo de Elect. lib.6.*Menoch.*remed.recup.poſſ.9.n.106.* Panormit. *in c.1.num.9.& ſeqq. de dol. & contum.* Duar.*li.7.de benef.c.9.* ex quo fit,ut minori ſæpè comparetur Eccleſia, *c.requiſivit,& ibi gl. in ver jure minoris,c.auditis,& ibi gl.in verb.minoris de integ.reſt.*& prælati tutoribus, §.*orphanotrophi, Novel. 131.gl. in d.c.auditis,* Zoan. *de Rom.Imp.num.178.* ſicut & reſpubl. pupillæ loco habetur, *l.3.* C.*de jur.Reip.li.11.* & quoad hoc,pari jure videtur eſſe cum Eccleſia, *l. ut inter divinum 23.*C.*de ſacroſ.Eccleſ.c.quid ergo ibi gl.in ver.de Republ.23.q.4.c.jus publicum diſt.1.* quia res regiæ dignitatis non tam regis ſunt, quam regni, Covar. *part.2.relect.c.quamvis pactum §.2.n. 4. de pact. in 6.* nec continentur in marſupio principis.Bald. *in c.intellecto de jurejur.* Peregrin. *de jur.fiſci in rubr.Habentes jura fiſci an poſſint num.71.* Matth.Steph.*2.de jurisd. c.1.m.1.n.12. per c. non liceat Papæ 12.q 2.c. intellecto,* ubi Abbas *de jurejur.* Res regiæ dignitatis dico,ſiquidem res fiſcales,quas quaſi proprias privatasq; vocat Ulpianus,*l. prætor §.4. ne quid in loc. publ.* in commercium veniunt,*l.ſi procurator de jur.fiſc.*& ex iis factæ donationes perinde valent,ac ſi ex patrimonio factæ fuiſſent. *l. benè à Zen.* C. *de quadr. præſcr.* Hottom. 1. *q. illuſtr.* Coraz. *ad l.filium quem, num.22.* C. *famil. erciſc.* Dauth. *de teſtam. verſ. qui teſtam. facere poſſunt.*

Verum, quæ pertinent ad patrimonium totius Reip. niſi conſentientibus ſubditis alienari non poſſunt, ſiquidem in rebus communibus, quod ſociorum unus fecerit,in alterius prejudicium vergere non debet.*l.1.* C *de commun.rei alien.l.ſi in re communi de noxa l. act.l.ſi unus in pr.de pact.* Angli eâ ratione irritam habuerunt regni traditionem, quam Johannes Pandulpho Pontificio legato fecerat, inconſultis proceribus. Smit. *l. 1. de Rep. Angl.c 9.* Scoti excuſſerunt jugum Anglicum, quod invitis induxerat Johannes Balliolus. Buchanan. *Balliol.* Gaſcones cæteriq; Aquitani,cum Galliâ quaſi dividenda eſſet cum Anglo, diu obſtiterunt regis voluntati, qui

Digitized by Google

eorum dominium Anglo conceſſerat. Non enim id licere regi diſputabant, & ſuper ea re proferebant privilegium Caroli M. & imprimis Rupellani per annum integrum neminem ex Anglis in urbem admittebant, *diſans, qu' ils avoient plus cher, á eſtre taillez tous les ans de la moitiè de leur chevance, que ce, qu' ils fuiſſent es mains des Anglois.* Froſſar. *li.1.c.214.* Super idem fundamentum paulò poſt extruxerunt Engoliſmenſes ſuæ rebellionis cauſam, quod dicerent, *qu' il n' eſtoit nie en l' ordonnance & puiſſance dui Roy de France, n' oncques ne fut, qu' il les peuſt acquitter du reſſort ſans le conſentement des Prelats, des Barons, des cittes & des bonnes villes de Gaſcogne: qui ne l' euſſent jamais ſouffert, ny ne ſouffriroyent, s' il eſtoit a faire, d' autant, que ce ſeroit pour touſiours faire demourer le Rojaume de France en guerre.* Froſſar. *li.1.c.246.* Pari argumento excuſavit ſe Franciſcus I. quod promiſſa Carolo V. facta non præſtaret. Statim enim atque ſuam cœpit attingere terram, urgente ipſum viceregis Neapolitani comitatu, ut fidem ſuam liberaret, poſt longas cunctationes & ambages reſpondit: *qu' il eſtoit beſoin, qu' il ſceuſt premierement l' intention de ſes ſubjects de Buorgongne, parce qu' il ne les pourroit aliener ſans leur conſentement, & que de brief il feroit aſſembler les eſtats du pais pour ſavoir leur voloutè:* Martin. du Bellay *livr. troiſieſme de ſes memoires.* Pontifici quoque & Venetis hanc rationem reddidit: *Ne havere mancato di dire molte volte quello, che per loro ſteſſo potevano ſapere, & che credeva anche eſſere commune à gli altri regni: che in poteſtà del Re di Francia non era obligarſi, ſenza conſentimento de gli ſtati generali del Reame ad alienare coſa alcuna appartenente alla coronna: non permettere le leggi chriſtiane, che un prigione di guerra ſteſſe in carcere perpetua, per eſſere pena conveniente à gli huomini di mal' affare, & non trovata per ſupplicio di chi fuſſe battuto dalla acerbità della fortuna: saperſi per ciaſcuno eſſere di neſſuno valore l' obligationi fatte violentemente in prigione & eſſendo invalida la capitulatione non reſtare anche obligata la ſua fede acceſſoria & conſermatrice di quella.* Guicciard. *li.17. in pr.* & non pepercerat ſanè idem Franciſcus eo argumento primas à Carolo V. ſibi propoſitas pacis conditiones detrectare, quas, inquit, licet acceptarem, perficere non poſſem, obſtante antiqua regni conſtitutione, quæ vetat *che ſi alienaſſe coſa alcuna appartenente alla corona, ſenza il conſentimento de' parlamenti, & de gli altri, appreſſo a' quali riſedeva l' autorità di tutto il reame.* Guicciard. *lib 16.* quam conſtitutionem Franciſcus *an regni 25.* renovavit, ubi ſic loquitur: *Nous conſiderans noſtre Domaine & patrimoine de la Couronne de France, tant par loy de noſtre Royaume & conſtitution de nos predeceſſeurs Rois, comme de diſpoſition de droict civil & Canonic & par le ſerment, que nous & nos predeceſſeurs Rois avons fait & ont accouſtume de faire les Rois de France à leur ſacre, eſtre inalienables, par quelque eſpece ou maniere que ce ſoit, directement, ou endirectement par jouyſſance, poſſeſſion, uſurpation, detention ou autre facon & maniere de le vouloir acquerir: attendu que ledit Domaine & Patrimone de noſtre coronne*

Digitized by Google

coronne eſt reputè ſacre, & ne peut tomber au commerce des hommes, &c. Au corps du droict. de Franc. li. 10. t. 1. l. 1. in pr. Et eſt communis opinio Ictorum Franciæ, tum fœdus cum Eduardo 3. à Johanne primo percuſſum, & à Carolo V. confirmatum, jure ruptum eſſe, tum Franciſcum I. meritò promiſſa non præſtitiſſe, aſſerentium, qui iidem Pariſienſes, Burgundos & primores regni ſine perjurio potuiſſe ab Henrico VI. Anglo deficere, tenent, licet juratam ipſi, ejusq; patri Henrico V. fidem dediſſent, cum Carolus VI. regnum huic, data filia in matrimonium, reſignaſſet. Monſtrell. *in hiſt. c. 225.* Tit. Liv. *Foro jul. in hiſt. exped. t* Angl. Belleforeſt. *lib. 5. c. 79.* Vide Rebuff. *in tr. de feud.* Igneū *in tr. an Rex Franc. & in repetit. l. donationes, quas divus, num. 26. C. de donat. inter vir. & uxor.* Hottom. *in qq. lib. 2. de Gallic regn jur.* Renatus Chopin. *lib. 1. du Domaine.* Bodin. 1. *de Rep. c. 8. & 9. 6. de Rep. c. 2, in 1. mod. augend. arar.* Guilielm. Benedict. *in c.* Rainut. *verb. in eod. teſtam. relinq el. 1. à n. 148. ad n. 186. de teſtam.* Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. part. 3. lib. 31. c. 31. num. 4.* Conſuetudo enim Mediolanenſis, quâ beneficium etiam totum ſine curiâ licebat alienare, meritò à Conrado Imperatore reprobatur, *c. un. § ex eadem de lege Corrad.* ita ut Dominus Vaſallum cum feudo invitum abdicare, & ad alium dominū transferre non poſſit *d. § ex eadem & ibi Dd. c. 1. § praterea ducatus ad fi. ibi gl. in verb. in alium transferat.* Bald. *n. 9.* Iſern. *n. 43. & ſeqq. de probib. feud alien. per Frider. c. 1. in fin. de pac. jura. firm. c. un. de capit. qui cur. vend. c. 2. & ibi gl. in verſ. ſi quis fecerit. quo temp. mil.* quæ feudiſtarum communis eſt opinio, licet in pœnâ domini alienantis diſcordent, quem alii feudi partem alienatam perdere affirmant, alii negant, Bald. Alvarott. Præpoſ. Raven. Afflict. *ad d. §* ex eadem Zaſ. *part. 9. n. 9. part. 10. n. 82.* Schrad. *part. 1. c. 1. n. 65. part. 3. c. 4. n. 42.* Vaſq. *lib. 1. Controv. illuſt. c. 5.* Goden. *conſ. 2. fol. 16.* Molin. *conſuet. Pariſienſ. t. 1. § 1. gl. 3. n. 23.* Borcholt. *c. 8. n. 136.* Roſenth. *c. 9. membr. 1. concluſ. 62.* Sonsbec. *par. 13. n. 182.* Heig. *q. 19 n. 11. 182.* Wormbſ. *pract. obſerv. de feud. obſ. 29.* Anton. Gabriel. *lib. 3. Concl. t. de jur. quaſ. non toll, concl. 8. n. 15.* Cuno *de pact. c. 22, n. 59.* adeoque omnes in hanc ſententiam conſpirant, quorum Centurias apud prædictos vide, ſiquidem dominus & Vaſallus judicātur ad paria, & ex quibus cauſis vaſallus uſumfructum, ex iisdem Dominus perdit dominium. *c. un § domino, ſi de feud. cont. fuer. inter dom. & agn.*

11. *Vaſallum invitū nequit Dominus abdicare.*

Ideoq; prudentibus viſum eſt, Philippum bellum non potuiſſe Arturū Britanniæ Armoricæ ducem regi Anglorū fiduciarium elocare, niſi eidem poteſtatem conceſſam putemus, totum regnum à ſe abdicandi. Bodin. *1. de rep. c. 9.* nec Mathildis feudalem ſuam hæreditatem Eccleſiæ legare potuit, non tantum ob hanc cauſam, ſed etiam, quia iſta alienatio vergeret in ſummum præjudicium Imperatoris & Reip. quâ de causâ Otto IV. Viterbiū, Montem Flaſconem, Urbevetum, Peruſiam, & totum denique Mathildis patrimonium, in imperii poteſtatem redegit. Trithem. *t. 22.* Sigon. *lib. 16.*

hiſt. Ital. Quò enim Eccleſia magis exemplum præbere debet aliis, eò minus quicquam recipere debet, quod ſit cum alterius damno conjunctum. *c. ex tenore de for. comp.*

Nec Sel Eccleſia mancipare.

Nec enim ratio patitur nos aſſentire illis, qui translationem ſubditorum etiam invitorum, licet non in alium dominum, tamen in Eccleſiam fieri poſſe arbitrantur. *per c. un. § ſi vero contigerit de alod.* & ibi Belviſ. *verſ. nota etiam quod regulariter feudum.* Bald. *n. 15. 17.* Ravenn. Schenck. *in pr.* Seiſſel. *in ſpec. feud. tit. quæ dicat res mag. verſ prædicta tamen.* Menoch. *arbitr. quæſt. lib. 2. Cent. 6. caſ. 559. n. 10.*

Quia nec Eccleſia, tanquam cultrix juſtitiæ, aliena contra jus & in præjudicium tertii concupiſcere debet, & Rempubl. jura eodem favore proſequuntur, quo Eccleſiam. *Novell. 120. c. 1. Novell. 7. c. 2. §. finimus, ibi, Res ſacra à communibus & publicis*, cum hæc ſine illa ſubſiſtere, vel ſalva eſſe non poſſit, ut paulò poſt dicemus. Fridericus certè II. Sardiniam, quam Romana Eccleſia ſibi vendicarat, imperio repetiit, cumque à Pontifice admoneretur juramenti nuper præſtiti de defendendis rebus Eccleſiæ, reſpondit, prius ſe juraſſe ad repetendas res imperii, à quibus cum Sardinia injuriâ eſſet abalienata, priori juramento ſe fortius urgeri, potioresque habere partes Reipub. quippe meliori jure inſtructas, quam cauſam Eccleſiæ. Sigon. *lib. 18. hiſt. Ital.* Iniquum enim eſſet Domino concedi, quod vaſallo denegatum eſt, quem invito domino feudum in Eccleſiam, etiamſi id facere velit, pro animâ conferre non poſſe conſtat, Ardizon. *in ſum. rubr. 124.* Ferrarienſ. *in form. libell. quo agitur. ad revoc. feud §. nec ſuperſtitibus num. 17. in fin.* Schneidevvin. *par. 2. num. 43.* ſiquidem Dominus & Vaſallus ad paria judicantur, ut nuper admonuimus. Menoch. *arbitr. jud. lib. 2. Cent. 2. caſ. 182. n. 9.* Propterea Domino non minus licet abdicare vaſallum, quam vaſallo abjurare Dominum, ſicut colligit Accurſius *ex l. invitus 34. in princ. de fideicomm. libert.* ubi ICtus negat *eum, cui fideicommiſſo libertas relicta eſt, invitum tradendum eſſe alii, ut ab eo manu mittatur, quam qui rogatus eſt manumittere*, quod etiam ex D. Adriani & D. Pii reſcriptis docet Ulpianus *l. generaliter 24. §. fin. ff. eod.* quoniam liberi homines, in quorum numerum iſti jam ſunt cooptati, in commercium non veniunt, *leg. Inter ſtipulant. 83. § 5. leg. liber homo 103. ff de verb. obligat. l. 1. § 9. de obligat. per leg. quod nullus 182 de R. I.* ſicut Leo de Eunuchis ſtatuit, *l. Romanæ C. de Eunuch.* modo Romanæ gentis fuerint: *Eos*, inquit, *nullatenus ad dominium cujusquam transferri jubemus.* Eritne igitur deterior conditio ſubditorum, quam vaſallorum, quam libertorum, quam Eunuchorum, aut eorum, quibus libertas nondum collata, ſed fideicommiſſo tantum relicta eſt? Hottom. *1. q. illuſtr.* Nemo credo aſſeret, niſi qui ignorat, quantum plus debeat princeps ſubdito, quam Dominus vaſallo, quamque minus ſint in poteſtate regis ſubditi, quam liberti Eunuchive olim fuerunt in arbitrio domini.

Princeps nequit invitos abalienare ſubditos.

Digitized by Google

dominii. Equidem non inficior, complures ſubditorum paſſos ſe tradere in alienum dominium, ſicut Attalus Aſiaticos reliquit in ditione Romanorum, vel potius Romanis reſignavit, quos ab iis receperat. Salomon dedit Hiramo 20. oppida in terra Galilæa *3. Reg. cap. 9.* quod tamen de uſufructu plærique interpretantur. Philippus quoque Macedoniæ Rex, poſtquam intellexerat, quam ſcelerate à Perſeo circumventus & ad Demetrium occidendum inductus fuerat, regnum cogitavit Antigono Antigoni, qui regnũ Philippi tutorio nomine fideliter adminiſtrarat, fratris filio tradere, *& ſi vita longior ſuppetiſſet*, ait Liv. *lib. 50. ad fin. haud dubium fuit, quin eum in poſſeſſione regni relicturus fuerit.* Umbertus princeps Delphinatus, cum liberis deſtitueretur, principatum regi Gallorum detulit eâ lege, ut eum ab imperio recognoſceret, & primogenitum ſuum inde Delphinum perpetuò vocaret. Nihem. *lib. 2. hiſt. c. 25.* Verum in his alienationibus conſenſus ſubditorum non fuit excluſus, ſicut Philippus, ut conſenſum ſubditorum elaboraret prius, circumivit Macedoniæ urbes, principibusque Antigonum commendavit. Liv. *lib. 50.* Umbertus cum principatum Papæ vendere parvo pretio decreviſſet, nobilitas interceſſit, obtinuitque, ut pretium illud potius acciperet à Philippo Valleſio, cujus filio Philippo, aut ex Johanne nepoti, qui primus Delphini nomen, & inſignia geſſit, plenâ donatione totum principatum poſtea obtulit, ſalvo jure imperii, cui præjudicare non poterat. Haillan. *lib. 2. & 3. de l'eſtat de France.* Sicut enim quod pupillus agit ſine autoritate tutoris non valet. *l. ult ff. de jur. & fact. ignor.* licet lucroſam adeat hæreditatem, *l. cum in una de appell. §. 1. de autorit. tut. Inſtit.* & ibi Baldvin. *in verb. neque tamen.* Paulus Montan. *de jure tutel. c. 3. n. 107. & ſeqq.* Villalob. *in commun. opin. in lit. H. nu. 38.* aut utiliter aliquam rem ſuam alienet, *l. magis puto ff. de rebus eorum qui ſub tut. l. fin. ff. de curat. furioſ.* ex quo Bald. & Albet. *n. 2. in l. cum hi quibus. §. 6. de transact.* reprobant gl. *ibi in verb. alimentarius*, argumento ejus textus colligentem valere obligationem pupilli, quâ conditionem ſuam meliorem fecerit, licet inſcio tutore, quoniam, *ut ait Imperator, placuit meliorem conditionem licere eis facere, ſine autoritate tutoris*, *§. 1. Inſtit. de autor tut l. contra juris 28. in pr. ff de pact. l. prima, C. de ant. præſt.* Nam & in aliis actibus, ubi requiritur ſolemnitas alicujus favore, actus valet absque ſolennitate, ſi reperiatur utilis perſonæ, cujus favore introducta fuit, ut multis oſtendit Tiraquell. *de jur. mar gl. 8. n. 5?? & ſeqq* Non aliter tamen actus ſine tutore à pupillo factus valere poteſt, quam ex arbitrio & electione pupilli, ita ut cum eo contrahentem quidem obliget, pupillum autem non teneat, niſi quatenus voluntate ſuâ actum ratum habet, qua ratione optime conciliant gloſſam cum ll. Jaſ. *in d. l. cum hi, §. 6.* Ar. Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 22 C. de bon. mat.* Tiraquell. *d. gl. 8 quo. num. 2?. cum ſeqq* Duaren. *lib. 7. beneſ. Eccl. c. 9.* Ita de præſenti ſubditorum alienatione quoque dicemus, quod

ſubſiſtat

ſubſiſtat & valeat nulla alia de cauſa, niſi quod ſubditi non repugnent, qui ſi id detrectaverint, totum actum irritum facere poſſunt, ſicut irritum fecerunt, quod pro ſua ex captivitate deliberatione Franciſcus I. Carolo V. ſtipulatus erat, quanquam Franciſcus legem allegavit ſine exceptione. Quicunque enim de hac re ſcribunt, ſemper excipiunt utilitatem publicam & neceſſitatem. Natta *conſ.367.num.14.15*. Bonifac. Ruger. *conſ.49.n.43. & ſeq. lib.1*. Heig *q.19.n.19.20.21*. Vaſq. *Illuſtr. Contr. lib.1 c.5.n.12*. Theramenes cum ſuaderet Athenienſibus à Lyſandro ſubjugatis, ut Scytalam Laced. qua jubebantur muros dirimere, acciperent, & Cleomenes ipſi obiiceret, ecquid ipſum puderet muros deiicere, quos Themiſtocles invitis Spartanis extruxiſſet: *Ego vero* reſpondit, *nihil Themiſtocli contrarium facio. Quos enim ille muros excitavit pro ſalute publica, eosdem ex eodem fine demoliendos ſuadeo*. Plutarch. *in Lyſand*. Neceſſitas enim non habet legem, ejusque cauſa multa aguntur contra communes regulas, *c.2. de obſer. Ieiun*. Menoch. *2. li. arbitr. q. Cent.2. caſ.182. num.5*. Roland. à Vall. *conſ 1.n.69. conſ.43. num 30. & ſeqq. lib.2*. Tiraquel. *de pœn. temp. cauſ.33.n.3. cum ſeqq*. Borcholt. *de feud. c. 8. n. 69*. quandoquidem *neceſſitatem ne Dii quidem ſuperant*, Liv. *li.9*. Latè P. Peckius *in c. in argumentum 78. de R.I. in 6*. Beckendorff *ad l.1. mem.4. par.4. lim.1. num. 331. de R.I.* Tiraq. *de pœn. temp. cauſ.33*. & utilitati communi cedunt omnia privata aut minus publica, quoniam *Reſp. incolumis*, ait Lævinus Conſul, apud Liv. *li.26. ad fi. & privatas res facilè ſalvas præſtat: publica perdenda, tua nequicquam ſerves*. Item Valerius: *everſa domo intentatus Reip. ſtatus manere poteſt: urbis ruina penates omnium ſecum trahat neceſſe eſt. li.5.c.6 in pr*. Gabriel. Rom. *in tr. reg. li.3. de jure quæſ. non toll*. Cuno *de pact. c.22.n.62*. Et generaliter receptum eſt, quod *ea, quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibusdam utilia ſunt, præferri debeant. Auth. Res quæ C. comm. de legat*. Ad alendum enim pauperes in ſummâ annonæ caritate, ad debitum exolvendum, ad redimendos captivos, imò quâvis neceſſitate urgente, aut publico commodo ſuadente, vaſa, decimas, bona Eccleſiaſtica alienare prohibitum non eſt, *l. ſancimus nemini, auth. præterea. C. de Sacroſ. Eccl. c. aurum. c. ſanctorum, c. ſine exceptione 12. q. 2. c. dudum de reb. Eccl. non aliena. in 6. c. paſtoralis de donation. Clem. ſi una de rebus Eccleſiæ non alien*. idque prolixè docet Ambroſ. *lib.2. off. c.28. Docuimus*, inquit, *populum multò commodius eſſe, ut animas Deo quàm aurum ſervaremus. Aurum non habet Eccleſia, ut ſervet, ſed eroget, ut ſubveniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nil adjuvat? An ignoramus, quantum auri & argenti de templo Domini Aſſyrii abſtulerunt? Nonne melius ea conflant ſacerdotes propter Eleemoſynam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quam ſacrilegus contaminata auferat hoſtis? Nonne dicturus eſt dominus? cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, ut miniſtrares alimoniam? cur captivi deducti ſunt in commercio, nec redemti? cur tot ab hoſte occiſi ſunt. Melius erat vaſa viventium ſervare, quam metallorum.*

Ob neceſſitatem alienantur bona Eccleſiæ.

Digitized by Google

nallorum. His non poteſt reſponſum referri, Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus deeſſet, reſponderet: Aurum Sacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemtio captivorum eſt. Et verè ſunt illa vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte &c. Quin & feudorum interpretes, licet vaſallus ob famem aut neceſſitatem prohibeatur partem feudi diſtrahere, prout moris erat ante Lotharium *c. un. §. neceſſitate, Quomod. olim poter.* tamen æquum cenſent, ut ſi dominus ipſe fundum ſibi comparare nolit, alienationi ejus conſentire cogatur, quam communem ſententiam facit Afflict. *ad d. §. neceſſitate, & eſt tex. in l. 2. ibi vel famem de bu, qui ſunt ſui vel alien.* Clarus *in § feud. q. 31. num. 31.* Menoch. *li. 2. arbitr. jud. cent. 2. caſ. 182. num. 11.* Borcholt *de feud. c. 8. num. 70.* ad eum modum, quo mulier, licet contrahere nequeat ſine conſenſu conſanguineorum, ſi tamen hi ſine cauſa negent conſenſum ſuum attribuere, licitè contrahere poteſt. Bart. *in l. ſi cum dotem § eo a tempore. ff. ſolut. matrim.* Menoch. Borcholt *d. l.* Imò non tantùm marito licet alienare bona dotalia pro redemtione filii, *l. quamvis junct. l. ſeq. ff. ſolut. matrim.* ſed & patri fas eſt filium diſtrahere, ut à neceſſitate famis ſe liberet. *l. 2. C. de patribus, qui fil. diſtrax.* Quidni igitur liceat Regi, ut ſe reliquumque Reip corpus ſalvum efficiat, partem Reip. diſtrahere, perindè ut medici faciunt, quando unam corporis partem auferunt, ut reliquum incolume remaneat, aut ut illi, qui unam aut alteram domum diruunt, ut ab innumeris incendium prohibeant. *l. quo naufragium §. quod ait de incend. rui: Gubernator,* ait Curt. *li. 5. ubi naufragium timet, jacturâ, quicquid ſanari poteſt, redimit,* Et Innocent. *c. diſpenſ. 1. q. 7. ſicut qui mare navigant, tempeſtate urgente, naviq. periclitante, anxii quædam exonerant, ut cætera ſalva permaneant: ita & nos, cum non habemus ſalvandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia. Adde c. tali 1. q. 7.* Abſit enim irrita omnia promiſſa eſſe putemus, quæ neceſſitas quædam expreſſit, ut ferè fieri ſolere Machiav. notat *l. 3. diſcurſ. 42. ſuper Liv.* Populus Romanus neceſſitate coactus omne jus ſuum contulit in Imperatorem: quia ſcilicet *toti Reip. niſi per unum conſuli* non poterat, *l. 2. §. noviſſimè ff. de orig. juris*: vel potius, quia jam Imperatores ſummam rerum armis obtinuerant, ut verius cenſet Ventura Cæcus *in Catal. ad l. 2. de origin. Iur. exerc. ult.* ſicut Hebræi feſſi Tyrannidis Herodis poſt annum 31. in ejus & poſterorum fidem jurarunt. Philo *in breviar. de temp.* & tum Sylla, tum Cæſar publicâ populi lege curarunt ſibi Dictaturam offerri, Plut. *in Cæſ. & Syll.* quam jam facto exercebant. Quomodo & Coſmus Medices poſt Alexandri cædem coegit Florentinos, coacto exercitu, & tormentorum multitudine diſpoſita, ſe ducem creare, ſi ſalvi eſſe vellent. Bodin. *2. de Rep. c. 5.* An igitur ceſſionem illam populi pro nulla habebimus, in quâ ſæpè Imperatores univerſum ſuum jus fundant. Irene & Nicephorus neceſſitate eò deducti cum

Diſtrahitur feuū.

Contrahit mulier matrimonium ſine conſenſu &c.

Maritus diſtrahit bona dotalia.

Etiam neceſſitate expreſſa ſunt ſervanda.

Digitized by Google

cti cum Carolo M. diviſerunt imperium, ex quo multi legitimam Imperatorum Occidentis poteſtatem deducunt: abſit tamen eam ceſſionem pro nullâ habeamus, quia neceſſitate expreſſa eſt. Romani patres, ut plebem in urbem revocarent, in quaſcunque conditiones conſenſerunt, de quibus tamen pactis pulcre diſſerit Lucius in ſenatu, cum de capite Marcii ageretur. *Aut*, inquit, *ratione providentes id, quod optimum erat, aut neceſſitati cedentes, quibus voluimus conditionibus, reditum nobis conceſſiſtis. Si hæc maximè è Rep. eſſe credebatis, quin in eadem ſententia nunc quoq; manetis? Sin neceſſaria, & quæ aliter fieri non poſſent, cur ea iniquo fertis animo? principio enim fortaſſe (ſi poteratis) non oportuerat vos hæc nobis concedere. At cum conceſſeritis, ea vobis minimè ſunt reprehendenda ac vituperanda, ſed æqui boniq; conſulenda.* Halyc. *lib.* 7. Multa quidem fieri prohibentur, quæ nihilominus, ſi facta fuerint, obtinent firmitatem, *c. cum ad Apoſt. de regular. c. 2. & 3. de clandeſt. deſponſ. c. conſuluit, c. pen. qui Clerici vel voven. l. patre furioſo,* & ibi Jaſ. *n. 12. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. furor de ſponſ. cum ſimil.* Non ita diſputabant Romani cum Samnitibus licet Poſthumius reliquique tribuni coacti conditiones ignominioſas accepiſſent. *Non nego*, ait Poſthumius, *tam ſponſiones quam fœdera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur, ſed injuſſu populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat*, Liv. *lib. 9.* Verum longè ſecus reſpondit Franciſcus I. Carolo V. quod quæ ab homine captivo promiſſa ſint, neminem obligent, cum videantur expreſſa vi metuque. *Tout homme gardé ne peut avoir obligation de ſoy, dit il, au cartel, de quel il a l'Empereur pour le deffier*: Du Bell. *lib. 2.* quo argumento quid potuiſſet Atilius Regulus invenire efficacius ad fidem Carthaginenſibus datam rumpendam. Sed Romanorum integritas apparet ex eo, quod non tantum ad Hannibalem juſſerint redire, qui fidem redeundi ipſi dederant, ſed etiam vinctum remiſerint, qui ſtultâ quâdam calliditate juramentum interpretatus Romæ remanſerat. Cic. *lib. 3. off.* Tanti tum faciebant fidem, *qua*, ut ait Cicer. *lib. 2. off. in fin. nulla alia res Remp. vehementius continet*: Ea fecit, ut Poſthumium Samnitibus, Liv. *lib. 9.* Mancinum Numantinis, Paterc. *lib. 2.* Varronem Corſis, Val. *lib. 6. c. 2.* Romani dederent, *ut ipſi impio ſcelere eſſent ſoluti*, quibus verbis utitur Pater patratus in deditione Poſthumii. Nondum enim ſciebant fidem metu expreſſam religione carere, ſed potiùs diſtinguebant inter actus purè violentos & mixtos, quorum illi obligationem non pariunt, ſed hi contrahentem non omninò excuſant, quia relinquunt ipſi arbitrium & electionem, prout Ariſt. benè docuit. *lib. 3. Eth. Nicom. c. 1.* Et ſanè ſi verum eſt, quod Guicciardinus notat *lib. 16. circa fin.* Franciſcum I. fidem dediſſe, *di ritornare ſpontaneamente in carcere, quando per qualunq; cagione non adempiſſe le coſe promeſſe*, non video, quomodo excuſari poſſit de fide non ſervatâ, niſi dicere velis, ſicut Bellajus videtur velle innuere, *lib. 3. hiſt.* quod nihil ſub fide ſuâ promiſerit. *Le Roy*, dit il, *volontiers accorda*

tout, entendant bien, que quelque promeſſe, qu'il fiſt, eſtant priſonnier, garde & non ſur ſa foy, eſtoit de nulle valeur, cum tamen Jovius Guicciardin. & quicunq; illius ævi hiſtoriam ſcripſerunt, fidem interpoſitam aſſerant, nec tàm malè videtur Carolus V. ſuis rebus conſulere voluiſſe, ut eum, de cujus fide ipſum ſemper dubitaſſe eventus docuit, ſine ſufficienti cautione dimittere voluerit. Quid verò? an non ſigillum ſuum literis pacti appoſuit, cum Cancellarius id facere recuſaret? an non verba nuda principum inſtar juramentorum habentur, ut Alphonſum dicere ſolitum ſcribit Anton. Panorm. *lib. 1. de dict. & fact. Alph.* nec Franciſcus ipſe, ſive in excuſatione ad Pontificem & Venetos, ſive in oratione ad Granuellium, legatum Imperatorium, cum dimiſſionem à rege peteret, ſive in literis ad Imperatorem, ullibi negat fidem ſe dediſſe, ſed negat fidem à ſe datam eſſe ullius roboris, cum vi carceris extorta fuerit. Quod ſi Carolus V. non addidiſſet clauſulam de reditu ad carcerem, ſibi ipſi imputare debuiſſet, qui cum potuiſſet, legem non dixiſſet apertius, *l. quicquid 99. de verb. oblig.* ideoque audiret illud Adriani: *αὐτὸς σὺν τῷ ὑστερῆσαι*, vel quod fertur aliorum, *diſce cautius negociari*, Cujac. *14. obſ. 32.* Debet enim videre, qui emit, an venditor talis ſit, qualem ſe facit, Mantua *deciſ. 99. n. 5 per l. ſin. C. comm. de legat.* Covar. *lib. 3. variar. reſol. c. 17. n. 1. & ſeq* quoniam ſcire & ſcire debere æquiparantur, nec excuſatus prætextu ignorantiæ, qui ſcire potuit. Ariſt. *3. Ethic. c. 1. l. Regula de jur. & fact. ignor.* Ideoque Eduardus III. non dimiſit Johannem, quam ejus filii, reliquique principes, adeoque univerſi tres ſtatus fœderi Carnutenſi ſubſcripſiſſent. Mat. Villan. *in hiſt. ſui temp* Froſſar. *lib. 1.* ſed poſtqnam de reditu ad carcerem ſibi caverat, pleniori cautione opus non habebat. Nihil enim aliud poſtulabat à Romanis Pontius, quam ſi ſponſionem Poſthumii repudiarent, ut ad furcas Caudinas redirent, *Samniti populo*, inquit, *omnes quos in poteſtate habuit, aut pro iis pax debetur. Si populum Romanum ſponſionis pœnitet, reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt. Nemo quenquam deceperit, omnia pro infecto ſint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt, redeant in caſtra ſua, quicquid pridie habuerunt, quam in colloquium ventum eſt, habeant. Tum bellum & fortia conſilia placeant, tunc ſponſio & pax repudietur. Ea vero fortuna iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum: nec populus Romanus conſulum ſponſionem, nec nòs fidem populi Romani accuſemus.* Livius *libr. 9.* Sed Pontius id à Romanis exigere non poterat, cum non ipſa Reſpubl. ſed Conſul tantum ſe obligaſſet: Hic vero rex ipſe eſt, qui paciſcitur, qui licet ſubditos invitos diſtrahere non potuiſſet: potuiſſet tamen tantum apud eos efficere, quantum Johannes apud Aquitanos interceſſione & precibus Jacobi Burbonii obtinuit, ut intellexiſſent, *ſi ſalvi eſſe vellent, neceſſitati eſſe parendum.* Cic. *2. off. ad fin.* Conſtat enim pacis faciendæ cauſa, in qua conſiſtit ſalus Reip. nedum

regis juſto bello capti liberandi gratia ſubditorum quosdam alienari poſſe. Barbat.*conſ.11.col.3.ver. ad hoc reſpondeo multifariam volum. 2.* Pruckman. *de abſol.poteſt: membr.2. cap.4.* Antonius Gabr.*de jur.quæſt.non toll.concl.8.nu.16.* Roſenth.*de feud.cap.9.in 1.concl.62.n.22.* atque ita idem Franciſcus demum Flandros & Arteſios in fœdere Cameracenſi à jurisdictione Gallica ſeparavit: Ludovvic.Guicciard.*lib.1.* Bellarm.*lib.3.* & jam antea Johannes totam Aquitaniam cum multis aliis regionibus Anglo tradiderat,quas etiam Carolus V.neſcio an ſatis æquo jure cum regno iterum conjungendas putavit.Nimis enim futiles ſunt duo illi prætextus, propter quos principi Walliæ bellum decretum ſcribit Froſſard.*lib.1.c.246.*

Tertia verò cauſa, quam ſecretò inculcatam regi addit, potiſſima fuit,videlicet,quod ſubjecti pertæſi imperium Anglorum ad coronā Franciæ redire maluerint. Sed eſt ne hæc ſatis ardua ad reſcindendum contractum cauſa? Nec enim iniquitatis accuſare poterant contractum,quem niſi feciſſent, tota Reſpubl. prout tunc res ſe dabant, periiſſet, & ſi quid habuiſſet iniquitatis contractus, tamen, quia conſentiente univerſo populo aut majori ejus parte factus erat,vel ſolo hoc conſenſu ſubſiſtebat. Afflict. *deciſ.101.* Caſtald.*de Imp.q.114.n.3.* Tapia *in l.fin.c.92.part.n.16 ff.de conſt.princ.* Quin etiam Angli terras iſtas tenebant, non ex nuda & ſimplici ceſſione, ſed jam armis & vi belli eas in ſuam ditionem redegerant,quocirca reſpondere poterant,quod Romani Volſcorum legatis reſpondebant, cum urbes à Romanis occupatas inſtinctu Coriolani repeterent. *Si,* inquiunt,*nobis oppida dediſſetis,poſtea pœnitentia ducti nunc ea repeteretis, certè injuria vobis fieret, niſi ea reciperetis. Si verò jure belli iis ſpoliati fuiſtis,cum nullum amplius in eá dominium habeatis, injuriam facitis, qui res alienas appetatis. Nos enim juſtiſſimas poſſeſſiones ducimus, quas armis victores quæſiimus, nec legem iſtam nos primi conſtituimus,nec eam hominum potius quàm Deorum exiſtimamus,ſed cùm omnes tam Græcos quam Barbaros hac uti ſciamus, nihil molliter vobis remittemus, nec rebus bello quæſitis cedemus.Magnum enim eſſet vitium,ſi quis virtute & fortitudine parta per ignaviam & ſtultitiam amitteret.* Hallyc.*lib.8.*

Sed ut ad principale noſtrum inſtitutum redeamus, in plærisque principum juramentis exceptum videmus, ne ipſis liceat regni conditionem deteriorem facere, id quod Imperatores Romanorum, Reges Polonorum,*lib.1.ſtat. Pol.* Danorum: *In art.Frider.exhibit.* Suecorum,Ungarorum, *c.intellecto de jurejur.* & cæteri, qui per ſuffragia tantam dignitatem aſcendunt,quibusque jurandi leges ſubditi præſcribunt,omninò jurare coguntur,prout ex ſingulorum juramentis patet.Inter abdicationis Wenceslai cauſas §.*1.in fin.* ſcribunt Electores: *complures urbes terrasq; tàm in Germaniá,quàm Italia ad Imperium pertinentes alienavit,parum pensi habens,ut eas retineret.* Urſtiſ. *tom.2.Hiſtor.Illuſt.ex Chron.Germ.* Jacobi Kongelshov. Uladislaus

dislaus rex Bohemiæ ab Ungaris accitus etiam ad repetendum provincias à Matthia Corvino diſtractas ſe obligavit, Bonfin. *dec. 4. li. 9.* quod & Rex Daniæ facit, quoties Orcadicarum inſularum imperium Danis reſtituere promittit, & Imperator Romanorum, quem inde Auguſtum, quaſi ad augendum Imperium dictum, Germani autumant. Fridericus II. rectè interpretatus eſt vim juramenti, quando Pontifici, ut à Sardiniæ occupatione deſiſteret, admonenti, reſpondebat, *ſe ejus cauſa perjurium non commiſſurum:* & Carolus V. cum militem à Germanis, peteret: Wir habens vns/ſagt er/ vorgeſetzt/das jenige/ſo dem Reich entzogen/vnnd lange zeit inn frembden Händen geweſen/Widerumb zuerobern vnd zum Reich zubringen. *In conſt. Wormatienſ. 1521. in* §. Vnd als Wir in vnſer. Econtrario vero juramentum violarunt, & fidem profeſſionis fregerunt, *c. ſicut ex literis de jurejur.* qui propriæ utilitatis cauſa publicam diminuerunt, ut Ludovicus Bavarus, Carolus IV. Rudolphus Habſpurgenſis, quibus adderemus etiam Conſtantinum M. ſi ejus donationis veritatem oſtendere poſſent pontifices, de qua re fuſius alibi diſputabimus. Henricus verò IV. ſeu V. licet in Conventu Trecenſi jus ſuum diminui proteſtatus eſſet, tamen quia collationem Eccleſiarum ſibi prorſus adimi à Paſcali paſſus eſt, ut coronam ab eo impetraret, procul dubio dimidia ſui parte imperium deterius reddidit. Sigon. *li. 19. hiſt. Ital.* Caroli verò M. donatio, ſi jus, principatum, & ditionem ſibi retinuit, *ut Sigonius* ſcribit & eventus docuit, quia modicam tantum læſionem imperio intulit, tolerari poſſet, ſicut & Sicelegum oppidum, quod Achis rex Davidi inhabitandum conceſſerat, perpetuò manſit in ditione regum Judæ. *1. Reg. 27.* Nam ex decreto concilii Agathenſis, licet etiam Epiſcopo *terrulas aut vineolas exiguas, aut Eccleſiæ minus utiles aut longè poſitas alienare, c. terrulas 12. q. 2.* ſine conſenſu fratrum, id eſt, Epicoporum, ut explicat Duaren. *li. 7. de benef. Eccl. c. 9.* quorum alias conſenſus eo tempore neceſſarius erat, *c. quod neceſſitas 10. q. 2. c. quicunque 12. q. 2. nullus 17. qu. 4.* & ubique pontifices tùm demum revocant alienationes rerum Eccleſiaſticarum, *ſi Eccleſia propter eas enorme diſpendium incurrerit*, ut loquitur Innocent. 3. *in c. ad noſtram de rebus Eccleſ. alien. & ibi gl. in ver. Enorme*, quia pro levi damno non datur reſtitutio. *c. 1. de in integr. reſtit. l. ſcio de reſtit. in integr.* Par eſt in Rep. ratio, ubi nec acta principum, ob parvum præjudicium vel damnum reſcindi debent *arg. l. reſcripta, ibi, niſi fortè ſit aliquid, quod non lædat, C. de precib. Imper. off. l. quoties 2. ibi, ſine gravis partis alterius diſpendio. C. eod.* Bart. *in l. prohibere §. planè quod vi aut clam* Felin. *in c. ad audientiam. lo. 2. num. 4. circa medium de præſcr.* Tiraquel. *de judic. in reb. exig. fer. verſ. ſeptuageſimo quarto.* Speculat. *de inſtrum. edit. §. nunc a. num. 11.* Covar. *in rep. cap. quamvis pactum par. 2. §. 2. n. 4. de pact. in 6.* Tapia *in l. fin. c. 9. part. 2. nu. 35. ff. de conſtit princip.* Natta *conſ. 638. Exorta eſt num. 47.* Theſaur. *deciſ. 91. n 3.* Vaſq. *li. 1. Controv.*

14. *Quæ ſunt parvi momẽti alienari poſſunt.*

illuſt.c.34.n.1.& plures alii infra citati, *arg.l ſancimus C de donat.* ſicut & Cic. *2.de off.ad fin.* C. Grachi frumentariam largitionem damnat, *quod magna fuerit & ærarium exhauſerit.* M. vero Octavii *modicam & reip. tolerabilem & plebi neceſſariam* fuiſſe dicit.

Quæ ſit modica læſio. Quæ autem res dicatur modica, quæ magna, licet ex multis capitibus deſumi poſſit, Seyſſel. *in ſpec feud.tit.quæ dicatur res magna.* Afflict. *in c.1.§. In generali.n.20.ſi de feud fuerit controv.* Menoch. *caſ.85.n.51.& caſ.559. à n.4. uſq; ad fin.præcipuum* tamen eſt, ſi ſuperioritatem abdicet vel retineat. Cravet *conſ.894. Ius optimum num.2.*Zoannet.*de Rom.Imp.n.162.* Lancelot. *lib.1. c.1.de Imp.§.4.verſ.trigeſimo loco.n.5.* quia non eſt prorſus perditum, quod ratione ſummi imperii & dominii noſtrum manet, quo tamen nomine ab Electoribus accuſatus fuit Wenceslaus *in libell.abdicat.* § 1. apud Urſtiſium *li.1.hiſt.illuſtr.* quod *pernitiosè mutilaſſet imperium, & mutilum reddi promiſiſſet,dum ex vicario Imperii creaverit ducem Mediolanenſem,*inprimis ſi diſtractio fiat tantum inter ſubditos,ſicut Carolus IV. eum centum aureorum millia,quæ ſingulis Electoribus promiſerat,ut filium Wenceslaum ſibi ſucceſſorem eligerent, ſolvere non poſſet,oppignoravit illis telonia& vectigalia, oppida,proprietates,& alia imperii jura. Naucler. *generat.46.* Nam eà ratione bona non auferuntur extra imperium, ſed & in eius poteſtate manent,Zoan. *d.n.162.*& uſibus Reip.non deſinunt inſervire.Sic enim multis civitatibus & provinciis Italici juris immunitas datur: *l.1.l 2.l.3.ff. de cenſibus.*Sic princeps concedit loca publica,*l prohibere §. planè in fin.ff. quod vi aut clàm* & benè merentibus confert feuda,*gl.1.in l.humanarum C.de ll.*quia dominium nihilo ſecius penes ſe retinet,*c.Oberti,§.fin.in quibus cauſ.feud.amit. cum concord.int.*

15. *Vnde timetur magnum decrementũ Reip. id non eſt admittendũ.* Quod vero idem̃ Carolus IV. ex nimia, quâ Gallos proſequebatur, propenſione,jura regni Arelatenſis iis conceſſit,Car.& Peucer. *li 5. Chron.* quem idcircò, & quod Electoribus vectigalia venumdederit, Maximilianus I.vocare ſolitus fuit alterum Craſſum,Vitricum, & diſſipatorem Imperii: Spiegel. *ad li.5.* Gunther. Item quod Ludovicus Bavarus Helvetiis ſuas partes ſecutis nimia privilegia attribuit,cauſaque iis à corpore imperii ſeſe ſejungendi extitit: *Id ibid.*quodque Rodulphus Habſpurgenſis *pecuniæ avidus,*(verba ſunt Trithemi,) *rem principitur pem committens, cancellarium ſuum in Italiam miſit,qui accepta pecunia populos omnes liberos faceret, eos potiſſimùm,qui ſe prælio redimerent, ob quam rem Lucenſes 12. millia nummum auri perſolverunt,Florentini 6 millia*: Platin.*in vit. Honor. IV.* Blond. *in Hiſtor.Ital.* Crantz *in Metrop.li.8.* Felin. *in c.cum non liceat, verſ. quartò conſidero de præſcr.* Dec. *conſ.528. n.2.* Caſtald. *de Imp.q.54 n.12.* id quia contra juramentum ipſorum & contra ſalutem publicam factum eſt, nullo unquam tempore ratum haberi debet,*l.pacta quæ contra.C de pact. l. non dubium, C. de ll. l. Iuris gent.*

Digitized by Google

gent.§.prætor ait,l.contra juris in pr.ff.de pact Si enim Æneas Sylvius *lib.de ort.& autor.Romani imperii c.13.* rectè dicit *errare eos, qui ſe, ſuis virtutibus exemtionem ab imperio meruiſſe ferunt,* & *c.15. privilegia iis data revocari* poſſe addit, quanto minus argento venalis erit illicita libertas? meritoque cenſet Cominæus, *Italiæ principes magna ex parte retinere poſſeſſiones: nullo ferè titulo: li.10.bell.Gall.* & rogati de jure, tantum id reſpõdere poſſunt, *ſe poſſidere.* Paurmeiſt. *li.2.jurisd.Rom.c.4.num.56.* Nec quicquam ſucceſſoribus in eo præjudicarunt, ut deplorat Albert Grantz *d.l.8.* dum ait de Rudolpho: *aliquantò melius erat, ſi nihil ille armorum pro recuperandis imperii juribus intentare voluit, cauſam ipſam integram ſervare ſucceſſoribus.* Nam etiamſi juramentum appoſuiſſent, contractus tamen non valeret, quippe in præjudicium regni & contra regis honorem initus. *c.intellect.& ibi gl.in Verb. regni ſui de jurej. c.licet 12. q.2 c. quod vis commiſit 35.q.9.c. Abbate ſane de re jud.in 6.c.pervenit de jurejur.* Steph. *2.de jur.c.1.membr.1. n. 24.* In malis autem promiſſionibus fidem non ſervabis, *gl.* & Bart.*n.5.in d c.intellecto, c.in malis 22.q.4.* Hic enim eſt finis propter quem Reges præficiuntur regnis, quique ſemper ſubintelligitur, licet expreſsè in juramento non exprimatur. *Ut tutela, ſic procuratio Reip.* ait Cic. *1.off ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.* Ariſtot. *8.Eth.c.10.* Tyrannum in hoc diſtinguit à rege, quod ille ſuam, Rex ſubditorum ſpectet utilitatem. *Non enim*, inquit, *eſt rex, niſi ex ſe ipſe ſufficiat, omnibusq; bonis excellat: at qui talis eſt, nulla re indiget, quocirca utilitatem non ſibi ſed ſubditis procurabit.* idque pluribus ſupra planum fecimus, & poteſt abundè ex ipſo jure civili colligi. Sic enim Imperator. *l.1.C.de Emend Codic.Cordi nobis eſt, patres conſcripti, ſemper animi noſtri curas rebus communibus avidiſſimè impendere,* & Pomponius *l. 2. §. noviſſimè de orig.jur.propterea* ait, *Imperatori conceſſam omnem poteſtatem, ut per eam omnibus conſuleretur: adde l.ſi quando, ibi, non eſt credendum.C.de inoff.teſtam. l. un.in pr.ibi curam principis ff.ad L.Iuliam ambit.* Itaque Baldus ait *in l.un. de off.præfect.præt.* Imperatorem non eſſe *ad deſtruendum, ſed augendum* electum, cum *diminuendo imperium homicida ſuæ dignitatis* fieret. Quæ autem contra regiam dignitatem fiunt, Papa negat rata habere. *d.c. intellecto.* Multò minus verò rata habiturus eſt, quæ fidem propriæ profeſſionis frangunt, *c.ſicut ex literis de jurejur.* aut nervum Reip. rumpunt, *cap. cum inter in fin. de conſuet.* Rumpi autem nervum Reip. id genus illicitis alienationibus Bald. docet, *d.c.intellecto n 4.* quia ſubtrahuntur fundamenta, ex quibus nervus colligi debet, ſicut Leo IV. ratiocinatur: *in c.monemus 12. q. 2.* Eccleſiam ad nihilum redituram, ſi prælatis ejus bona alienare liceat, & hoc eſt primum argumentum Accurſii contra donationem Conſtantini, *in Auth. quomod. oport.Epiſc.& Cler.verb. conferens generi*, quia generaliter pacta ſuper aliâ re, *l.ſi unus, §.pacta quæ turpem.ff.de pact.* & contra juris communes regulas, *l.con-*

tra

Digitized by Google

tra in pr. ff. eod. de ve Rep. facta non ſubſiſtunt, *d. l. ſi unus, & l. Iuris gentium §. & general. ff. eod.* nec ullis conventionibus poteſt jus Reip mutari. *l. 2. §. jus Reip. ff de admin. rer. ad civit. pertinent.* Sed & pacta contra bonos mores non valent. Pacta autem quæ patriæ debitam reverentiam tollunt, ſunt contra bonos mores, *l. alia cauſa §. 1 in fin. ff. ſolut. matrim.* quia plùs debemus patriæ, quàm parentibus, *l. honor §. plebeii ff. de mun. & hon.* Ideoque meritò cenſet Pontifex à capite membra recedere non debere, *c. cum non liceat de præſcript.* & Ictus lege majeſtatis teneri vult, cujus dolo malo opera factum eſt, quo Rex exteræ nationis populo Romano minus obtemperet, *l. cujusq; dolo ff. ad L. Iul. maieſt.* nec Martinus Pontifex ullis Anglorum precibus adduci potuit, ut pactum Caroli VI. & Henrici V. de transferendo regno Franciæ in Anglos, ratum haberet, Bodin. *1. de Rep. c. 8.* quanquam Anglus regnum peteret, non tàm ob ſimplicem ceſſionem, quam quod illud ſibi deberi diceret, ratione hæreditatis maternæ, & quod jure belli illud penè in ſuam poteſtatem redegiſſet. Vide Nevizan. *conſ. 16.* inter conſ. feud. Bruni *per tot.* Igneum *in rep. l. donationes, quas Divus C. de donat. int. Vir. & Vxor.* Hottom. *q. 1. illuſtr.* Zoan. *tr. de Rom. Imp. n. 159. usq; ad n. 200.* Lancelot. *lib. 1. c. 1. de Imper. §. 4. verſ. trigeſimo.*

CAP. II.

DE NUMERO ET ORDINE JURIUM MAIESTATIS FISCALIUM, ET QUANTUM principi ex bonis privatorum delibare liceat.

SUMMARIA.

1 *Majeſtas nequit plus per dominium ſuū à privatis poſſeſſoribus exigere, quam publica utilitas requirat.*

2 *Publica utilitas requirit exactiones tributorum & vectigalium.*

3 *Injuſtum eſt quicquid præter publicam utilitatem exigitur.*

4 *Ad tributa non eſt confugiendū principi, niſi, quando aliunde argentum non ſuppetit.*

5 *Optimus majeſtatis theſaurus, divitiæ benevolorum ſubditorum.*

6 *Tres claſſes bonorum, in quibus jura majeſtatis minora fundantur.*

POſtquam jam minorum jurium majeſtatis fundamentum explicavimus, & quantum ex univerſis Reipub. bonis & cui fini decerpere poſſit majeſtas, facilè jam erit ordinem eorum nec non numerum inde deducere. Cum enim majeſtas ratione jurisdictionis & adminiſtrationis domina ſit omnium bonorum, tàm privatorum, quàm publicorum, ſequitur, ut iisdem

dem uti queat, quia *de re diſponendi facultatem habere, hoc eſt dominum eſſe. l. in re mandata. C. manda.* Bart. & Dd. *in l. ſi quis §. differentia ff. ad adquir poſſ. c. Eos qui per pecuniam 1. q. 1.* Weſenbec. *in rubr. n. 4. Inſt. de rer diviſ.* Covar. *lib. 3. variar. reſolut. c. 6.* Duaren. *lib. 1. diſput. Anniv. c. 17.* Chaſſan. *conſuet. Burg. rubr. 1. §. 2. verſ. & la preuve n. 21.* Donell *ad l. Eum qui §. propriet. de verb. oblig. Hæc ſunt,* ait Cicero *pro Balb. firmiſſima fundamenta noſtræ libertatis, ſui quemque juris & retinendi & dimittendi eſſe Dominum.* Habet autem dominium non alio reſpectu, niſi quatenus majeſtas eſt, id eſt, quatenus Rempubl. gubernat ad ſalutem omnium ſubditorum, in quo conſiſtit officium principis. Unde ſequitur, quod nec ex bonis Reipubl. quicquam petere poſſit, niſi quatenus publica neceſſitas & publicus uſus id exigit. Heig. *q. 17. & 18. n. 4. 6.* Atque hæc ſit communis fiſci curandi regula, ne plus pro eo exigatur, quam publica utilitas poſtulet.

Tantum ex privatis petit majeſtas, quantum exigit publica utilitas.

Hæc enim unica debet eſſe exigendorum tributorum, conſtituendorum vectigalium, imperandarum angariarum, parangariarum, & his ſimilium exactionum cauſa, quod aliàs Reſp. conſiſtere non poſſet. 2. *Impoſſibile eſt,* ait Juſtinianus, *Novell. 149. c. ac ſane, verſ. Impoſſ. ut ſacris tributis non illatis, alioqui Reſp. conſervetur.* Et Flor. *lib. 3. c. 13.* Vectigalia vocat, *patrimonium imperii,* quæ imperatores vocant *ſolatia civitatum, l. vectigalia. C. de vectigal. & comm.* quaſi ex quibus muri & ædificia publica reſtituantur, magiſtratibus ſalaria, benè merentibus præmia diſtribuantur, totiusque civitatis ſtatus conſervari debeat. *d. Novell. 149.* Propterea *cum dubitaret Nero, an cuncta vectigalia omitti juberet, idq; pulcerrimum donum generi mortalium daret, impetum ejus, multum prius laudata magnitudine animi, attinuêre ſenatores, diſſolutionem imperii docendo, ſi fructus, quibus Reſp. ſuſtineretur, diminuerentur. Sublatis etiam portoriis, ſequens, ut tributorum abolitio expoſtularetur. Pleraſq; vectigalium ſocietates à Conſulibus & trib. pleb. conſtitutas, acri etiam populi Romani tum libertate: Reliqua mox ita proviſa, ut ratio quæſtuum & neceſſitas erogationum inter ſe congruerent.* Tacit. *lib. 14. Annal.* Iidem ſenatores, tàm infeſti fuerunt Metello Nepoti prætori, qui legem de abolendis vectigalibus tulerat, ut nomen ejus legi detrahere voluerint: Dion. *lib. 37.* quanquam id in eum finem faciebant, quod gloriam tàm gratioſæ legis Metello inviderent. Cicero tamen ejus legem improbat, dum ſcribit: *Portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diviſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum præter viceſimam? quæ mihi videtur una concionculâ, clamore pediſſequorum noſtrorum eſſe peritura. lib. 2. ad Attic. Ep. 16. poſt princ.* Fuerunt etiam, qui Veſpaſianum excuſarent, *quod non contentus omiſſa ſub Galba vectigalia revocaſſe, nova & gravia addiderit, & auxerit tributa provinciis, nonnullis & duplicaverit. Dicebant enim ad manubias & rapinas neceſſitate compulſum ſumma ærarii fiſciq; inopia, de qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus, profeſſus quadringenties millies opus eſſe, ut Reſp. ſtare*

Neceſſitas & uſus tributor. & vectigaliũ

Digitized by Google

poſſet. Suet. *in Veſp. c.16.* Eadem enim de causâ etiam Triumviri nova vectigalia inſtituerant, quod longè majores ſumtus fierent, quam quos Cæſar ſuperior ſtatuerat. Dion. *lib. 48.* Ac Auguſtus, ut perpetuò & ſine difficultate ſumtus ad tuendas proſequendasq; legiones ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis inſtituit. Sueton. *in Aug. c.49.* Eſſe enim *in cauſis tributorum Reip. nervum* rectè ſcripſit Ulpian. *l. 1. §. in cauſis 20. ff. de quaſt.* & Leo ait, *Novell. 51. in pr. Rempub. pecuniarum vis ſtabilit*, quod ſic explicat Tacit. 4. *hiſtor.* *Nec quies*, inquit, *gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt*: & ad Auguſtum Mecœnas de inſtituendâ Rep. *Impoſſibile eſt & ſine bello nos tutos eſſe, & milites ſine ſtipendio habere, ſive unius principatum agnoſcamus, ſive in qualicunque Reipublicæ forma vivamus. Ubiq; neceſſariò pecunia eſt conficienda.* Dion. *lib. 52.* Brevius Auguſt. *lib. 22. contra Fauſt. c. 74.* *Chriſtus tributa Cæſari monet reddi, quia propter bella neceſſariò militi ſtipendium præbetur*, & Symmach. *lib. 10. Ep. 10. Ceſſantibus ſubſidiis, neceſſaria deſeruntur.*

Saluti igitur publicæ detrahunt, qui tributum negant perſolvere, quod ipſe Chriſtus perſolvit, & præceptum inſuper addidit: *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, Matth. 22.* quod latius interpretatur Apoſtolus: *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem: ad Rom. 13.* Et Ambroſ. *in Orat. contra Auxent: Si de meis aliquid poſceretur, aut fundus, aut domus aut aurum, aut argentum, id quod mei juris eſſet, reſpondi, me libenter offerre*: & paulò poſt: *Tributum Cæſaris eſt, non negatur.* Salomonem ex tributis annonam & familiam univerſam, quam habebat ampliſſimam, ſuſtentaſſe ex ſacris literis patet. Singulis menſibus in anno ſingulæ tribus neceſſariam annonam regi & domui ejus præſtabant, ad quam exigendam totidem præfectos Rex conſtituerat. 3. *Reg. cap. 4.*

5. Verum ſi ob publicam tantùm utilitatem, jura fiſcalia principibus conceduntur, ſimul & hoc manifeſtum fit, quicquid præter publicam neceſſitatem extorquent principes, contra jus & æquitatem extorqueri, ſicut Comin. *lib. 10. bell. Gall.* cum retuliſſet, Mahometem Turcarum Imperatorem vehementer doluiſſe, quod extra ordinem ſuis provinciis imperaſſet tributum: *Quocirca*, inquit, *mihi vide, quod noſtri principes facere debeant, qui certè jus nullum habent, onus aliquod imponendi, invito populo.* Quid enim cogitari poſſit iniquius, quam quod contra fas pauperrimo cuique ſubditorum ereptum eſt, vel in magnifica ædificia, vel in aſſentatores aulicos, vel in epulas, viſcerationes ludorum, venationumque apparatus prodigere. Equidem jura hæc fiſcalia, quorum ſubtilitate jurium, tranſitus quidem fieri videtur in patrimonium regis, tamen, quia dotis loco habentur, & regi conceduntur, propterea quod Remp. ſibi deſpondit, revera non auferuntur

runtur populo in totum, nec ita propria fiunt regis, ut ea pro libitu dilapi-
dare poſſit. *l. in rebus 30. C. de jur. dot.* Pulcrè has largitiones perſtringit Cic. 2.
*off. ad fin. quibus nec amici fiunt, & Reſp. depauperatur. Sic enim ad Alexandrum
M. Philippus ſcripſiſſe dicitur: Quæ te, malum, ratio in iſtam ſpem induxit, ut eos
tibi fideles fore putares, quos pecunia corrupiſſet? An tu id agis, ut Macedones non
te regem ſuum, ſed miniſtrum & præbitorem putent?* Rectè, inquit Cicero, *largi-
tionem corruptelam dixit eſſe. Fit enim deterior, qui accipit, & ad idem ſemper ex-
pectandum paratior, ſed illud pejus, quod cum dando [illegible]re cœperint, alienis bonis
manus inferre coguntur, atq; ita cum benevolentiæ comparandæ cauſa benefici eſſe
velint, non tanta ſtudia aſſequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum,
quibus ademerunt.* Videntur hæ prodigalitates aliquid ſimile habere epulis
Syllæ, quæ ille populo præbuit tanto apparatu, *ut multa quotidiè carnes aſſa
in profluentem abjicerentur, vinum quadraginta & plurium etiam annorum bibe-
retur.* Plut. *in Syll.* Sed ea omnia, quæ populo his conviviis donare videri vo-
lebat, eidem per proſcriptiones, & confiſcationes eripuerat. Cum *quis alium
juvare vult, videre ante omnia debet, ne alium offendat.* Nec debet *cooperiri unũ
altare, ut alterum detegatur. c. ex tuarum de auctor. & uſu pall.* Si non poteſt
*ſubveniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum juvari, quam gravari
alterum, c. deniq; 14. q. 5.* Nec enim peccata perpetranda propter Eleemoſy-
nas, *c. non eſt putanda 1. q. 1. c. forte. c. nolite 14. q. 5.* vel ad extruenda monaſteria
aut Xenodochia per Simoniam pecunia cogenda. *d. c. non eſt putanda.* Dago-
bertum I. Gallorum regem ſcribunt, quibuscunque potuerit Eccleſiis reli-
quias Sanctorum ſuffuratum, ut erga S. Dionyſium liberalis eſſet, ejusquè
Eccleſiam iis ditaret: Gill. & Belleforeſt. *in Dagob.* nec pauci hodiè ſunt, qui
per fas & nefas congeſta bona, ubi pœnitentiâ duci cœperunt, in pios uſus
convertere ſolent, quorum liberalitatem Epiſcoporum Turonenſium qui-
dam meritò impiam judicavit, qui Eccleſiam à Comite Andegavenſi ex ra-
pinis ædificatam dedicare noluit, *ut ſcribit* Glaber Radulphus Monachus,
qui vixit tempore Roberti regis. Memorabile eſt judicium ſenatus Rom. con-
tra Fulvium Flaccum cenſorem, qui ut ædem Fortunæ equeſtris bello Cel-
tiberico à ſe votam, marmoreis tegulis, quarum aliàs copiam non habebat,
tegeret, ædem Junonis Lucinæ detexerat. *Cenſuit enim, ut hæ tegulæ in tem-
plum Iunonis reportarentur, piaculariaq; deæ fierent. Non enim ruinis templorum
templa ædificanda, q. non iidem ubiq; Dii immortales eſſent, ſed ſpoliis aliorum alii
colendi exornandiq;.* Liv. *lib. 42. in pr.* Refert Ingulphus Edvardum S. Angliæ
Regem, cum collegiſſet magnam auri copiam ex ſubditorum tributis, ejus-
què conſpectu ſe delectaret, vidiſſe auro inſidentem diabolum, itaquè ini-
quarum exactionum admonitum tributum, quod vocabant Danegilt re-
miſiſſe, & quod jam exegerat, cuique reſtituiſſe. Quicquid ſit, Rebuffus *ad
l. Eum de ver. ſignif. conſulentes,* inquit, *principi, ut nova imponat tributa & vecti-*

Digitized by Google

galia ſine magna cauſa, eſſe in inferno pœnis Tartareis cruciandos perpetuò, in quã ſententiam allegat illud Macchab. *Et tu, qui inventor omnis malitiæ factus es, non effugies manum Domini. Cogita igitur, quod morieris cito, & generatio tua citò extinguetur.* Principum peccatum eò gravius eſt, quò malè parta in pejores uſus collocant, quos idcirco divinus Propheta vetat *ſibi multiplicare equos, mulieres & ancillas, ne luxu ſuo ſudores ſubditorum devorare cogantur. Deuteron. 17. in fin.* Pravum enim eſt *privatim largiri, quod avidius de Rep. ſumas.* Tacit. 2. *Hiſt.* Et Cicero meritò reprehendit C. Grachi frumentariam largitionem, quoniam exhauriebat ærarium. Cic. 2. *de offic. ad fin.* Alexander Severus *nefas* dixit *eſſe, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas ſuorumve converteret, id quod provinciales dediſſent.* Lamprid. *in Alex.* Boleslaus I. Polonorum princeps dicebat; *malle ſe gallina veſcentem ſalutem & tranquillitatem ſuorum civium tueri, quam delitiis indulgentem pati, ut quiſpiam injuria opprimeretur.* Crom. *lib. 3.* Inprimis enim videndum eſt, qui Remp. adminiſtrabit, ut ſuum quisque teneat, nequè de bonis privatorum publicè diminutio fiat.

4. Quocirca cum ſint multi alii ditandi ærarii modi, hoc ipſo, quod in ſingulorum bona dirigitur, non niſi ultimo loco, & quando à cæteris nihil ſupereſt ſubſidii, utendum erit, prout Ludovicus S. filium teſtamento admonuiſſe legitur: *A vectigalibus & tributis abſtinete, niſi te ſumma vis neceſſitatis ac utilitatis publicæ juſtiſſima cauſa ad hoc compellat*, Lanvill. *in hiſt. Ludovici S.* quod etiam divinis monitis conſonat, ſiquidem DEUS per prophetam jubet *ſeparare poſſeſſiones regias à bonis privatorum, ut habeant principes, unde dignitatem ſuam tueri poſſint, ne bona ſubditorum decimare cogantur.* Ezech. 45. *& 46. cap.* & in eumdem ſenſum Cic. 2. *off. Danda opera eſt, ne ob tenuitatem ærarii tributum ſit conferendum, niſi eò res redierit, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velint, neceſſitati parendum eſſe.* Sicut enim idem ait, *graviora eſſe, quæ ſingulos attingant*, *lib. 2. off.* & Annibal oſtendit Carthaginenſibus, publicis damnis non tàm moveri homines, quam ſi deſcendant uſquè ad res privatas: Liv. *lib. 30. in fin.* ita certum eſt, nullum conquirendæ pecuniæ modum tàm odioſum eſſe, quam ſi à ſingulis exigatur, adeò ut Tacitus rectè dixerit: *multos principum pecuniæ acerbe conquirendæ plus invidiæ ſibi, quam virium dediſſe.* Tacit. 3. *Hiſt.* Quâ de cauſa, cum ſumma remedia non niſi ſummis morbis adhibenda, Hipp. 1. *Aphor.* princeps eo non utetur, quando alia via congregandi divitias patet: ſed debet *bono principi pluris eſſe ſubditorum opulentia & medela, quam reditus, qui inde inferuntur imperio*, ut ait Juſtinianus. §. *atq; ut hæc c. 2. Novell. 161.* Thomas Morus *lib. 1. Vtop.* Macarenſium regem introducit primo ſtatim die, quo auſpicatur imperium, magnis adhibitis ſacrificiis jurejurando ſe aſtringentem̃ *nunquam, ſe uno tempore ſupra mille auri pondo in theſauris habiturum, aut argenti, quantum ejus auri precium æquet*: & refert

Ad tributa non eſt deveniendum niſi ob neceſſitatem extremam.

Divitiæ ſubditorũ, theſaurus principis.

Comi-

Cominæ: *lib. 2. bell. Neap.* cum Theſaurus Venetorum ſibi oſtenderetur,
nihilquè reconditæ pecuniæ ibi conſpiceretur, à duce ſibi affirmatum, *eſſe
apud illos capitale, ſi quis de cogendo theſauro referat.* Fiſcum enim Trajanus
Imp. benè comparabat Lieni, qui quando tumet, reliquum corpus exhau-
ſtum relinquit, quod omnem humoris abundantiam ad ſe rapiat, ſicut ait
Hippo: *in libr. de loc. in hom. eudem & ſplen floreſcit & corpus tabeſcit*, quod ta-
men à bono principe fieri non debet, ſicut Honorium laudat Claudianus.

Nec tua privatis creſcunt æraria damnis. In Honor. Quin potius
cogitabit, quantum à ſubditis non exegerit, tantum apud eos ſe depoſuiſſe, 5.
plùs ab iis, ingruente neceſſitate, recepturum, ſicut Conſtantius ab amicis,
increpitus, quod fiſcum curaret indiligentius, reſpondiſſe dicitur: *Bonus
princeps, qui magis à ſuis diligitur, quam timetur, habet, quicquid cives poſſident.*
Plutarchus ſcribit de Cimone Athenienſi, quod cum Roeſaces Perſa ipſi
munus obtuliſſet, quæſiviſſet, utrum ſe ipſi amicum mallet, quam merce-
narium & ipſo reſpondente, amicum: *Retine igitur*, dixerit, *argentum tuum.
Nam ſi amicus meus fueris, quocunque tempore voluero, ejus copiam apud te inve-
niam.* Plut. *in Cim.* Planè ita princeps nihil à ſubditis accipiendo ad ſum-
mam neceſſitatem, eorum benevolentiam ſibi reſervare debet, in quem fi-
nem Romani *aurum viceſimarium in ſanctius ærarium* ſeponere ſolebant, Liv.
lib. 27. & aliam pecuniam devovere non movendam, niſi Gallicum bellum
iterum immineret. Appian. *lib. 2. bell. civil.* Tutior eſt benevolentia ſubdi-
torum, ex quâ Edvardus IV. Anglorum Rex, Hall & Helinshod. *in Eduar.*
eumque imitatus Henricus VII contra Gallos bellum ſuſcepturus non
parvam argenti molem conflavit. Johan. Stov. *in Henr. 7.* *Civitas enim cor-
pus quoddam ex familiis conſtatum cum ſit, ita demum Reſp. valida eſt, ſi privatim
res civium benè habeant.* Plut. *in comparat. Ariſtid. & Caton. Maj.* & ſicùt de L.
Mummio judicat Cicero 2. *off. in fin.* cum dixiſſet, ex diruta Corintho eum
Italiam, quàm domum ſuam ornare maluiſſe, *quo non ſuam*, ait, *Italia ornata,
domus ipſa mihi videbatur ornatior*: ita princeps, dum ſubditorum, quam ſuas
res ampliores facit, non minus ſibi prodeſt, quam ſubditis. Hi enim non
dubitabunt bona ſua parata habere pro ſalute principis, cujus beneficio ſe
ea comparaſſe, & ſarta tecta poſſidere ſciunt. Annibale Italiam quatiente,
exhauſto ærario, *cum tributa imperare tam periculoſo tempore incommodum vi-
deretur, ne animi ſociorum abalienarentur, Levinus Conſul autor extitit Senatori-
bus, aurum, argentum, æs ſignatum omnes ſenatores in publicum conferrent, quod
tanto certamine factum eſt, ut nec triumviri menſarii accipiendo, nec ſcribæ refe-
rendo ſufficerent. Conſenſum ſenatus equeſtris ordo eſt ſecutus, equeſtris ordinis plebs.*
Liv. *lib. 26.* Celebris quidam mercator Gallicus Iaques de Coeur, cum à
Carolo VII. omnibus bonis multatus, ad ſummas redactus eſſet anguſtias,
ſeptuaginta miniſtri, qui ejus auſpiciis divitias acquiſierant, totidem millia

 aureo-

aureorum pro ſolanda ejus paupertate contulerunt. Paſquier. *en ſes Epiſtr. lib.3.* Tantum apud eos potuit recordatio accepti beneficii. Quantò vero promtius erogaturos ſubditos putandum eſt, quod non in privatos uſus principis, ſed pro ſalute Reip. in defenſionem conferentium, impendendum eſſe noverunt. *Quis non ultrò aliquid conferre velit, cum principis divitias ſuam ſecuritatem ac copiam eſſe judicet,* ait Mecœnas ad Auguſtum, *imprimis ſi ipſum continenter vivere ac nihil prodigere videat, ſed reipſa comperiat, publicæ ſalutis cauſa id exigi, utq; cæteris ſuis bonis tuto perfrui poſſit* Dion. *lib.52.* Autharo Cleophonis filio Longobardorum regi creato, reliqui duces dimidiam ſuæ ſubſtantiæ partem donarunt, ut eſſet, unde regaliter viveret. Paul. Diacon. *lib.5. de geſt. Longobard. c.8.* Id efficit amor ſubditorum, quem non alia via facilius elaborare poteſt princeps, quam ſi debita ſibi tributa remittat, ſicuti plurimos principes & Reſp. hoc unico inſtrumento in ſummam ſubditorum gratiam ſe poſuiſſe, alibi dicemus. Cyrus cum à neſcio quo increparetur, quod theſauros inſtar aliorum regum non coacervaret, deduxit eum ad ditiores ſubditos, & à ſingulis certam pecuniæ ſummam exorans, multum argenti brevi obtinuit, & tùm, *vides ne,* inquit, *apud quos theſauros meos repoſuerim.* Nimirum multò tutius committuntur iis theſauri, quam Saturno, in cujus tutela Romani olim volebant eſſe ærarium, ne furum obnoxium eſſet manibus, quod tempore, quo is incoluit Italiam, fertur in ejus finibus furtum nullum fuiſſe. Macrob. 1. *Saturn c.8.* Nunquam enim hoc ærarium diruetur, niſi unà cum Rep. nunquam hi theſauri exhaurientur, quamdiu civium res integræ erunt, nunquam furto ſubtrahentur, quamdiu bonorum ſuorum curam homines cordi habebunt. Potiùs igitur ut hos ſibi reponat princeps, quam ex lachrymis ſubditorum magnam argenti vim cogat, operam dare debet, nec prius ſacram hanc anchoram movere, quam ſi ex reliquis ſubſidium negetur.

6. *Tres claſſes jurium majeſtatis minorum.*

Omnia enim bona, ex quibus ærarium ſibi colligendi jus habet majeſtas, ſeu in quibus conſiſtunt jura majeſtatis minora, in triplici ſunt differentiâ, prout colligo ex quodam conventus Turonenſis ad Carolum IIX. reſponſo. *An. 1485. Vetuſta,* inquiunt ibi ſtatus regni Gallicani, *leges requirunt, ut reditus annui regi à Rep. attributi, in regis & regni negociis expediendis inſumantur, multa pecuniariæ & advenarum morientium bona tribuantur Eleemoſynis pauperum: ſubſidia collecta à populo conferantur ad militares & bellicos ſumtus.* Belleforeſt. *li.5.c.111.* Primo enim loco ponuntur agri & reditus publici: ſecundo ea, quæ indignis auferuntur & nullius habentur: tertiò quæ à bonis privatorum petuntur, quæ diſtinctio, quia complectitur ſub diſtinctis claſſibus certa genera regalium fiſcalium in hoc tractatu, à nobis obſervabitur, atque ita ſub primo genere comprehendentur, *viæ publicæ, flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, portus, metallicæ fodinæ, ſalinæ, palatia*

Digitized by Google

palatia in civitatibus conſueta, jus foreſti, quod vocant, & venationum: ſub ſecundo *multarum pœnarumq; compendia, bona vacantia, & quæ ut indignis auferuntur, bona contrahentium, inceſtas nuptias, condemnatorum & proſcriptorum, ſpolia hoſtium, & quibus multantur, agri, bona peregrinorum morientium, & ex naufragio perdita, theſauri veteres,* modo conſuetudines quarundam nationum in his ſequamur, &c. Sub tertio *vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonia, ripatica, angariarum, parangariarum & plauſtrorum & navium præſtationes, & extraordinaria collatio, ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem, piſcationum reditus & ſalinarum,* & quæ ſunt his ſimilia, quorum nonnulla proponit Mecœnas Auguſto, quando ipſi porrigit conſilium colligendæ pecuniæ: Dion. *lib. 52.* Sed plura Fridericus Imperator. *in c. un. Quæ ſint Regal.*

CAP. III.

DE BONIS PUBLICIS IN GENERE.

SUMMARIA.

1. *Qua de cauſa maieſtati tribuenda ſint bona publica, à privatis civium poſſeſſionibus ſecreta.*
2. *Bona publica, diſtincta à communibus, an propria ſint maieſtatis, ſeu Reipubl. ſeu principis.*
3. *Quo reſpectu aut jure inter jura Maieſtatis reponantur via publica, flumina navigabilia, portus, &c.*
4. *Rerum publicarum uſus civibus omnibus debet eſſe communis.*
5. *Publica privato occupare ſine veniæ maieſtatis non licet.*
6. *Molendinum excitans privatum in flumine publico, fundum occupat alienum.*

UT autem incipiamus à primo genere eorum, quæ principi ex univerſis bonis Reipub. ſeparatim tributa, & à bonis privatorum ſecreta ſunt, 1.
omninò ex uſu Reip. futurum viſum eſt, ut maieſtati ſeu Reip. certa quædam claſſis bonorum publicorum aſſignaretur, ex quibus ſumtus pro Rep. quotidiè expendendos ſufficere poſſit, nec ſtatim, ut magiſtratui precium dandum, ut expeditio ſuſcipienda, ut uxori danda bellaria, aut amicis benè faciendum, ad exactiones confugere neceſſe habeat, in quem finem Ezechiel jubebat principes *poſſidere bona ſua ſeparata, ut ex iis largitiones amicorum præſtare poſſent.* Ezech. *c. 46.* Unde inter cæteros magiſtratus Davidis recenſentur, *& qui præerant operi ruſtico, & agricolis, & ſuper totam ſubſtantiã regis. 1. Paralip. c. 27. in fin.* Romulus cum agrum à Romanis occupatum, inter Rempublic. rem ſacram & populum divideret, tertiam partem Reip. adjudicavit, ſi Halycar. *li. 2.* credimus, quod cum Cæſar negligeret, & totum agrum Campanum inter privatos diſtribueret, meritò Reip. detrimentum intuliſſe

intuliſſe exiſtimatus fuit. Hoc enim eſt, quod contra Caſſium diſputabat App. Claudius, cum is agrum publicum civibus diſtribuendum contenderet, hic contra Reip. res ſuas reddendas & conſervandas, ut eſſet, unde militum ſtipendia, & ſumtus ad bellicos uſus neceſſarii peterentur: *Satius eſſe ex horreis publicis militibus frumentum, & ex ærario ſtipendia numerari, quam in ærarium de ſuis fortunis ſingulos conferre.* Halycar. *li. 8.* qui idem ſine dubio dicturus fuiſſet, de conſtitutione Juſtiniani *l. un. in fin. C. de Vſucap. transf. & in § per traditionem 33. Inſtit. de rer. diviſ.* qua vectigales & ſtipendiarios omnes agros tollit, Weſenb. Hottom. *ad d. § 33.* Contius *li. 1. Diſp. 12.* quia, cum ſine cenſu Reſp. ſuſtentari non poſſit, ſucceſſores ejus ad ſuperindictiones & rapinas devenire coacti ſunt. Ideoq; & Hippodamus Mileſius in ſua Rep. cum regionem in tres partes, ut & civitatem diviſiſſet, unam partem publicam eſſe juſſit, ut inde milites alerentur, *Ariſt. 2. polit. c. 8.* quam eandem Ægyptii regis ſumtibus & negociis publicis aſſcribebant. Diodor. Sicul. *lib. 1. c. 6.*

Diſtinctio inter communia & publica.

2. Horum autem bonorum præcipua ſunt quæ publica dicuntur, & jure gentium totius Reip. eſſe putantur, unde *publicorum* nomen obtinuerunt, quaſi, *quæ ſint totius populi. l. inter publica 12. de Verb. Signif. l. Sed Celſus in pr. de contrah. emt. l. 1. de popular. act.* Quanquam enim publicæ res interdum accipiantur etiam pro communibus, *l. quod in littore in pr. de acquir. dom. l. fluminum 24. de damno infect.* tamen Martianus *in l. quadam 2. & l. nemo 4. in fin. de diviſ. rer.* & Juſtinianus *§. ſuperiore 1. Inſtit. de rer. diviſ.*, communia rectè diſtinguunt à publicis, Zaſ. *parat. de rer. diviſ. num. 12.* ſiquidem communia, *cum ſint nullius, cedunt occupanti & omnium uſibus proſtant. §. communia §. feræ Inſt. de rer. div. l. quod in littore de acquir. rer. dom. l. Item lapilli. l. riparum §. 1. l. in tantum in pr. de rer. diviſ.* Publica verò ad *proprietatem Reip.* pertinent, *l. 3. ne quid in loc. publ.* proindeque quia jus ſuum nemini eripi poteſt, *l. id quod noſtrum de R. I.* a *ſingulis occupari* nequeunt, *d. l. 3. ne quid in loco publ. & d. l. nequid in littore, ſed & alienigenas ab eorum uſu prohibere licet. l. ait prætor, l. quo minus de flumin.* Weſenbec *in paratit. ff. de rer. diviſ. num. 3.* Sicut igitur quæ communia ſunt, fiunt privati, qui ea occupat: ita quid vetat fieri publica, ſi occupentur à toto populo, vel, qui eum repræſentat, principe. Nec enim hic magnam video difficultatem ex eo, quod flumina dicantur publica, *§. flumina Inſt. de rer. diviſ. l. adeò §. 41. l. fluminum 24. de damn. infect.* ideoque ſoli principi addici non poſſunt, quoniam & ea quæ ad patrimonium principis, quatenus princeps eſt, pertinent, publica manent, imò, ea præcipue dicuntur publica, quæ ſunt in patrimonio populi Romani, *l. inter 67, & l. bona 15. de Verb. ſign. l. ſimile 10. ad municip. l. Vſucap. 9. in ver. jure populi Rom. & civitatum,* & ibi Cujacius *de uſucap.* hoc eſt ejus, in cujus poteſtate conſiſtit caput Reip., qualis eſt majeſtas, cui idcirco proprietas bonorum publicorum

rum

rum meritò aſſcribitur,prout conſuetudo in Germaniâ, Sixtin. *de Reg. c.5. num.25.* & Italia Cepoll. *de ſervit ruſt.pra l c.31.n.4.* obtinet, ut fluminum, portuum & his ſimilium proprietas iis tantum aſſcribatur,ſive principibus ſive civitatibus, quæ regalia habent. Mynſing. *Cent.5.obſ.29.* Gódd. *in l.inter publica n.14. de verb. ſignif.*

Sicut igitur majeſtas regalium proprietatem penes ſe continet, eaque vaſallis, ſalva ſua ſuperioritate, concedit; ita fluminum quoque fodinarum & portuum eandem rationem oportet eſſe vanaque eſt opinio eorum, qui hæc propterea inter regalia numerari putant, quod princeps in eâ juriſdictionem ſupremam habeat, ut Accurſ. *in l. 2. §. viarum ne quid in loc. publ.* qui vias publicas quarumvis civitatum eſſe dicit, etiamſi ſuperiorem recognoſcant. Georg. Morus *part.1 de jur.ven c.5.num.26.* Bald. *in l.ſi plures num.13.verſ. Sed hæc ratio C. de condition.inſert.* Præpoſ. *in c. un §.ſi quis de menſoribus num.12.ſi de inveſt feud. controv. fuer.*, & cæteri,qui flumina eorũ proprietati aſſcribunt, per quorum territoria fluunt, à quibus licet diverſum ſentire velit Borcholt. *de Regal.num.31* in effectu tamen nihil amplius dicit, nec ſatis, quid velit,explicat. Nam dictum nobis eſt ſupra,omnium civium bona ſubjecta eſſe dominio majeſtatis, ratione juriſdictionis & adminiſtrationis, nec tamen aliter ſub regalibus numerantur, quâ, quatenus tributa & vectigalia inde penduntur. In flumina verò fodinas, ſalinas, vias publicas longè plus juris competit majeſtati, adeò ut eorum uſum ex certa cauſa quibusdam prohibere,& inde reſultantes reditus omninò fiſco vendicare poſſit. Bart. *in rubr. ut in flum. publ. nav.lic.* Peregr. *de jur fiſc. lib.1.t.2. num.21.22.* Frider. Myndan. *li.2.de mand ſine clauſ.c.36. num 6.* Rauch. *q.23. num. 15. li.1.* Claudius Mallevill. *in reg. aquar.* & Sylveſtr. *conſt. art.89.* quia hæc talia ſunt in patrimonio eorum, qui majeſtate gaudent, & *iniquum* cenſet Leo *Novell. 56. ut quis uſu ſuarum rerum prohibeatur*, ſicut de theſauro in publicis locis invento infra dicemus, *per §. theſauros Inſt. de rer. diviſ. c.un. in fin. quæ ſint regal.* Equidem Dido, deducta Tyriorum colonia, ſolum, in quo urbem conderent, civibus vendidit, impoſito annuo ære ſingulis, Juſtin. *li.18.* quoniam in loco publico prætor prohibet ædificare, *l.1. ne quid in loc.publ.* niſi *lege, ſenatusconſulto, edicto decretove principum* permiſſum fuerit. *l.2. in pr. ff. Eod.* Itaque Cato cenſoriâ poteſtate, quæ in publicum imminebant, ædificia omnia deſtruxit. Plut. *in Cat. Maj.* Hippias verò Athenienſis vendebat eminentias ſuperiorum tabulatorum in viis publicis, aſcenſus, præſtructiones, portas, quæ aperiebantur foris. Ariſt. *li. 2. Oecon.* Nam & apud Romanos fores non aperiebantur in publicum, ſicut Plin. *li.36. c.15.* refert, *cum bene meritis de Rep: Impp. publice decernerentur areæ ad ædificandas domos, ſummum honorem fuiſſe adjici decreto, ut fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur*, cujus rei exemplum habet Halycarn. *li.5. M. Valerio*

Ex publicis plus debetur principi quam juriſdictio. 3.

Publica nõ ſunt invadenda à privatis.

Zz Publi-

Publicolæ fratri, ait, *area ad ædificandum in præſtantiſſimâ palatii parte data eſt dono, utq; ei ex ærario ſumtus ad id ædificandum ſuppeditareatur. Hujus domus, ad quam ſtat taurus æneus, valvæ ſolæ præter morem omnium Romanarum ædium tàm publicarum quam privatarum in exteriorem partem aperiuntur*. Nec Duar. *l. ult. ff. de ſerv. urb. præd.* rectè illud ſublatum conjicit *arg. §. ult. d. l. ult.* ubi JCtus negat *actionem dari contra eum, qui januam in publico aperuit*. Nam id intelligit de apertura, quæ ſtillicidii rigorem & tignorum protectum non egrediatur, ſicut non tantum *in d. §. ult.* expreſſe determinat I.C. ſed & Harmenopolus docet *lib. 2. tit. 4. περὶ κατοπτείας*, ubi ait, *Non rectè quis prohibet, ne vicinus januam ſuam verſus publicum aperiat, modo ſtillantis aquæ caſum apertura non prætergrediatur, intra quem publicæ viæ minimè officit*. Nam hoc ambitu definiebat Scævola ambitum ædium, *teſte Cicerone*, ideoque in ſuo ædificare, vel januam aperire quisque poteſt. Cujac. *li. 13. obſ. c. 27.* Robert. 4. *ſentent. 6.* In publicum verò ultra protectum januam projicere fas non erat, quod tamen quia more Græcorum licebat, inde notatur Hippias, quod rerum publicarum uſum, tanquam ſibi ſoli proprium, populo vendiderit. Iſtud verò iniquius, quod ſub Michaele Paphlagone etiam pro aere & cœlo vectigal pendebatur. Cedren. *in Michael.* Sic enim interpretatur Cujac. *li. 10. obſ. 7.* illud ὑπὲρ ἀερικοῦ, quo Cedrenus utitur. Et certè Peſcennii Nigri ad ſubditos, tributa tolli petentes, reſponſum prorſus Tyrannicum eſt: *vos terras veſtras levari cenſitione vultis: Ego vero etiam aerem veſtrum cenſere vellem.* Spart. *in Peſcen*:.

4. *Rerum publicarum uſus communis.* Ne enim de communibus dicam, res publicæ, licet proprietate pertineant ad majeſtatem, uſu tamen communes ſunt. §. *flumina, Inſt. de rer. div. l. 2. §. 1. §. 5. ne quid in loc. public. l. injuriarum 13. in fin. de injur. l. fluminum 24. de damn. infect.*

Quid prohibetis aquas, ait Læda, *uſus communis aquarum eſt,*
Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit.
Nec tenues undas: ad publica munera veni. Ovid. *li. 6. Metam*:

Et Virgil. 7. *Æneid*: *Littusq; rogamus*
Innocuum & cunctis undamq; auramq; patentem.

Itemq; Plaut. *in Curculion.* *Nemo quemq; ire prohibet publica via.*

Ideoq; Juvenalis ridet Palphurium quendam, qui quocunq; locorum captos piſces omnes Domitiani Imperatoris eſſe affirmabat.

Si quis igitur, ut ait Cic. 1. *off. aquam profluentem haurire*, ſi publico ſine causâ flumine uti, in eo navigare, ſi *piſcari in mari, in publico lavare, vel in caveâ publicâ ſedere, vel in quo alio loco agere, ſedere, converſari* ab alio prohibeatur, injuriarum contra eum agere poteſt. *l. injur. § ſi quis 7. § de injur. & fam. lt. l. 1. ut in flumin. publ. navig. lic. l. 1. ne quid in flumin. publ. §. flumina & ibi gl. & Dd. Inſtit. de rer. diviſ.* Bald. *in l. Item lapilli 2. q. ff. eod.* Cæterum in loco

publico

publico ædificare, *l. 1. & 2. ff. ne quid in loc. public.* vel monumentum extruere, *l. 2. ff de loc. & itin publ.* vel in eum cloacam immittere, *l. 2. §. 26. ne quid in loc. publ.* vel aquam per eum ducere, *l. ſi in publ. §. fin. de aq. & aq. pluvial. l. ſervitutes §. publico*, ibi Bart. *ff. de ſervit.* vel pontem in flumine, vel per viam publicam, *§. 2. § ſcio 33. & ibi gl.* & Bart. *ff. ne quid in loc. public. l. fin. ne quid in flumin. publ.* & ſimilia facere privato ſine venia principis non licet, *l. ſervitutes 14. §. 2. de ſervit. l. quo minus de flum. l. ſi in publ. & fin. de aq. & aq. pluv. l. fluminum de damn. infect.* Et *Sergius Orata nactus eſt judicium, quod ædificiis ſpacioſis deſerta Lucrini lacus premens, aquæ publicæ ſe cupidius immergeret*, Val. *9. c. 1.* quoniã plerisque id genus ſervitutibus occupatur aliena res publica, quod ſine injuria fieri non poteſt, *l. 1. & 2. ff. ne quid in loc. publ.* Cepoll. *de ſervit. ruſtic. præd. c. 3. n. 26.* cum in alienâ terrâ nemini ædificare liceat, *l. quemadmodum §. ſi protectum, 1. & ibi Dd. ad l. Aquiliam, l. ſi vitem § ſi ad januam*, ibi Bart. *ff. quod vi aut clam. l. ſed ſi inter §. ſi in area de ſerv. urb. præd.* quæ ratio etiam efficax eſt ad evincendum, quod non liceat privato in publico flumine ædificare molendinum, licet non ſit nocivum, quoniam & tali ædificio particula Reip. occupatur, & vias publicas cum fluminibus publicis ſæpè comparat Ulpianus *l. un. § 1. ut in flum. publ. navig. & in l. fluminum 24. in pr. de damn infect.* apertè dicit: *quod perinde liceat ædificare & deſtruere in via publica flumine & littore.* Atqui quod in viâ publicâ ſine conſenſu principis id non liceat, ſupra dictum eſt. *l. 1. & 2. in pr. ne quid in loc. publ.* Ad quid enim prodeſt permiſſio principis, ſine quâ negant ICti cuiquam fas eſſe, aquam ex loco publico vel per viam publicam ducere? *l. 1. §. idq; ad principes 42. de aq. quotid. l. ſi in publico 18. § 1. de aq. & aq. pluv. arc. d. l. ſervitutes*, An ut alteri noceri licitè poſſit? atqui prædictæ ll. univerſaliter loquuntur, & jus illud privatis prorſus auferunt: & ne ipſe quidem princeps permittere poteſt, ut quid publicè fiat cum alterius injuria, ut ait Ulpian. *d. l. 2. §. Meritò 10. ne quid in loc. publ. l. quoties C. de precib. Imper. off. l. nec avus C. de Emancip. gl. in d. l. ſervitutes § publico ver. incommodo de ſervit. & gl. in l. 2. ſi quis à principe, verb. impetraverit, ne quid in loc.* Ne igitur fruſtra opus ſit conſenſu principis, oportet eum requiri ad hoc, ut ipſe jus & proprietatem ſuam, quam habet in rebus publicis, petenti cedat, quandoquidem in his caſibus quæſtio eſt, non de ſolo uſu, ſed etiam de occupatione. Nec quando Ulpianus *in l. 1. § non autem de flum. & in l. 2. §. proinde ne quid in loc.* Edictũ prætoris ita interpretatur, quod tùm demum actionem dare velit, ſi ſtatio vel iter navium deterius reddatur, vel aliud quid damni oriatur, intelligendus eſt de tali opere, quo jus publicum efficitur privatum. Eo enim licet ſtatio navium non impediatur, abſurdum tamen eſſet, illud alicui concedere, quo alterius juri detrahatur. *l. ult. de pact. l. ult.* ubi Jaſon *n. 24. C ſi contr. util. publ.* Sed loquitur de talibus operibus, quæ ſine occupatione juris publici fieri ſolẽt: quæ licet aliàs licita

5. Publica occupare non licet.

6.

ſint, fiunt tamen illicita, ſi alteri aliquod inde detrimentum naſcatur. Atquè ita apparet, nequè rectè ſentire, qui inter flumina navigabilia & non navigabilia diſtinguunt. & in his concedunt molendina ædificari poſſe, & aquam averti, modo navigabilia, in quæ labuntur, inde non reddantur deteriora: in illis verò omninò negant fas eſſe privato quicquam extruere, quam communem opinionem facit, Boſſ. *tit. de aq. & flum. num. 35.* & eam ſequitur Bart. *in l. quo minus num. 1. de flum.* & Jaſon. *ibid. n. 15. 16.* Dec. *conſ. 244. n. 1.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. c. 31. n. 5.* Roland. à Vall. *conſ. 97. n. 7. vol. 3.* Spec. *tit. de cauſſ. poſſeſſ. & propr. §. quia verò col. penult. verſ. quoad id, quod dicis.* Non enim vident in ipſis fluminibus navigabilibus Ulpianum diſtinguere, utrum, quod in iis factum immiſſumvè ſit, ſtationem & iter navigiis impediat, *d. § non autem.* quaſi abſq; hoc impedimento, non ſit prohibitum, ut aliquid in iis fiat, ſicut etiam generaliter in omnibus fluminibus licere extruere tradit *in d. l. fluminum*, puta præſuppoſito conſenſu Reip. ut in viis publicis ex collatione, *d. l. fluminum*, cum *l. ne quid in loc. publ.* patet. Ceſſat etiam objectio Sixtini *de Regal. c. 5. n. 42.* quod naturalis ratio concedat, ut quis ſibi prodeſſe poſſit, modò alteri non noceat, *l. 1. §. idem 12. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Cic. 1. *off.* Sen. *lib. 1. de Ira, c. ult.* quoniam nocetur Reip. cujus bona occupantur. Sic igitur ſtatuimus uſum quidem rerum publicarum eſſe communem, ſed proprietatem eſſe publicam, hoc eſt Reipublicæ, & ejus, qui hanc gubernandam ſuſcepit. Roland. à Vall. *conſ. 97. n. 4. Volum. 3.* Weſenbec. *in §. flumina verb. commune Inſtit. de rer. diviſ.* Boſſ. *tit. de aq. & flum. num. 34. & ſeq.* Cepoll. *de ſervit. præd. ruſt. c. 31. num. 4.* Sixtin. *de Regal. c. 5. n. 22. & ſeqq.*

CAP. IV.

DE JURE VENATIONIS, PISCATIONIS ET AUCUPII, UTRUM ID jure Majeſtas ſibi vindicare poſſit.

SUMMARIA.

1. *Venatio, piſcatio & aucupium jure divino, naturali, & multarum gentiũ, habentur inter res communes.*
2. *A majeſtate ſubditis auferri non poſſunt ex vulgari ſententia.*
3. *Verum in puniendis vetitis venationibus progrediendum ad vitam & ſanguinem.*
4. *Multa, quæ jure primævo ſunt communia, jure gentium fiunt propria.*
5. *Majeſtatis jus eſt, poſſe diſpenſare de venatione, piſcatione.*

6. Incom-

6 *Incommoda venationis & ob quas cauſas nimius eius amor damnandus.*
7 *Deducuntur rationes, ex quibus principes jus venandi ſibi ſolis tribuere ſibi licitè potuerint.*
8 *Mala, quibus ſe & Remp. exponũt principes, qui ſe totos venationi dedunt.*
9 *Vtrum & quanam præſcriptio in jure venationis allegari poſſit.*
10 *Venatio cohæret ſummo principum imperio.*
11 *Ius venandi reponendum inter regalia.*
12 *Ius venandi, eſt ſervitus alieni agri.*
13 *Vtrum territorio cohæreat vel juriſdictioni.*

ATquè hactenus nullam video in hâc re iniquitatem: alterum verò ſummâ cum injuriâ conjunctum videtur, quando principes non tantum bona communia occupant, ſed etiam occupatorum uſumfructum ſibi ſolis tribuunt, ut quando venatione & piſcatione & aucupio ſubditis interdicunt, quas tres venationis ſpecies facit Oppianus, eaſq; appellat κυνηγετικὴν, ἁλιευτικὴν ἰξευτικὴν ὀρνιθικήν. Ab initio enim Deus dominium ferarum non ſolum principibus, ſed univerſo hominum generi ſubjecit, rerumquè à ſe creatarum uſum omnibus communem eſſe voluit, *Geneſ. c.1. c.19.* quod & Ariſt. aſſerit *1. Polit. c.8. Plantæ*, ait, *ſunt animalium gratia, cætera animalia hominum cauſa, manſueta quidem, propter utilitatem & cibum, feræ vero propter cibum & alia adjumenta, ut & veſtis & cætera inſtrumenta ex iis fiant*, & Cic. 3. *de finib. ad fin. præclarè ait Chryſippus: Cætera nata eſſe hominum cauſa & Deorum: Eos autem communitatis & ſocietatis ſuæ, ut beſtiis uti ad utilitatem ſuam poſſint ſine injuria. Conſonat* Landrecht *lib. 2. art. 61. & l. 1. in pecudum in fin. de uſur. & fruct.* ex quo fluxit jus gentium, quod diu uſu receptum plurimæ nationes coluerunt, Indi & Tartari, Johann. Bohem. *lib. 2. de mor. gent. c. 9.* Perſæ, Xenoph. *lib. 1. Cyrop.* Græci, Xenoph. *lib. de Venat.* Romani, *l. injuriarum §. fin. ff. de injur. §. feræ Inſtit. de rer. diviſ.* Galli, Guagn. *lib. 2. 3. & 4.* & Germani, Cæſar *libr. ſexto*, quibus duobus poſtremis hoc etiam vitio vertit Nicolaus Papa *in c. quorundam diſtinct. 34.* & Lipſius *in ſuo Tacito* meritò corrigit, quod ibi legebatur de Germanis *in lib. de mor. German. Quoties bella non ineunt, non multum venatibus, plus per ocium tranſigunt*, quia rectius Cæſar; *Vita Germanorum omnis in venationibus atq; in ſtudiis rei militaris conſumitur*, & de Suevis iterum: *multum ſunt in venationibus.* Omnes enim hi populi publicè feras conſectabantur, qua de cauſa etiam Ariſt. 1. *polit. c. 8.* prædatoriam, piſcatoriam, venatoriam ponit inter illos acquirendi modos, quos natura ipſa humano generi monſtravit, de quo extat lex Platonis: *lib. 7. de ll. Sacros hos venatores ubicunq; venari velint, nemo prohibeat.* Si enim feræ communes ſunt, jure gentium fiunt capientis, ut ait Juſtinianus, *§. feræ Inſt. de rer. diviſ. l. quarundam. l. quod in littore de acquir. rer. dom. l. 1. §. dominium de acquir. poſſ.* Quia enim dicente Cicero: *li. 1. off. ſuum cuiq; fit eorum, quæ naturæ erant communia, quod cuiq; obtigit, id quemq; tenere veriſimile eſt*, adeò ut licet contra legum mandatum alienum agrum ingreſſus quis fuerit, quamvis injuriarũ actio contra

1. *Feræ communes ex jure primævo.*

Iure multarum gentium.

 ipſum

ipſum detur, *l. injuriarum §. fin. de injur.* tamen, quicquid capit vel volucrum vel beſtiarum ferarum, ſuum facit, nec tenetur Domino fundi reſtituere, *l. quod enim in pr. & § 1. de acquir. rer. dom. §. feræ Inſt. Eod.* quia non captura, ſed ingreſſus tantum prohibitus eſt, nec alienum agrum ingreſſa fera, propterea ejus facta eſt, ad quem pertinet ager. *l. Quintus Mutius 39. §. quamvis ad l. Aquiliam gl. in l. divus per d. §. feræ, & l. fin § ſed cum C. de furt.* & Angelus *& Dd. ad eandem l. Divus de ſervit. ruſt. præd. gl. in l. quod enim §. planè ff. de acquir. rer. domin* quanquam alia gl. *ad § feræ* diſſentire videtur, prima tamen communiter probatur per Cyn & Bart. *in l. 1. §. 1. de acquiren rer. dom.* Platea. *in l. un. C. de venat. lib 11.* Jacobin. *in tr. de feud. §. Et cum venationibus.* Covar. *part. 2. relect. c peccatum §. 8. n. 5. de R. I. in 6.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. c. 21. num. 2. & 3.* Weſenbec. *in d §. feræ. Verb. ingrediatur, Inſt. de rer. diviſ.* Heig. *libr. 1. q. 15. n. 15.* niſi præda capienti auferatur, propter ingreſſum prohibitum, quod tamen à privato fieri non poteſt, ſed requiritur magiſtratus ſententia, quoniam privati prohibitio non prohibet translationem dominii. Florianus *in d. l. Divus per l. ea lege de cond. ob cauſ. l. ſi ita quis §. ſi eâ lege ff. de Verb. oblig.* Cepoll. & Covar. *d. locis.*

2. Ex quibus omnibus patet, venationes jure gentium eſſe liberas. Quæ verò ex jure gentium competunt, princeps ſine injuria tollere non poteſt, ut retrò oſtendimus. Ideoque multi magni nominis Icti, Venationem & aucupia, piſcationesque, de quibus ferè idem eſt judicium, *l. Item ſi fundi §. aucupiorum in fin. de uſufr. & quemad. cap. 1. §. nemo retia de pac. ten. & ejus viol.* Georg. Mor. *de jur. Ven. c. 1. num. 16.* Weſenb. *in parat. ff. de acquir. rer. dom. n. 7. in pr.* negant poſſe ſubditis prohiberi, niſi per violentiam. Hoſtienſ. Butr. Cardinal. *in c non eſt de decimis.* Guid, Pap. *in q. 514. incip. Utrum Baron.* ad quorum autoritates licet reſpondeat Zoannett: *de dupl. ven. num. 93. 94. & in tr. de emt. & vendit. num. 186. 187.* quod loquantur de principibus ſuperiorem recognoſcentibus, ſicut & Jaſ. *in conſ. 119. lib. 4* & Faber. *in § flum. fin. Inſtit. de rer. diviſ.* quia ab his excipit ſupremam majeſtatem, cui facit poteſtatem piſcationes in publicis fluminibus prohibendi, tamen quia lex æſtimanda eſt ex ſua ratione, *l. ſcire leges de ll. l. cum mulier. ubi Dd. ff. ſolut. matrim. l. non dubium ubi gl. & Dd. C. de ll. c. fin.* ubi Dynus *de R. I. in 6.* Eberhard. *in Top. in loco à ratione legis ſtricta num. 2.* prædicti autores tales ſuæ aſſertionis afferunt rationes, quæ etiam ſummum principem ligent, dum id illi licere negant, quia jus gentium tollere non poteſt, ſicut argumentatur Afflict. in *Conſ. Neapol. incip. ſcire volumus in fin. lib 3.* Conſpicuè verò majeſtatem quoque ſuæ negationi includunt. Guiliel. Benedict. *in c. Raynutius in verb. & uxorem nomine Adelaſ. num. 868. cum ſeqq. de teſtam* ex eo conſtitutiones quaſdam regum Galliæ reprehendens, Dec. *conſ. 197. per tot. conſ. 271.* Schurff. *conſ. 1. lib. 3.* nec videntur ab his diſſentire. Tiraquel. *de Nobil. c. 37. num. 150.* Chaſſan. *de conſuet.*

Digitized by Google

conſuet. Burg. rubr. 13. § 8. verſ ſed ad prædictam quæſt. ex quo ſua deſcripſit Thom. Grammat. *deciſ.67.num.12.13.* Rebuff. *in l. unic. C. de venat. ferar. li.11.* Inter conſilia Noe Meurer. *li.7.* deß Forſtrechts *conſ. incip. licitum eſt, & conſ. incip. Chriſti redemtoris in pr.* Sixtin. *de Regal.* nec non multi alii, quos odioſum eſſet prolixius inſerere, qui omnes venationem injuſtè à ſolis principibus uſurpari ſcribunt, tum ex hac, quam tetigi, ratione, tum ex illâ potiſſimum, quod non tantum prohibeant alios in alienis fundis venari, ſed quod ipſi impunè pedes ferant in agros ſubditorum, ex quo magna fit ſubditis injuria, *l. Divus ff. de ſervit. ruſt. præd. l. injuriarum in fin. ff. de injuri.* dum prohibentur re ſua uti pro libitu, *l. in re mandata ff. mand. cum concord.* gravi adjectâ pœnâ, ſi feram in ſuo agro capiant, licet ſegetes ſuas ab iis vaſtari, ſepes dirui videant, prout non tantum leones, urſos & id genus rapaces feras, quas idcirco cuilibet venandi licentiam faciunt Imperatores *l. un. in pr. C. de venat. ferar. li 11. c. 1. §. nemo retia de pac. tenend l. qui foveas ad l. Aquil.* Landrecht *li.2. art.61.* Iſern. *in d. §. nemo retia.* Chaſſan. *rubr.13. §.8. num.3.* ex eo Thom. Gram. *deciſ.67. num.9.* Jacobin. *in tr. feud. verſ. & venation.* Rebuff. *in l. un. num.2. C. de venat. fera. li.11.* Conſul. Conſtit. Saxon. *part.4. q.8. num.16.* Georg. Mor. *li. de jur. ven. c.1. num.18.* Sed etiam minorum gentium beſtiolas, magna ſæpè colonis incommoda inferre videmus. Nam vel cuniculos in Gymneſiis ſeu Balearibus inſulis tantum damni dediſſe incolis refert Adrian. Junius *ex* Strab. *li. 3.* ut miſſis legatis Romam ab Auguſto auxilium contra eorum proventum & injuriam meſſes populantium poſtularint. Unde animal iſtud λιμοποιὸν velut annonæ penuriam faciens, famemque invehens *apud Erotianum* dicitur. Quid de leonibus, urſis & lupis ad rapinas tantum quaſi natis cenſendum erit, quos Anglorum reges olim præmio propoſito ex Angliâ ſubmoverunt & Galli pro ſingulis lupi capitibus ſolidos viginti ex fiſco ſolverunt Unde regia illa præſcripta, quæ Galli vocant *Lettres de Louueterie* emanaſſe putat Claudius Mallævillæus *in regiis aquar. & Sylvar. conſtit. c.11.* Nec quiſquam puto invenietur, qui non ſentiat principes peccare, dum jure, quod auferunt ſubditis, non tantum non utuntur pro utilitate publicâ, ſed etiam in detrimentum eorum, quibus ablatum eſt, quâ de re conqueritur Cornel. Agripp. *de vanit. ſcient. c.77. A novalibus ſuis,* ait, *arcentur agricolæ, ſubtrahuntur prædia ruſticis, agri colonis præcluduntur, ſylvæ & prata paſtoribus, ut augeantur feris paſcua in ſagimen & delitias nobilium, quibus ſolis has edere licet.* Quæcunque enim à principe conceduntur geruntur ve, ſine alterius præjudicio conceſſâ geſtave præſumuntur, *l. quoties C. de precib. Imp. off l. nec avus C. de emanc. l.2. meritò ait prætor & §. ſi quis à principe ne quid in loc. publ.* Cepoll. *de ſervit. urb. præd. c.60. num.5. de ſervit. ruſt. præd. c.3. num.26.* Zoannet. *de dupl. venas. num.72.* Gail. *2. obſ.68. n.10.* ideoque ſubditis, quibus damnum illatum eſt, teneri eos ad reſtitutionem,

iidem

iidem inde evincunt *tot.tit.ff.ad l.Aquiliam,l.hi enim cum 2.ſeqq.de adilit.edict. l.2.§.ult.ſi quadr.paup.fec.* Covar.*in Rep.c.peccatum part.2.§.8.n.11.de R.I.in 6.* Georg. Mor. *part.1.de jur.venat.c.4.n.20.*

3. *Non eſſe ſæviendum in eos, qui illicitè venati fuerunt.* Quin etiam in puniendo venatores vel aucupes, moderatiores ſe præbere debere principes, ex eodem fundamento infertur, quia quicquid ſit de jure principum, de quo paulò poſt videbimus, illud ſanè conſtat, neque lege ullâ, neque ullo jure prohibitam eſſe vulgo venationem, niſi fortè ob fraudem, ut docet Rochus Curtius *ſuper rubr.& in c.fin.de conſuet:* & tantum abeſt, ut ſuffragium ex jure petere poſſint, ut pleriq; Ddrum in contrarium abierint, hodièque uſitatam conſuetudinem juri naturali & gentium prorſus repugnare aſſerant. Et licet ſola Dd. opinione non ſtemus, fundamenta tamen, quibus præcipuum jus ſuperſtruitur, cautè admodum interpretanda monet Covar. *in rep.c.peccatum §.num.1.in fin. num.fin.de Reg. Iur.in 6.* quo liberentur ab iniquitate, & excuſatos reddant principes in foro conſcientiæ: Quod igitur concedere omni jure coacti fuiſſent principes, niſi quo jure quaq; injuria jus ſuum ſubditis eripuiſſent, illud ſi repetant læſi, tam crudeliter vindicare non debent, eorum argumento, quæ tradit Julianus *in l ſi judex 14.in fin.de minor.* inprimis cum feras naturali ſua libertate vagantes capiendo, furtum non committant, quod eſt ablatio rei alienæ. Feræ autem, ut maximè prohibitæ ſint venationes, quam diu alterius vivario incluſæ non ſunt, communes tamen eſſe non deſinunt, ideoq; occupanti abjudicari non poſſunt, *§ feræ & ibi Dd.Inſt.de rer. diviſ.l.naturalem § illud ff.ad adquirend. rer. dom. cum concord.* nec furtum in re communi committi poteſt. Noe Meur. *li.2.* Vom Forſtrecht *verſ.* Welcher geſtalt die Förſtliche Ober. Tiraq. *de Nob.n.150. in fin.*Zoannett. *de dupli.venat.num.101.* Georg. Mor. *de jur. venat.c.3.n 2.§.3.part.1.* Natta *conſ.375. incip. Non poteſt vol.2.* Gail. 2. *obſ.68.n.10.& 12.* Perinde ut Geradas Spartanus interrogatus à quodam hoſpite, quonam apud ipſos ſupplicio adulteri afficerentur, reſpondit, ***nullum apud ipſos fieri adulterum,*** tum illo ſubjiciente, *quid autem ſi quis fieret? Taurum,*inquit Geradas, *perſolvet ejus magnitudinis, ut capite ſupra Taygetum inclinato Eurotam bibat.* Rurſus miranti hoſpiti, percontantique *quonam modo tantus bos naſci poſſet,* reſpondit Geradas, ridens: *Eodem, quo Spartæ adulter exiſtere poterat.* Plutar. *in Lycur.* Ælian. *lib.variar.hiſt.* Cum enim Lycurgus permutationem uxorum Spartanis permiſiſſet, in communes quaſi mulieres adulterium committi non poterat, ſicut nec furtum in res communes. Ideoq; quicquid delinquunt ferarum captores, non aliter delinquunt, niſi quod mandatis magiſtratus non obœdiunt, aut alienos agros ingrediuntur, quod certè crimen tantâ non eſt ſeveritate vindicandum, Boſſ. *in tract crim.t.de reis requirend.n.1.*Heig. *li.1.q.15.n.79.* quâ Galeatius Sfortia coegit colonum leporem, quem ceperat, crudum cum pelle devorare,

Digitized by Google

vorare, ex quo mortuus eſt: Corius *vol.6.hiſtor. Mediol.* Henricus II. & Richardus I. Anglorum reges ſolebant oculis & genitalibus multare, qui regias feras capiebant. Helinsh. *in hor.vit.* Nam Carolus V. *in conſt.pœn.c.169.* diſtinguit inter ſubtractionem ferarum ex leporario, quam furto æquiparat, *arg.l.3.§.Item feræ 9.de acquir.poſſeſſ.* Weichbild *art.121.n.11.12.* Landrecht *li.2.art.61.ibi gl.Lat.* Natta *conſ.375.n.8.9.li.2.* & inter ſimplicem beſtiarum liberarum venationem, quam pro modo delicti vindicandam relinquit Jus Saxonicum expreſsè vetat pœnam vitæ aut corporis irrogare. Verba ſunt, *lib.2.* Landrecht *art.61.* da Gott den Menſchen ſchuff/ gab er jhm gewalt vber Vögel/ Fiſch vnd alle wilde Thiere/ darumb haben wir das ein vrkunde von Gott/ das niemand ſein leben an dieſen dreyen verwircken kan / ex quâ conſtitutione Tomingius & alii colligunt conſt. Saxon. conſult. *p.4.cap.8. per tot.* nunquam fas eſſe judici talia delicta gravius quam exilio punire, dubitantq; utrum Zobelius *in reſtit.* Sachſenſpiegel/ rectè tribuerit Lipſenſi ſcabinatui, quod ſecuti mandata Electoralia *Ann. 1559.* venatorem quendam ad furcam condemnarint, quæ ſententia invenitur *in ſentent.* Scabinor. Lipſenſ. *poſt.* Landrecht *in fin.* Georg. Mor. *de jur. venat part.1.c.4.n.4.* Soto *de juſt.& jur.li.4.q.6.art.4* Gail.2. *obſ.68.n.10.* Navarr. *in Manual. Confeſſar.c.17.§.11.n.221.* Heig *li.1.q.15.n.74.* Bocer. *c 1.n.ult.quæ ſint regal.* Alphonſus à Caſtro *li.1.de poteſt.legis pœnalis c.6.* Tyrannos appellat, qui morte multari jubent quenquam ob interfectum cervum, pluris beſtiam quã hominem æſtimantes, qua de re ita ſcribit Sariſberienſ *in Polycr.li.1.c 4.* *In tantam quoſdam, vanitatis venatoriæ inſtinctu, erupiſſe veſaniam, ut hoſtes naturæ fierent, conditionis ſuæ immemores, divi judicii contemtores, dum in vindictam ferarum imaginem Dei exquiſitis ſubjugant ſupplicijs.* Si verò ex proæreſi multiplicentur delicta, aut ad venationem acceſſerit animus lædendi alterum, non dubium eſt, intendi quoque oportere pœnam. *l capitalium §. ſolent de pœn.§.1.& quæ ibi notantur, Inſt.de vi bonor. rapt.* Claud. Mallævill. *in regi aq. & ſylv.conſt.art.6.7.& 8.* Farinac. *quæſt crim.q 23.num.2.* Fachin. *li.1.Controv. jur c.1.in fin.* Abſque his verò delictis fuerit, ſimplex leporis vel cuniculi venatio non poteſt tanquam crimen majeſtatis puniri, præſertim cum tituli principum, ex quibus venationis jus ſibi ſolis vendicant, non nimis firmis nitantur rationibus.

Et quidem, quod à principio objectum fuit, Deum dediſſe omni- 4
bus hominibus commune imperium in feras beſtias, parùm roboris contra principes habere videtur, quia & cætera creata ſunt communia, *c. jus naturale, diſt.1.* Thom.2. *2.q.66.art.2.* quemadmodum de aureo ſuo ſeculò finxerunt Poetæ, quo

Nec ſignare ſolum, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant. Virgil. *Georg.* & Cicero ait *lib. 1. off.*

privata nulla natura ſunt, quæ tamen ſubſecuto jure gentium occupata & in certa dominia diſtincta fuerunt, *l. ex hoc jure de juſt. & jur. aut*, dicente eodem Cic. 1. *off. veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, ut qui bello potiti ſunt, aut lege, pactione, ſorte.* Littus maris commune eſt, *l. quadam de rer. diviſ.* & tamen fit proprium privati, qui illud occupat, *l. quod in littore de acquir. rer. dom. l. flum. de damn. infect.* Uſus fluminis publici publicus eſt, § *flumina, Inſtit. de rer. diviſ. l. 1. §. 5. de flum.* & tamen præſcribi poteſt vel à privato, qui ſæpè alios ibi piſcari prohibuit. Johan. Fabri. Chriſtoph. Portius, Weſenbec. & alii *in d. flumina per l. ſi quuquam 7. de diverſ. & tempor. præſcript.* Bellamera *conſ. 7. per tot.* Noe Meurer. *in conſ. quod inſeruit juri Foreſt. incip. Chriſti redemtoris verſ. Ex ſupradictis.* Chaſſan. *conſuet. Burg. rubr. 13 §. 2. nu. 13. verſ. Et quia dicitur.* Zoannet. *de dupl. venat. n. 84.* Zaſ. *in d. l. ſi quuquam per tot.* Bocer. *cap. 1. a n. 58. ad n. 63. quæ ſint regal.* Pruckman. *§. Venatio cap. 4. prolixe.* Nec propterea juri naturali derogatur, quoniam non ſequitur: *Hoc eſt jure naturæ permiſſum, Ergo prohiberi non poteſt.* Covarr. *in Rep. cap peccatum, n. 1. verſ. His accedit in fin.* Permiſſum quippe eſt lege naturæ, omnia habere communia, imò Beſſar. 4. *contra calumn. Plat.* Porphyrius *in Vit. Plot.* Picolom *libr. Eth.* Platonis Rempubl. ex eo maximè commendant, quod naturæ legibus conformis ſit: nemo tamen naturali juri dixerit repugnare diſtinctionem dominiorum. Aliud enim eſt permitti, aliud imperari. Quando igitur infertur: *Ius naturale mutari nequit, feræ autem ſunt jure naturali communes*, reſpondemus ex Thom. 1. 2. *quæſt. 94. art. 5.* eſſe communes *negativè* non *affirmativè*, hoc eſt, *ut explicat.* Covar. non ſunt in bonis vel proprietate omnium, quod eſt affirmativè vel poſitivè commune, ſed quia ad nullius res pertinent, idcirco dicuntur communes, ex qua diſtinctione ſolvimus potiſſimùm hujus negocii argumentum, quod dominium & jus ſuum nemini auferri queat, ſicut paulò ante diximus. Si verò venandi jus ſolis principibus aſſignetur, etiam in agris alienis, Dominis agrorum non tantum communis licentia capiendi feras, ſed etiam uſusfructus bonorum ſuorum aufertur. Negamus enim ſpem capiendi feras in bonis noſtris numerandam, quia infinita ſunt, quæ impedire ſolent, quo minùs præda in caſſes noſtras incidat. *Multa accidere ſolent, ut eam non capias*, ait Cajus *in leg. naturalem § illud in fin. ff. de acquir. rer. domin.* & ex eo Imperator *in §. illud quæſitum 13. Inſtit. de rer. diviſ.* Ideoque ſpes illa fragilis & incerta, multo minùs in bonis noſtris erit, quam jus adeundæ hæreditatis, quod Bald. *in l. 2. in fin. C. de jur. & fact. ignorantia*, bonis noſtris accenſendum negat. *per l. pretia 63. verſ. ſed nec hæred. in fi. ad l. Falcidiam.* Germani ut hanc incertitudinem deſignent, proverbio dicere ſolent: Es iſt beſſer ein Sperling in der Hand / denn eine Taube auff dem dache. Et licet ſpem capiendi inter jura noſtra numeremus, tamen tota conſiſtit in eventu & in jure quærendo. Jus

Ius primæ-vum negativum corrigitur jure gentiũ.

autem

Digitized by Google

autem quærendum facilius à principe tolli poſſe, quam quæſitum ſupra diximus. Alexand. *conſ. 29. n. 7.* & ibi Molin. *lib. 3.* Marant. *diſp. 9. n. 12.*

Nec illud quisquam rectè objecerit, venationem referri ad uſusfructus fundorum, qui bonorum noſtrorum pars eſt. Loquimur enim de venatione, quæ jure gentium communis & nullius propria eſt, quam Julianus fructum fundi eſſe meritò negavit, *l. venationem 26. de uſur. & fruct.* & ex eo inferri putavit malæ fidei poſſeſſorem, quem aliàs ad fructuum reſtitutionem teneri conſtat, *l. certum. C. de rei vindicat.* non cogi ad reſtitutionem leporum, cervorum & aliarum ferarum, quas illic venando cepit. Feræ enim, quæ liberè vagantur, & fortuitò in agrum meum incidunt, nec animum habent ibi morandi, quâ ratione ad agri fructus recenſeri poſſent? *§. feræ §. pavonum Inſt. de rer. diviſ. l. Quod enim §. Quicquid de acquir. rer. dom.* Quod verò Ulpianus *in l. Item ſi fundi 9. §. Aucupiorum de uſufruct. & quemad.* aucupiorum, venationum & piſcationum reditus inter fructus fundi recenſet, & proinde eos fructuario permittendos cenſet, ut & Triphonianus *in l. uſufructuarium 61. in princ. Eod.* illud tum demum procedit, *ſi fructus fundi ex venatione conſiſtat, d. l. venatione, de uſur. & fruct.* quod ſic explicat Odofredus: *Tum, ait, venatio eſt fructus, quando nihil percipitur ibi, niſi venatio.* Quia verò vix fieri poteſt, ut ex fundo nullus alius præter venationem poſſit ſentiri fructus, idcirco Coraſ. *li. 5. Miſcell. c. 8. num. 2.* accipit legem de Vivariis, Theriotrophiis aut leporariis, ad cuſtodiam ferarum tantum deputatis: Alii verò de iis fundis, quorum reditus maximâ ex parte ex venatione dependet, ſicut expreſsè aſſeritur *in l. Quæſitum 12. §. ſi in agro 12. in l. fundo legato in pr. de inſtruct. & inſtrum. leg.* id quod tum demum fit, quando juri communi quis in tantum detraxit, ut venationem in agro ſibi ſoli uſurparit, & alios; ne venentur, prohibere poſſit, Reſponſ. Lipſenſ. *c. 14. per tot.* Si enim unicuique fas eſſet venari, venatio inter nullius certum uſumfructum aſcribi poſſet.

Venatio nõ eſt fructus fundi.

Atque ita patet venationem jure gentium communem nullius bonis accenſeri, & proinde ſine magnâ injuria à principibus prohiberi potuiſſe, prout Imperatores de eâ multifariam diſpoſuiſſe, prohibendo, permittendo, limitando non obſcurè colligimus *ex l. un. in pr. C. de ven. fer. li. 11. ex l. Qui foveas 28. ad l. Aquiliam, ex c. un §. ſi quis ruſt. verſ. nemo retia de pac. tenend. & ejus violat* Zaſ. *parat. de rer. diviſ. num. 12.* ſicut etiam de piſcatione, *l. ne piſcatores ff. de incend. min.* in quam rem multas regias conſtitutiones interpretatur Claud. Mallevill. *in reg. aq. & Sylv. conſtit. art. 89. Vide conſtit.* Philippi & Caroli Bellorum *lib. 11. Corp. Gall. t. 13. l. 2. & 4.* ſive ob pacem publicam. Ardizon. *in d. c. un. de pac. ten.* Cepoll. *de ſerv. ruſt. præd. c. 21. num 10* Weſenb. *parat. de acquir. rer. dom. n. 7.* ſive ne totum genus volucrum vel ferarum extirpetur, Rebuff. *in l. un. C. de ven. fer. lib. 11.* Chaſſan. *d. rubr. 13 § 5 n. 3.*

5. *Maieſtas multifariam diſpoſuit circa Venationes.*

Aaa 2 Pruckm.

Digitized by Google

Pruckm. § *venat. c. 4. n. 23. 24.* ſive ob aliam quandam cauſam, ſicut omnes etiam concedere coguntur, qui ſubditis venationem auferri poſſe negant, idque ob tres cauſas fieri poſſe notat Soto. *li. 4. de juſt. jur. quæ 6. art. 4.* quibus alias addit Weſenbec. *in d. n. 7.* Georg. Mor. *de jur. ven. c. 2. n. 26. part. 1.* Fachineus *lib. 1. Controv. jur. c. 1. verſ. ſunt a. ſeptem.* Non enim damnum infertur ſubditis, ſed tantum lucrum impeditur, ut in ſimili dixit Bart. *in l. quo minus in 2. q. pr. de flum.* Lucrum autem non capere & damnum ſentire, plurimum inter ſe differunt. *l. fin. ff. de Codicill. l. quia in pr. de his quæ in fraud. cred.* Sicut enim nobiles conqueri non poſſunt, quod à lucro ex negotiationibus quærendo abigantur: *l. nobiliores C. com. & merc.* Tiraq. *de Nob. c. 33. n. 2.* Lucas Pen. *l. mulieres col. fin. verſ. primo C. de dignit. lib. 12.* ita plebeis expoſtulandi occaſio non datur, quando, ut ſua agere & aliunde lucrum quærere poſſint, à lucro venationis, ubi diſpendium ut plurimum ſuperat compendium, prohibentur. Prukman. *c. 4. n. 37. §. venat.* Ideoq; & concilium Aurelianenſe *omnibus ſervis DEI venationes & ſylvaticas vagationes cum canibus, & accipitres & falcones interdicit.* Buchard. *d. lib. 2. c. 214. c. 1. & 2. de Cleric. venat. c. 1. ibi canes & aves ſequi ne cler. vel monach. ſecular. negoc. c. cum Apoſtolus, verſ. ne cum canibus de cenſ.* Clement. *1. § porro de ſtat. Monach. c. quorundam diſt. 34. c. qui venationibus cum quinq; ſeqq. diſt. 86.* cujus cauſam ſi quæſieris, duas potiſſimum invenies, luxuriam ſeu voluptatem, quæ venationi-
8. bus comes eſſe ſolet, *§. quid prodeſt, c. an putatis diſt. 86. & c. 1. ibi gl. in verb. voluptate de cler. venat.* & neglectionem officii, quapropter laicis etiam diebus feſtis & tempore quadrageſimæ venationes prohibitæ ſunt, *gl. in c. qui venatoribus diſt. 86.* Addit. & Cepoll. *c. 21. in fin. de ſerv. ruſt. præd.* Georg. Mor. *tr. de jur. ven. c. 3. num. 49. 53.* in quam rem extat capitulum Caroli M. *c. 75. ne opera ſervilia diebus Dominicis tractentur & in fin. ne venatum eant, aut vineas colant*, *adeò* ut Virgil. dicere non poſſit, *nullam religionem vetare feſtis quadam exercere diebus, Inſidias avibus moliri. 1. Georg.* Habet enim hoc venatio, ut pleraque alia ludrica, ut ſui cultores neſcio quâ dulcedine ineſcet, rerumq; ſuarum, & quæ adeuntur, periculorum prorſus immemores faciat. *Apud quos venandi laus viget,* ait Cic. *3. Tuſcul. quæſt.*, *qui hanc petiſſunt, nullum fugiunt dolorem*, imò *ex labore voluptatem capiunt*, ſicut de Caſtore ſcribit Xenoph. *in lib. de venat.* Et Appius Claudius ait: *Venandi ſtudium ac voluptas homines per nives & pruinas in montes ſylvasq; cum quadam jucunditate rapit.* Liv. *li 5.* Bernhardus de militibus templi: *abhorrent à venatione, nec ludrica illa avium rapina, ut aſſolet, delectantur. In orat. ad mil. templ. quam refert* Anton. Florus 2. *part hiſt. tit. 15. c. 20.* Et Chaſſan. *in Catal. glor. mund. part. 9. conſ. 4.* de quà voluptate loquitur idem Cicero 2. *de Nat. deor. in fin. Quid multitudinem ſuavitatemq; piſcium dicam? quid avium? ex quibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronœa noſtra Epicurea eſſe videatur.* Concilium Aurelianenſe

Voluptas Venationis

lianenſe venandi ſtudium ſimpliciter vocat *voluptatem, c. 1. ibi, ſi quis in hac voluptate de cler. venat. & ibi gl. in c. Eſau diſt. 86. verb. piſcatores*, piſcationes, propterea unà cum venationibus non putat prohiberi, quia major eſt delectatio in venatione, cujus delectationis intuitu Venatoribus ob hanc ſolam profeſſionem nullam unquam conceſſam fuiſſe immunitatem cenſent Imperatores, *in l. venatoribus de excuſat. mun. lib. 10.* & notat Angel. *in l. divus de ſervit. urb. præd.* rati eorum labores unicâ delectatione ſatis compenſari. Hæc autem voluptas facit, ut homines quaſi quodam furore in venationes ruant, ſicut de Germanis Cæſar ſcribit, *quod omnem ætatem in venationibus inſumant. lib. 6.* De Gallis teſtatur Baptiſta Mantuan. *in D Dyonyſ.* quod

Venatu, aucupio, campos, montana, lacusq;

Sollicitent. ex quo infinita in Rep. oriuntur incommoda. Nam & res familiaris negligitur, Pruckman. §. *venatio c. 4. n. 17. 18.* & homines efferantur, nec rarò cum venatica unà exercent prædatoriam, quoniam duo hæc ſtudia valdè confinia facit Ariſt. 1. *polit. c. 8.* & Cannibales magis homines, quam beſtias prædatum exire ſolebant. Petr. Martyr. *lib. 2. Dec. 1. rer. Ind.* Docuit Romuli Remique & totius agreſtis turbæ ingenium, quales efficere homines venatio ſoleat, feros, crudeles, immiſericordes, artium & aliorum ſtudiorum, ex quibus Remp. conſiſtere neceſſe eſt, deſtructores. *Breviter*, dicente Agripp. *de vanit. Scient. c. 77. abjecta humanitate ipſi feræ efficiuntur, morumq; prodigioſa perverſitate, tanquam Actæon, mutantur in beluas. In tantam quoq; plurimi illorum prorupêre inſaniam, ut hoſtes naturæ fierent, quemadmodum de Dardano narrant fabulæ.* Videat mihi aliquis Hagidem Curetum Regem, qui inter cervorum greges, quaſi unus de eorum numero obambulans, id tantum ab iis differebat, quod lineamenta hominis geſtabat. Juſt 44. Tales ſunt pleriq; *ferarum vaſtatores*, ut ait Virgil. *li. 9. Æneid.* qui etiam *li. 7.* eos hoc epitheto inſignit: *Indoles Venatorum.*

Horrida, inquit, *præcipuè cui gens aſſuetaq; multo*

Venatu nemorum, ſicut & in ſacris literis Tyrannis adjicitur nomen venatorum, ut Nimrodo, *Geneſ. 10.* Eſau. *Geneſ. 25.* cui opponitur ſimplicitas Jacobi, qui venationibus deditus non fuerit, & *Pſ. 91.* ait Propheta: *Ipſe liberabit me de laqueo venantium. & Pſ. 124. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium.* Apud Jerem. *c. 16.* minitatur Deus: *mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum*, adeoque ubiq; ſæpiùs in malam, quam bonam partem, nonnunquam, etiam pro Diabolo ipſo accipitur, quia perpetua in ſylvis commoratio, ferarumque mactatio, ſanguinarios plerunque efficere ſolet homines, & ad nocendum proclives, ex quo ſcribit Hieron. ſeu quicunque autor eſt operum Hieronymo aſcriptorum *Tom. 8. in Pſalm. 90. verſ. ſperabo in Domino*:

Digitized by Google

Penitus non invenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem, piſcatores invenimus ſanctos. c. Eſau diſt. 86. c. quorundam diſt. 34. Audacius-Auguſt *in Pſalm. 102. Qui dant venatori, hoc in illo amant, in quo eſt nequiſſimus, hoc in illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt, ipſam nequitiam publicam ſpectaculu omnium: Qui donant hiſtrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, quare donant? nunquid non & ipſi hominibus donant. Non tamen ibi non attendunt naturam operis DEI, ſed nequitiam operis humani,* & paulò poſt vocat artem venandi *artem nequiſſimam,* quod niſi de venatione arenariâ, cujus meminit etiam Caſſiod. *5. Var. c. 42.* accipiamus, *cum gl. in c. qui venator. diſt. 86.* & Georg. Mor. *de nigromon. in tr. de jur. venat. c. 1. num. 6. 39.* Weſenbec. *in paratit. de acquir. rer. dom. num. 7.* Gail. *2. obſ. 68. n. 8.* Freher. *de infam. lib. 3. c. 18. num. 16. & ſeq.* prorſus impiam facit profeſſionem venatorum, ſicut & *in c. Eſau,* Eſau dicitur *venator* fuiſſe, *quoniam peccator erat.* Eſt quidem ſtudium venandi multis commendatum à Xenoph. *lib. 1. & 8. Cyrop. li. de Venat. à Lycurg.* Plutar. *in Lycurg.* Cic. 2. *de nat. deor.* Buchan. *lib. 4. in Dornad.* Tiraq. *de Nobil. c. 37. num. 141. & ſeqq.* & ex eo Georg. Mor. *part. 2. de jur. ven. c. ult.* Patrit. Senenſ. *de reg. lib. 3. tit. 6.* Scip. Ammir. *lib. 2. diſc. 1.* Sebaſt. Medic *part. 2. de venat. q. 41.* & ſeq. Heigio *lib. 1. q. 15. in pr.* quod vires corporis firmet, ſtabileſq; reddat, & ut dicit Xenoph. *aſſuefaciat homines, ut ſi quid tale etiam in bello uſus poſtulet, præſtari ab iis poſſit,* quâ de cauſâ Albertus Romanorum Imperator venationem vocabat *exercitationem virilem,* ſicut ſaltationem *muliebrem.* Anton. Panorm. *de dict. Alph. reg. & alior.* nec in ſe quidem peccatum habet, ſiquidem etiam Jacob delectatus fuit cibo ex venationibus allato, *Gen. 25. ad fin. & Lev. 17.* leges aucupio & venationibus præſcribuntur. Item, Salomon præter diurnos reditus boum, frugumque, etiam ex venatione cervorum, caprearum atq; bubalorum familiam ſuſtentabat. *3. Reg. c. 4.* Sed ſicut divitiæ in vitium vertunt iis, qui animum in iis figunt, ſuæque ſalutis fundamenta ponunt: ita venatio abit in peccatum, ſi quis perquirendis feris ita ſtudeat, ut pietatem propterea exuat, & officii ſui munia negligat, quod plerunq; fieri videmus, & Leonino quodam verſiculo indicamus:

Commoda Venationis

Per piſces & aves multi periêre ſcholares. Et volunt etiam illi, qui pro ferarum communi venatione diſputant, ruſticis eam non concedendam, quod converterent eam in compendium lucri, & negligentiores fierent ad agriculturam, *Auth. agricultores C. quæ res pig. l. 2. ff. de feriis.* Weſenbec. *in parat ff. de acquir. rer. dom. n. 7.* & ex eo Georg. Mor. *de jur. Ven. c. 2. n. 28. part. 1.* Claud. Mallævill. *in reg. aq & ſylv. conſt. art. 16.* Sebaſt. Medic. *in tr. de venat. 1. part. q 5.* Fachinæ. *lib. 1. controv. jur. c. 1. verſ. ſexta eſt cauſa.* Guiliel. Bened. *in c. Rainut. in verb. & uxorem, n. 899. in fin. & num. 900. de teſtam.* & per not. per Johan. Samſon *in com. conſ. Turon. rub. des droicts du ſigneur Chaſtellan. art. 1. col. 2. verſ. Sed an iſtæ venationes* Pruckman. *c. 4. n. 17. 18. §. venatio.*

Colonis nõ indulgẽda Venationes.

Cum

Cum igitur vulgo parùm ex ablatâ venatione abſcedat, & econtrariò plurima ex conceſſa oriantur, non tantum publica ſed & privata incommoda, ſine injuria potuit majeſtas ea tribuere paucis tantum, quæ cum diſpendio erant communia. Tot enim ad venationem requiruntur inſtrumenta, retia, laquei, foſſæ, canes, accipitres, tot ſervi & mercenarii, *c. an putatu diſt. 86. l. quæſitum §. ſi in agro, l. fundo legato de inſtrum. leg.* ut iis aliquis ex plebe, inprimis quando ipſe à rei familiaris cura abeſſe cogitur, ſufficere non poſſit. Nec aberravero, ſi Epiſcopis venatione interdictum etiam ex hâc cauſa dixero, ne bona pauperum in venatores & inſtrumenta, quorum ad venandum magnus apparatus neceſſarius eſt, profundant. Petr. Gregor. *lib. 13. de Rep. c. 17. n. 7. text. in c. cum Apoſtolus de cenſibus* Georg. Mor. *p. 2. de jur. ven. c. ult. n. 28.* Quid enim Poetæ per Actæonis fabulam nos docere voluerunt, niſi ut intelligamus, quando à propriis canibus laceratus fuit, quod in eos omnibus ſuis opibus conſumtis, tandem ſuo ſtudio perierit, *ut explicat* Fulgentius, quemadmodum Henricum IV. regem Galliarum jocatum accepi in mercatorem, quem ad incitas redegerāt ex Italia transducti bombyces: *Eum* vid. *vivum rodi à Vermibus.* Plures hoc tempore eandem fortunam paſſuros, quæ eſt hominum in id ſtudium proclivitas, veriſimile eſt, ſi tam liberum cuiquam eſſet venari, quam ſunt ejus omnes homines ex æquo cupidi; ideoque Zoannett. *de duplici v. n. n. 63.* damnum, quod ex prohibitâ venatione ſibi inferri conqueruntur homines, eò minus æſtimandum putat, quod cum multis oneribus & detrimentis ſit conjuncta. Antiochus Magnus Rex Aſiæ multatus à Romanis omnibus cis Taurum provinciis, gratias inſuper egit, quod nimis oneroſa procuratione liberatus, mediocribus regni terminis, & quibus ejus ingenium ſufficeret, uteretur. Cic. *pro Dejotar.* Val. *lib. 4. c. 1.* Sic quoque ſubditi æquo animo agnoſcere deberent, quod prohibiti venari, majorem rebus ſuis ſollicitudinem impendere cogerentur, nec invidere leviculam quandam voluptatem iis, qui pro illorum ſalute noctes & dies moleſtias ſubire tenentur. *Omnium domos,* ait Sen. *in conſol. ad Polyb. c 26. Cæſaris vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio. Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicavit, ſibi eripuit, & ſyderum modo, quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicant, nunquam illi licet nec ſubſiſtere, nec quicquam ſuum facere. Neceſſe enim eſt omninò,* ait Agrippa ad Auguſtum, imperii continuationem diſſuaſurus, *ut qui tantum imperium gerat, multis curis ac timoribus conficiatur, voluptates minimè percipiat, moleſtiſſima quæq; identidem & videat, & audiat & ſentiat, Quæ, niſi fallor, cauſa Græcos Barbarosq; nonnullos movit, ut oblata quoq; regna reſpuerent:* Dion. *lib. 52.* imò Lyſiades Megapolitanorum Tyrannus, cum infinitas in recens occupatâ Tyrannide moleſtias ſentiret, ut iis ſeſe & odio præſidioque liberaret, Arato Remp. in manus tradidit. Plutar.

Rat. 1.

Rat. 2.

Rat. 3. Moleſtia principum

Plutar. *in Arat.* Et ſanè Tiberius eam ſuæ cunctationis rationem prætexuit, quod diceret, *ſolam D. Auguſti mentem tantæ molis capacem fuiſſe, ſe in partem curarum ab illo vocatum, experiundo didiciſſe, quàm arduum, quam ſubjectum fortunæ regendi cuncta onus,* Tacit *1. Annal.* nec aliter, *niſi coactus, & querens miſeram & oneroſam injungi ſibi ſervitutem,* recepit imperium. Sueton *in Tiber. c.24.* Depinxit autem eam ſervitutem Hieron. *in vit. Niciæ,* quem ſcripſit, *ne in balneo quidem aut cœnâ tractationem publicorum negociorum intermiſiſſe, de civitatis commodis ſollicitum, ſuas res neglexiſſe, vix circa primam vigiliam ſomno ſe dediſſe, quibus & rebus corpus ſuum afflixerit, & amicis ſe comem jucundumq; præbere non potuerit, quos unà cum pecunia ſuá Reip. ſtudio amiſiſſet, cum reliqui amicos pararent, eosq; ex publico ditarent, voluptatibusq; perfruentes Remp. quaſi per jocum haberent.* Et erat ſanè (hoc addit Plutar. *in vit. Niciæ*) is vitæ ſtatus Niciæ, ut de ſe illud Agamemnonis dicere potuiſſet:

Nos nempè maieſtate & imperio modo
Populo ſumus priores, ſervi cæterà. Euripid. *in Iphig.* Et Imperator Julianus nihil ſe amplius dicebat aſſecutum eſſe, propter Cæſaris dignitatem, *niſi quod occupatus viveret.* Patrit. *lib. 9. de inſtit. Reip. tit. 1. in fin.* Revera quoque ſacræ literæ Moſen vocant *hominem omnium, qui vivunt, miſerrimum,* ein wolgeplagten Menſchen/ ut Lutherus reddidit, eò quod totius Reip. moles illi ſoli incumberet. *Num. c. 12.* Pro hac igitur ſervitute, pro tot laboribus, quos quotidiè princeps devorare cogitur, ſumma æquitas poſtulat, ipſi remunerationis loco brevem aliquam voluptatem concedi, ut ſicut periculis & moleſtiis ſolus expoſitus eſt, ita recreandi animum facultatem præ cæteris habeat. Soto. *li. 4. de juſt. & jur. q. 6. art. 4.*

8. Sed ne privilegium hoc in perniciem Reip. vertat, aut princeps ipſe, aut quibus ille id indulſit, cautio eſt, & experimur quotidie, in hanc partem graviter ab utriſque peccari, quâ de re conqueruntur Paris de Put. *in tr. de ſyndicat. char. 2.* Tiraq. *de nobil. c. 37. n. 149.* Heig. *lib. 1. q. 15. n. 8.* Sariſber. *in Polycr. lib. 1. c. 4.* Jagteuffel Cyriaci Spangenberg. Georg. Mor. *de jur. ven. c. 2. n. 74.. Par. 2.* Luther. *in libell. de magiſtr. part. 3.* §. mir iſt gnug *Tom. 2. Ienenſ.* Tam perditè enim videmus pleroſque ſtudium venandi ſectari, ac ſi ſummam rerum ſuarum in eo collocaſſent.

Et tum etiam, defeſſa thoro cum membra reponunt,
Mens tamen ad ſylvas & ſua luſtra redit, ut ait Thomas Morus. Sicut de Adriano Imperatore ſcribit Spartianus, quod venandi ſtudioſus fuerit *usq; ad reprehenſionem. In vit. Adrian.* De Mithridate Pontico Patrit. Sen. *de regn. & reg. Inſtit. lib. 3. tit. 6.* quod *annos ſeptem neq; urbis neq; ruris tecto uſus, inter ſylvas quaſi errabundus vagatus fuerit, & ut ſors ei præbebat occaſionem, diverſis regionis montibus pernoctarit, ignaris omnibus, ubi locorum eſſet.* De Dornadilla Scuto Buchananus: quod *magnam temporis partem venatione tranſegerit.*

egerit. *lib. 4. hiſt. Sect.* de Wilhelmo Rufo Anglo annales Anglici, quod *publicam ſalutem voluptati venationis poſtpoſuerit*, Helinshod. *in Wilhel* quod quando fit, res Reipubl. non poſſunt non eſſe peſſimo loco, dum princeps, voluptatibus ſuis indulgendo, publica aut non curat omninò, aut minùs, quàm neceſſitas requirit, ſicut de ſe conquerentes ſubditos audivit Antiochus, cum in venatione aberrans, in caſam quampiam incidiſſet ignotus. Incidente enim regis mentione, hoſpitum quidam, regem dixit virum ſatis bonum eſſe, ſed rerum publicarum, præ nimio venandi ſtudio, negligentiorem. Plut. *in Apopht.* Prolixè deſcribit Georg. Sabinus, & ex eo Reinerus Reinecc. *in Chron. March.* admonitionem Epiſcopi Florentini, quâ Hugonem Marchionem Brandeburgenſem & Ottonis III. in Tuſcaniâ vicarium, à nimiâ venandi cupiditate retraxit, cum eximiæ magnitudinis aprum nimis avidè inſecutus, noctem in ſylvis agere coactus, multis ſpectris & illuſionibus diaboli territus fuiſſet. *Periclitari* enim dicebat *Remp. conculcari querelas viduarum & orphanorum, negligi juſtitiam, corrumpi magiſtratus, dum princeps officii ſui immemor, à medio foro ſe ſubtrahit, & per ſolitaria nemora feras confodit beſtias.* Et eſt certè hoc ſtudii venatici incommodum non parvum, ob quod fortaſsè Romanorum principes venandi ſtudium non admodum in magno precio habuerunt. Saluſtius illud *inter ſervilia* reponit *in procem. Catil.* Tiberius legatum damnavit ignominiæ, *quod paucos milites cum liberto ſuo trans ripam venatum miſiſſet.* Sueton. *in Tiber. c. 19.* Auguſtus *licet multis aliis exercitiis deditus eſſet, & animi laxandi cauſa etiam hamo piſcaretur, venatus tamen fuiſſe non legitur.* Sueton. *Aug. c. 83.* Sed cum quo plura alia non minoris momenti concurrunt. Nam & animus ad gubernandam Rem. pet ſylvas & ſolitudines fit ineptior, & degenerat in mores eorum, in quorum contubernio verſatur. Hi verò ſunt, quos ſupra deſcripſimus, horridi, agreſtes, ferarum, quas ſectantur, non abſimiles, prout Germanicum adagium indicat:

Quam male Resp. cõſulat Venationi deditus princeps.

Wer ſich dem Jagen gar ergeitt
Wird gleich den Thieren mit der Zeit. Georg. Mor. *de jur. ven. c. 2. in fi part. 2.* de quibus Auguſt. ait *in Pſal. 147. vident homines venatorem & delectantur, videbunt ſalvatorem & contriſtabuntur.* Atqui non ſolum vident id genus homines, venationi deditì principes, ſed & ſubditorum laboribus parta bona in eos prodigè profundunt, ideoque meritò audiunt etiam illud Auguſtini: *Qui venatoribus donant: non homini donant, ſed arti nequiſſimæ. Nam ſi homo tantum eſſet, & venator non eſſet, non donares, honoras in eo vitium, non naturam. c. qui venatoribus. c. vident diſt. 86.*

Taceo exactiones & onera, quæ ſubditis eo nomine immiſericorditer imperantur, ſive alendi ſint canes principis, ſive proprii præſtandi, ſive ſatæ meſſes præbendæ feris pro pabulo, ſive vigilandum ad retia mediâ

Digitized by Google

hyeme, ſive alia facienda, quæ collegit Noe Meurer. im Forſtrecht *lib. 2. ſub tit.* Wes für vnnd wie viel beſchwerdt. Taceo pericula, in quæ ſe ſæpè præcipitat,

dum *Manet ſub Iove frigido*
Venator ſocia conjugis immemor,
Seu viſa eſt catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marſus aper plagas. Horat. *lib. od.* aut dum per montes & valles, per ſaxa, per undas, errantes ſequitur beſtias, ubi *Forſan aprum aut fulvum deſcendere monte leonem*

Conſpexit: aut ubi aggreditur
Triſtes turbare cubilibus urſas,
Fulmineosq; ſues, & ſicubi maxima Tygris
Aut ſubducta jugis fœta ſpelunca leænæ, Stati *lib. 2. Achilleid.* expugnanda venit. Adrianus Imperator inter venandum fregit humerum, & crus penè contrivit, Dion. *in reliq. de Adrian.* ut & Carolus V. qui ex eo malo diu decubuit. Baſilius Imperator à cervo in cornua ſublatus ad terram, non niſi mortuus, rediiſſet, niſi diſciſſo baltheo, à quodam apparitorum liberatus fuiſſet. Zonar. *in Baſil.* Maria Maximiliani I. uxor delapſa de equo vitam ipſam venationi impendit. Dies me deficeret, ſi Antiochi, Maximiliani, Franciſci I. Wilhelmi Rufi & aliorum pericula recenſere vellem, quos venandi ardor vel in vitæ diſcrimina, vel in avios receſſus deduxit, unde nonnulli pedem ne quidem retulerunt. Exponunt ſe quoque inſidiis inimicorum, dum vel non ſatis ſpectatæ fidei hominibus ſe immiſcere & per invios ſaltus ſoli errare coguntur, quâ viâ Landgravius Thuringiæ, inſidiis uxoris adulteræ interceptus, Rivand. *in Chron. Thuring.* Wilhelmus Rufus à ſervorum ſuorum quodam occiſus eſt, perindè ut Adraſtus, apud Herodot. *lib. 1.* quandoquidem & fortuitò multa evenire neceſſe eſt, ubi tot homines tàm noxia arma miſcent. Pruckman. *§. venatio n. 3. & ſeqq. c. 4.* Dictum verò alibi eſt, principem toties exponere Remp. periculo, quoties ſeipſum exponit, cum in eo totius Reip. ſtabilimentum requieſcat. Proinde iniquè faciunt principes, quando venatione ſubditis ablatâ, tam vanè abutuntur. Non enim alio titulo eam ſibi vendicare poſſunt, niſi ut habeant, quo in pace ſeſe exerceant, & rebus gerendis animum feſſum aliquomodo recreent. De reditibus inde in fiſcum vel rem familiarem inferendis, non opus eſt, multa adjiciam, cum ſumtus plerunq; ſuperent prædam.

9. Atque hic eſt primus titulus, ex quo venandi jus ſibi ſolis uſurpare poſſunt principes, *l. quod principis 23. in pr. de aq. pluv. arc.* & vaſallis ſuis communicare, ſicut Jacob. de S. Georg. notat in inveſtituris feudorum, ea plerunque verba addi: *Et cum venationibus, in tr. feud. §. Et cum Venation. num. 9.*

Sequi-

Digitized by Google

Sequitur alter, ex longiſſimâ conſuetudine vel præſcriptione, ex qua idem defendunt. Zoan. *de dupl.ven. n.79 & ſeqq.* Meurer. *in* Forſtrecht *lib. 2. tit. 1. qui incip.* Ehe und ich *in ſpecie in fin. & tit.* Der hohen Oberkeit, Weſenbec. *præpoſ.6. de acquir.rer.dom. Et in parat.n.7. Eod. Aut.conſil.* apud Meur. *quod incipit, Chriſti redemtoris part.7.* Roſenth. *de feud.c.5.concl.24. num. 2.* Fachinæ. *li.1.Controv.jur.c.1.* Sebaſt.Med *de Venat.piſc. & aucup. 1. part. q.5.* Vultej. §. *feræ num. 10. Inſt. de rer.diviſ.* Georg. Mor. *de jur.ven.c.2.n.31. & ſeqq num 58. part.1.* Heig. *li.1.q.15.n.50.* Bocer. *c.1.n.63.64. quæ ſint regal.* Cum enim conſuetudo & præſcriptio in multis differant, Roch Curt. *in c.ult.de conſuet.* Cravet. *de antiq.tempor.part.4.in pr.* Covar. *part. 2. Rep. c.poſſeſſor §.3. n.2. de Reg.Iur.in 6.* utroque modo principes jus venandi ſibi tribuere poſſunt, cum & generalis conſuetudo id iis permittat, & ipſi contra ſubditos à tempore, cujus memoriæ principium non extat, prohibendo, actusque venaticos exercendo, poſſeſſionem acquiſierint. Dicit enim Jacob *tr.feud.§ Et cum venat.n.2.* & ex eo Chaſſan. *de Conſ.Burg.rubr.13.§.8.n.4.* Thom. Gramm. *deciſ.67.* Georg. Mor. *part.1. de jur.ven c.2.n.57.* Zoan. *de duplic.ven. n.84. Cautelam eſſe pro Dominis terrarum, ut interdicant ſubditis venationes, qui ſi prohibitioni non contradixerint, præſcriptoq; Dominorum paruerint, Dominos ſuos in quaſi poſſeſſione prohibendi conſtitui, ac ipſos deniq; jus venandi per tempus poſtea immemoriale perdere.* Tempus immemoriale requirit, quia ſecundum communem opinionem ſervitutes, quæ habent cauſam diſcontinuam, ſive negativæ ſint, ſive affirmativæ non proſcribuntur niſi tempore, de cujus initio memoria non extet: *gl.in l. ſervitutes 14. in verb.certam, & ibi Dd.de ſervit. gl.in l.1.§.fin.in verb.quamdiu, & ibi Dd.de aq.pluv.arcen.* Guido Papa *deciſ.573. gl.in l.2. in Verb. quæſiti in pr.* & ibi Bartol. *C.de ſervit.& aq. Dec.conſ.483.n.26.* Chaſſan. *in conſuet.Burg.rubr.13.§.8.n.3.* Balb. *de præſcript.2.part.4.part.princ.* Zoan. *de duplic.venat.n.80.* Zaſ. *conſ.6.n.2.li.2.* Gail. *li.2.obſ.66.n.7.* Mynſing. *Cent.4.obſ 53.* Cepoll. *de ſervit. urb. præd. num. 5.c.19. & alibi.* Roſenthal. *de feud.c.5. concl.27.in gl. fin.* Noe Meur. *part.2.tit.* Wie förſtliche Gerechtigkeit, atque ita apud Hiſpanos judicari Covar. *lib.1. Variar. reſolut. c.17. n.11.* apud Delphinates Guido *d.deciſ.* apud Germanos in Camerâ Imperiali, teſtatur Mynſing. & Roſenth. *d.l.* quanquam recentiorum quorundam opinio de jure verior eſſe videtur, quæ in omni præſcriptione ſervitutis, ſive continua ſit, ſive diſcontinua, longum tempus ſufficere dicit, quoniam utriusque cauſam continuam facit Paulus *in l. foramen 28. de ſervit.præd.urb.* Johan.Longovall. *in Rep.l.imperium 4. part.ff.de jurisd. om. jud.* Corraſ. *lib.5. Miſcell.c.5. & in l.ſervitutes 14.num.21.de ſervit.* Weſenbec. *in parat.ff de ſervit. n.5.* & ex eo Georg. Mor. *de jur.venan.part.2.c.1.* Cujac. *in l.4.§ ult.de Vſucap. & alibi.* Quicquid ſit, in eo utrisque convenire neceſſe eſt, quod immemorialis præſcriptio propter vetuſtatem, vim legis, *l.1. & fin.de aq. pluv. arc.* &

Venatio cõpetit principibus ex præſcriptione.

 conſti-

conſtituti obtineat, *l. hoc jure* §. *ductus aquæ, de aq. quotid. & æſt.* vetitatisque vice fungatur, ut docet Bald. *in l 1 in 3. notab. C. de ſervit. & aq text. in l. fin de aq. pluv. arc. l. uſum aquæ C. de aquaduct. li. 11.* cumque ejus uſus, qui tam diu duravit, principium ignoretur, *l. viæ vicinales. in pr. de loc. & itiu. publ. l. ſi arbiter de prob:* præſumtionem habeat boni tituli, Weſenbec. *d. n. 5.* qui etiam aliàs in præſcriptione immemoriali non requiritur, *c. 1. c. ſi diligenti de præſc. in 6.* Dyn. *in c. poſſeſſor. n. 27.* Covar. *ibid. part. 2. §. 3. num. 6. de R. I. in 6.* Cravett. *de antiq temp. p. 4. §. Abſolutis*: Mynſing. *Cent. 1. obſ. 30.* Bocer. *c. 1. n. 64. quæ ſint regal.* in quâ nec bonæ fidei probatio neceſſaria eſt, niſi conſtet de mala, ſiquidem in dubio ſemper bona fides præſumitur, *c. ſi diligenti, c. ſanctorum, c. fin. de præſcript. l. non ex eo 30. in fin. C. de evict.* Alciat. *de præſumt. reg. 3. præſ 5.* imò triginta annorum curriculo vitium malæ fidei præſumtæ extingui Bartol ſcripſit *in l. ult C. unde vi,* cui accedit deciſio Innocentii *in c. 2. num. 8. verſ. Item nota de integr. reſtit.* qui bonam fidem præſumi dicit, vel ex juſto titulo, vel longi temporis poſſeſſione, eamquè communem opinionem dicunt Balb. *in l. Celſus 3. part. col. 6. de uſucap.* Covarr. *in c. poſſeſſor. part. 2. §. 8. n. 4.* Multò igitur magis etiam mala fides præſumta purgabitur tempore immemoriali, nedum bona præſumetur, cum de malâ contrarium propugnantes non probent. Nam quod dicunt metu compulſos ſubditos non auſos fuiſſe reſiſtere, ideoq; principes durante adhuc metu ſuppliciorum, vi magis, quam bonæ fidei prætextu jus ſuum defendere, in eo non probant malam fidem principum, ſed allegant tantum falſam præſumtionem, quaſi, ſicut hodiè juſto titulo occupatam venationem principes propoſitis pœnis tueri poſſunt, ita iiſdem eam inchoarint, quod, cum venatio omnibus adhuc libera eſſet, ſine ſummâ injuriâ facere non potuiſſent: atquè ita in dubio præſumunt delicta contra præſumtionem juris. Zoannet. *de duplic. venatio. n. 97. per l. meritò 51. in fin. princ. & ibi gl. pro ſoc. l. igitur § & generaliter de liberal. cauſ.* Quin etiam licet regulariter ſcientia & patientia ejus, de cujus præjudicio agitur, in præſcribendis juribus incorporalibus requiratur, *l. ſi ego § 1. de publ. l. 1. in fin. ff. de ſervit. ruſtic. præd. l. quoties 15. l. quoties fin. de ſervit. l. 2. C. de ſerv. & aq. l. ſi à te emero ff. de ſervit. vend.* Corraſ. *in d. l. fin. n. 1. de ſervit.* Cravett. *de antiq. temp. parc. 4. latè,* & imprimis in ſervitutibus, quæ per traditionem & patientiam acquiruntur: *de l. 1. & ibi gl. de ſervit.* tamen id ita limitant plerique, niſi præſcriptio ſit cum tempore immemoriali, quod, quia vim privilegii habet, *l. hoc jure § ductus aquæ ibi gl.* & Ang. *c. ſuper quibusdam §. præterea, & ibi not: de verb: ſignif.* ſcientiam adverſarii excludit. Bald. *in c. 1 num. 3. verſ. quædam nituntur. Quæ ſint regal.* Balb. *de præſcr. 2. part. 3. part. quæſt 6. num. 22.* Knichen. *in com. privil. Saxon. p. 139. & ſeq.* Gabr. Rom. *lib. 5. com. concluſ. t. præſcript. concl. 10. n. 7.* Bocerus. *c. 1. num. 63. 69. quæ ſint regal.*

Heig.

Digitized by Google

Heig. *li.15.num.50.* Covar. *part.2.Rep. cap.poſſeſſor in pr. n.10. in fin.* Zoannet.
de dupl. venat. num. 92. apud quos vide plures, ut & apud Tiraq. *de Nobilit. c. 14.*
num.4. ex quibus omnibus apparet, ſi ſcientia ejus, contra quem currit præ-
ſcriptio immemorialis, non exigitur, multò minus exigi conſenſum, atq;
ita etiam non conſentientibus ſubditis potuerunt principes jus venandi
immemoriali præſcriptione acquirere. De titulo enim & bonâ fide con-
ſtat, quaſi poſſeſſionem verò obtinuerunt, quando ſubditi in agris ſuis pro-
hibiti venari, prohibitioni acquieverunt. Nam quæ meræ facultatis ſunt,
etiamſi per centum annos exerceantur, non inducunt præſcriptionem ne-
gativè, hoc eſt, non tollunt jus alteri ſuum, niſi is prohibitus, cedendo qua-
ſi illud perdiderit, ſicut in jure altius tollendi domum exemplum ponit
tex. *in l. hæc a.6. de ſerv: urb: prædio: gl. in c.* Abbate *in verb.* Alciat. *Monachum &*
ibi Dd. de verb: ſignif: gl. & Dd. in l.1. C. de ſervit: & aq: ubi text: & in l. ult: quem-
adm: ſervi amittantur gl. & Dd. in l. qui luminibus de ſervit: urb: præd. Alii po-
nunt exemplum in jure prohibendi furnum & molendinum. Bald. *in d.l.1.*
n.10. de ſervit. Cepoll. *de ſervit. præd: urb: c.50. n.2.* Petrus Jacob. *in form. lib:*
ſuper furno & eſt rubr: 20. Roſenth. *de feud. c.5. concl.24. n.3.* Jacobi: *de feudis*
§ Et cum molendinum, n.5. Cravett. *de antiquit: temp: part: 4. § materia iſta, n.81.*
& 98. Borch *de Regal: n. 36.* Juris verò affirmativi quaſi poſſeſſio acquiri-
tur, ſi eo quis uſus fuerit, non vi, non clàm, non precariò, *l. ſi quis diuturno*
10. in pr. ſi ſervit: vend: l.1. in fin: & ibi Bart. *n.2. C. de ſervit: & aq: l.1. §. deniq; de*
aq: pluv: arc: l.1. § Hoc interdicto 2. de itin: act: priv: per 30. dies. Zoan. *de dupl. ve-*
nat: n.81. & ex eo Georg. Mor. *part: 2. de jur: ven: n.12. c.1.* quâ ratione ſupra
diximus poſſe aliquem in certo fluminis diverticulo jus piſcandi ſolum
præſcribere. *per l. ſi quisquam de diverſ. & temp. præſcript.* Cur igitur principi
non liceat, quod jura concedunt privato? *Conſ. incip. Chriſti redempt part. 7.*
Forſtrecht Meur. Bocer. *d. c. 1. num. 61. 62.* imò principis cauſa eò eſt favo-
rabilior, quò probabilioribus ſuſtinetur rationibus, & habet prætextum
publicæ utilitatis. Patet igitur ſive præſcriptionem, ſive privilegium al-
legare velint, qui venationem ſubditis abſtulerunt, quod ſatis plauſibili-
bus nitantur fundamentis, ſineque injuriâ jus ſuum illud dicere poſſint,
quod proinde hodierno uſu cum ſummo principum imperio ferè cohæ-
ret. Mynſing. *Reſp. 16. num. 36. 37. & 46.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ.* 10.
fin. num. 8. Georg. Mor. *de jur. ven. part. 1. c. 2. num. 37. part. 2. c. 1. num. 5.* Di-
co, quod cohæreat, quia idem jus non conſtituunt, cum conſtent ex acti-
bus diverſis: imò venationis actus ita ſeparatur ab aucupio & piſcatione,
ut ab uno nequeat inferri ad alium, ſicut nec à venatione, quam Germani
vocant die hohe Wildbahn / ad minorem, nec à mero imperio infertur ad
juriſdictionem ſimplicem. Gail. *de pign. obſ. ult n.4.7. & 8.* Noe Meur. *part. 2.*
deß Forſtrechts *tit.* ob der hohen Obertett die Förſt iche anhang: Georg Mor.

de jur.ven.part.1.c.2.n.67.part.2.c.1.num.7. & 8. quoniam de diſparatis regula eſt: *Quando lex de uno diſponit affirmativè vel negativè, de alio nihil videtur diſpoſuiſſe, cum ex ſeparatis non fiat illatio, l.naturaliter, §. nihil commune ff. de acq. poſſeſſ. l. Papinianus exuli ff. de minor.* Stephan.de Phedericis *part.1.de interpr. legum arg.16. à contrar.* inprimis cum agatur de præſcriptione, in quâ non plus præſcriptum intelligitur, quàm poſſeſſum *l.1.§.ſi quis hoc interd.de itin. act.priv.c.auditis de præſcript.* Nam & aliàs in ſeparatis non licet argumentari à poſitione unius ad poſitionem alterius. *l.ſi maritus 10. in fin. C.de calum. leg. Papinianus in fin. pr. de minor. c. quod translat. ubi* Abb. *de off.legat.cum concord.*

Nectamen impedit, quin poſſit jus venandi, piſcandi, aucupandi inter regalia numerari, ut ſentiunt Dec. *conſ.193.n.3.* Vultej. *lib.1.feud.c.5.n.7. verſ. an etiam jus venat.* Georg.Mor. *de jur.ven.p.1.c.2.n.66.c.7.n.17.* Bocer. *c.1. a.n.30.ad n.52.quæ ſint regal.* Sebaſt.Medic. *tr.de venat.par.1.q.27.* quod in ſæpius *d.c.un. quæ ſint regal:* non contineatur, quoniam plurima ſunt regalia, quorum *in iſto c.* non fit mentio, ex cauſa, quam aliquoties tetigi. Quin etiam piſcationum reditus *in ipſo c. quæ ſint regal.* conſpicuè recenſentur, Pruckman *in §.venat.c.1.n.6.* per quos non quidem ipſum jus piſcandi intelligo, *ut facit autor dic.conſ.incip.Chriſti Redempt.* apud Meur. *part.7.* Forſt recht, quoniam, ut monet Sixtin. *de Reg. c.20.n.8.* ex Alvar. *in d.c.un.* & Jacob. *in verb. Et cum piſcat. n.1.* aliud eſt reditus ex piſcationibus & ſalinis, aliud ipſæ piſcationes & ſalinæ: illud tamen inde colligo, piſcationes majori jure ad principes pertinere, quam ea, quæ in ſingulorum dominia deſcripta ſunt, quoniam publicum & perpetuum vectigal iis imponendi licentiam alias non haberent. Cur enim ripatica, vectigal, portus, ſalinarum, metallorum, viarum publicarum, iis tantum rebus imperantur, niſi quod eæ res ſint in proprietate & dominio majeſtatis, *l. inter public.1.§.1.de verb.ſignif.* ideoque, quando earum uſum ſingulis concedit, quod ut faciat, ſumma requirit utilitas, cum piſcibus, ſale, metallis, perindè, ut feris, avibusq; ſylveſtribus vulgus carere nequeat, tamen portiunculam Reip. debitam inde decerpit. Si enim ex publicis reditus ſuos non habet Reſp. unde habebit aliàs, eoq; nomine hæc jura meritò inter regalia numerantur, Pruckman. *in §.ſoluta poteſtas, verſ. venatio, c.1.n.5.* Roſenth. *de Regal.c.ult.n.8.* idq; ex conſuetudine. Meurer. præſupponit idem *in d.tit.* ob der hohen *verſ.* Auff die erſte frage. *It.tit.1.de orig.jur.f r.in fin* Heig *lib.1.q.15.n.47.48.* & Zoan. *de dupl.ven.n.107.& 111.* quem ſequitur Georg. Mor. *de jur.ven.part.2.c.3.7.* omnium optimè videtur venationem aſcribere juriſdictioni, dum eam definit *ſervitutem innominatam in fundis popularium ſubditorum, juriſdictioni, territorii & ejus dominio debitam.*

Quod

Quod enim ſervitus ſit, demonſtrat Zaſ. *in §. æquè, n. 25. & lib. 1. ſing.* 12.
reſp. c. 11. quod incipit, ſunt jura in pr. & n. 1. contra gl. & Bart. *in l. Mela in fin. ff.*
de ali: leg. gl. in l. pecorũ de ſervit. ruſt. præd. in l. veluti Eod. in l. pomum de ſervit.
& communiter Dd. qui tenent, venandi, aucupandi, & his ſimilia jura eſſe
pacta perſonalia, quod ſi verum eſſet, extinguerentur cum perſona, *l. ſi unus §.*
ante omnia de pact. nec à quovis poſſeſſore poſſent exigi, *l. quo tutela §. fi. junct.*
l. ſeq. de R. I. nec parerent actionem confeſſoriam vel negatoriam, quæ datur
in ſervitutes, *l. de ſervitutibus 2. in pr. l. ſi quis diuturno 10. in pr. ſi ſerv. vind. l. 1.*
ſi uſusfr. pet. §. æquè. Inſtit. de action. Cepoll. *de ſervit. urb. præd. c. 2. n. 11. 12.* Johan.
Vaudus *lib. 2. Variar. qq. li. 2. c. 27.* Ludovv. Vital. *li. 2. Variar. lect. c. 12.* & ve-
nationes, Gail. 2. *obſ. 66. n. 13.* Meur. *de jur. ven. & for. par. 2. tit.* von der Præ-
ſtio. Ideoque conſuetudo, quæ dat nomina ſervitutibus, *l. ſi publicanus §.*
fin ff. de publ. inter ſervitutes jus venandi numerat, & apertè Divus Pius in
l. Divus 16. de ſervit. præd. ruſt. quanquam Zaſius ejus non meminit, aucupium
inter ſervitutes prædiorum reponit. Cum autem ſervitutes duplices ſint,
perſonales, quæ cum perſonâ deficiunt, *l. uſus aquæ ff. de uſuc. & habit. l. Lu-*
cius de ſervit. ruſt. præd. l. Vſusfructus civit quib. mod. uſusfr. amitt. & reales, quæ
in hæredes & poſſeſſores tranſmittuntur, *l. pecorũ de ſervit. ruſt. præd. ibi gl. l.*
ſi aquæ ductus de contrah. emt. quia ſunt jura prædii, *l. ſi mihi §. fin. de ſerv. ruſt.*
præd. & tranſit fundus cum ſuâ cauſa, *l. 1. §. ſi fundus Eod.* Conſtat jus venan-
di non eſſe ſervitutem perſonalem, quia ex effectu & praxi communiter
obſervatâ non intermoritur cum perſonis, ſed ab utraque parte perpetuò
durat: ut verò realis ſervitus dici poſſit, obſtat, quod prædium ſerviens non
poſſit eſſe ſine prædio dominante, *l. 1. commun. præd.* quoniam ſervitutem
definit Azo *in ſum. Inſtit. de ſervit. quâ domus domui, rus ruri ſubjicitur*, aut me-
lius Bartol. *in l. 1.* & ibi Florian. *de ſervit. quæ prædio ita inhæret, & ipſius utili-*
tatem reſpicit, & alterius prædii jus ſive libertatem diminuit. In jure autem vena-
tionis quodnam datur prædium dominans? Zaſius, villam, monaſterium,
caſtrum, familiam integram, prædii nomine poſſe accipi diſputat, ſicut Cic.
in Orat. pro Muræ: totos populos fundos nominat, & gl. ſingularis *in l. 2. verb.*
cloacam ff. de ſervit. ruſt. præd. colonos agri mei vult pro fundo dominante re-
putandos. *facit gl. in l. 1. in Verb. computanda ff Eod.* & ſic licet commoditatem
ſentiant perſonæ, ſervitus tamen prædii dicitur, non perſonarum. Quic-
quid ſit de hac interpretatione Zaſii, conſuetudo Germaniæ eam non ad-
mittit, ut obſervat Zoannett. *de ven. num. 105. 106.* licet contrarium apud Wi-
tebergenſes pronuntiatum memoret Heigius *lib. 1. q. 15. num. 54.* quia ſi no-
bilis, cui competit jus venandi, caſtrum vendat mercatori, & in alium ejus-
dem territorii locum, familiam ſuam cum juriſdictione transferat, de con-
ſuetudine retinet etiam jus venandi, quod ex eo evincitur, caſtro non co-
hæſiſſe. *l. cum fundus com. præd. cum ſimil.* Quin etiam obſervatum eſt poſt
bellum

Digitized by Google

bellum Smalcaldicum, principes & nobiles, quos juriſdictionibus & imperio ſuo multarat Cæſar, licet in gratiam receptos, poteſtatem venandi non prius recepiſſe, quàm juriſdictio in ſubditos iis reddita eſſet. Comitatur igitur jus venandi juriſdictionem, licet naturæ ſuæ ratione realem ſervitutem imitetur, quam ob cauſam in Camerâ Imperiali pro reali ſervitute habetur. Gail 2. *obſ. 66. n. 2.* & de conſuetudine meritò reponitur inter regalia, ſicut abundè ſatis oſtendimus.

CAP. V.
DE BONIS PUBLICIS IN SPECIE.

SUMMARIA.

1. De Viis publicis.
- *α. Quid ſint Via publica.*
- *β. Quatenus pertineant ad regalia.*
- *γ. Quæ jura inde habeat princeps.*
- *δ. Quod princeps teneatur ſecuritatẽ præſtare Viis publicis & damna illic data reſarcire.*
- *ε. Quod ſolius maieſtatis ſit inſtituere curſus publicos.*

2. De Fluminibus.
- *α. Quid ſint flumina publica, quid privata.*
- *β. Ad regalia pertinere navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia.*
- *γ. Quatenus huc pertineant.*

3. De Portubus.
- *α. Quid per portus intelligendum.*
- *β. Quatenus ad regalia referantur.*

4. De Fodinis metallorum & ſalis.
- *α. Quid ſint argentaria in c. un. quæ ſint regal.*
- *β Vtrum metalli fodinæ juris privati ſint, vel publici.*
- *γ. Vtrum conſtitutio accipienda ſit de omni genere fodinarum.*
- *δ Quantum poſſit conſuetudo in re Metallica.*
- *ε. Quo jure principes fodinas ſibi tribuerint.*

5. De Palatiis.

POſtquam oſtenſum eſt, quatenus bona illa, quæ publica dicuntur, ad Reip. ſeu majeſtatis dominium pertineant, & ſimul, quo jure ipſa nonnullorum non tantum proprietatem, ſed uſum, quem jure gentium maximè conveniebat eſſe communem, ſibi ſoli uſurparit, declaratum, ſupereſt jam ad illorum in ſpecie declarationem deſcendamus. Et de venandi, aucupandi, piſcandi, jure ſatis dictum eſt. ſumamus jam in manus vias publicas, quæ ex his bonis primo loco nominantur. *in c. un quæ ſint regal.*

1. *Quid Via publica.* *Viæ* autem *publicæ* ſunt non ſolum, per quas vulgo itur, cum etiam per privatas vulgo eatur, *l. 1. §. parvi.* Bart. *ad d. l. §. ſumma de his qui dejec. vel effud. l. ſi putator 31. ad l. Aquil.* ſed quorum etiam ſolum publicum eſt relictum ad directum certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, ut ea publicè iretur, commearetur. *l. 2. §. viam publicam. 21. ne quid in lo. publ.*

Digitized by Google

loc.publ. ideoque vicinales ab his diſtinguuntur *§.ſi putator, Inſtit. de l. Aquil. d. § viam junct. ſeq. ne quid in loc.publ.* nec ſunt publicæ, niſi ſi non ex collatione privatorum conſtitutæ ſunt. *d. §. viarum 22. ne quid in loc. publ.* Græci vocant *βασιλικὰς teſte Vlpiano d. §. viarum & Theophilo in §. Item ſi putat. Inſt. de l. Aquil.* λεωφόρους, *teſte Philone*, ἱππασίμους, ἱπποκρότους, teſte Pindaro, nec non ἁμαξίτους, & δημοσίας: *teſte* Eunapio Sardia: Romani *prætorias & conſulares, d. §. viarum.* Item *militares.* Columell. Sueton. *in Aug.* Noſtrates Land vnd Heerſtraſſe / interdum etiam, ut intelligantur eſſe regiæ, Keyſer ſtraſſe / aut deß heiligen Römiſchen Reichs ſtraſſe / ſicut & Hiſpani dicunt, *camino real.*

β. Pertinent ad regalia

Collocantur enim inter publica bona, *c. inter publ. de Verb. ſignif.* & regalia, *c. un. quæ ſint regal.* continentque non ſolum juriſdictionem aut refectionem earum, Vult. *lib. 1. de feud. c. 1. n. 7.* quæ onus potius fuerit, quam jus quoddam fiſcale, ſed Univerſum jus, univerſos reditus, qui ex viis publicis dependent, ſicut fluminum regale explicat Radevvicus: *Omnis*, inquit, *utilitas ex decurſu fluminum proveniens.* Ideoque errat Accurſius, quando *in d. § viam publicam, in verb. habuit* quarumlibet civitatum ſcribit eſſe vias publicas, & *in §. 1. ejusdem l. 2.* quod ibi dicitur *lege concedi, ut aliquid fiat in loco publico*, legem interpretatur municipalem. Nam *in c. un. quæ ſint regal.* ſolis iis aſſignantur viæ publicæ, qui habent regalia, ſive primariò, ſive per conceſſionem; idque de conſuetudine obſervari teſtatur Sixtin. *de Regal. c. 4 num. 18.* Quin etiam jure Romano ea propriè publica vocantur, quæ ſunt populi Romani, *l. bona civit. juncta, l. ſeq. de verb ſignif. l. uſucapio 9.* & ibi Cujacius *de uſucap. l. 3. § ſi in loc. de jur fiſcal. § theſauros, Inſt. de rer. diviſ.* cætera inſtar privatorum habentur. Cepoll *de ſervit. ruſt. præd. c. 3. n. 21.*

γ Vectigal in viis publicis.

Solus igitur princeps exigit vectigal in loco vel viâ publicâ: ſolus princeps cognoſcit de homicidio in via publicâ perpetrato, ſolus, inquam, aut cui ipſe regalia conceſſit, Beuſt. *in l. admonendi de jurejuran.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 21.* Borch *de Regal. n. 25.* Itemque ex hoc capite habet jus conducendi euntes & redeuntes per vias publicas ſui territorii, quod Germani vocant, die gleitliche Oberkeit / partemq; jurisdictionis ſeu territorii eſſet docet Weſenbec. *conſ. 3. n. 3. & 19.* ex Alexandr. & Schurff. qui tamen de alio jure loqui videntur.

δ Securitas præſtanda.

Quod enim ſecuritatem viis publicis præſtare debeat princeps, extra controverſiam eſt. *Publicè enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari,* ut ait Ulpian. *l. 1. §. 1. de his qui effud. vel dejec. & congruit bono & gravi præſidi, curare, ut pacata atq; quieta provincia ſit, quam regit. l. congruit in pr. l. præſes 3. in fin. de off. præſid l. 1. §. quies 12. de off. præt. urb. c. dominus, verſ. juſta a. bella 23 q. 2. c. adminiſtratores 23. q. 5. §. ſi quis n. Novell. 86.* Quin etiam ad reſtitutionem damni per publicas vias illati, teneri eum, qui iſtuc loci præſi- *Damna data in viis*

Digitized by Google

publicis principi reſtituenda.

dens, vias tutas præſtare debuerat, non ſine ratione concludunt Dd. modò à viâ publica non fuerit deviatum, Bart. *in l. cum proponas C. de naut. fœn. in l. ne quid de incend. ruin.* Bald. *in c. 1. § Marchio de his qui feud. dar. poſſ.* Zaſ. *conſ. 14. num. 8. 9. 10. lib. 1.* Odofr. *Auth. habita C. ne filius pro Patre.* Hoſtienſ. *in ſumm. de Cenſ. §* ex quibus Florian. *in l. 1. § ſumma, de his qui dejec.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. c. 3. q. 25. in fin. num. 50.* Gail. 2. *obſ. 64.* Beuſt. *ad rubr. de jurejur. num. 183.* Coler. *de proceſſ. exec. part. 1. c. 2. num. 269.* Waremund ab Erenb: *de ſubſid. regn. & oner. ſubdit. c. 5. num. 35.* Wurmbſer. *tit. ult. pract. obſ. 6.* Mynſing. 5. *Centur. obſ. 70.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 22.* Borch. *de Regal. num. 27. & ſeqq. & eſt tex: in Conſtit. 1559.* §. damit dann die Obrigket. *Auguſt. Vind.* quorum tamen plærique loquuntur in eo caſu, quando princeps vectigal vel guidagium, quod vocant, pro ſecuritate viæ præſtanda accipit. Heigius §. *flumina n. 15. Inſt. de rer. diviſ.* Alias diſſentit Bocerus *c. 2. num. 157. & ſeqq. quæ ſint regal.*

Curſus publici.

Sed unum hoc loco non eſt diſſimulandum, quod ex viarum publicarum jure fluit, poteſtas nimirum inſtituendi curſus publicos. Curſus publicos non dico cum Menoch. *arb. jud. lib. 2. Centur. 3. caſ. 229. num. 4.* Matth. Stephan. 2 *juriſdict. t. 1. m. 2. num. 101.* quos βερέδους, Procop. *li. 2. bell. Perſici*, hoc eſt veredos, Caſſiodor. *li. 4. & 5. variar.* à vehendis rhedis, *autore Feſto*, dici putant, *in tot. tit. de curſ. publ. li 12. C.* quique ſive ad tranſvectionem armorum, *l. ult C. de Fabricenſ. li. 11. l. curſum 22. C. de curſibus publicis li. 12.* ſive profectionem legatorum, *d. l. curſum*, ſive ob aliam utilitatem publicam, *l. maximar: C. de excuſat: mun. li. 10.* ſubditis imperantur, & ſub nomine angariarum continentur, verum equos publicos per vias publicas diſpoſitos, quos *poſtas* vulgò vocant, qui non tantum ſummam utilitatem præbent iter facientibus, literaſve alicubi mittentibus, ſed etiam non parvum vectigal fiſco inferunt, & præter omnes has utilitates etiam ad ſecuritatem Reip. plurimùm faciunt. Sicut enim Chabrias dicere ſolebat, *eos optimè ducum munere fungi, qui res hoſtium quàm maximè cognitas haberent:* Plut. *in Ap: ph:* ita multò magis optimus Reipubl. præſes dici meretur, qui quid in quoque ejus angulo geritur, exploratum habet, quâ de causâ Indorum Philoſophorum quidam Alexandrum admonebat, ut in medio regni ſedem ſibi eligeret, quod illic facilius & motus gliſcentes compeſcere, & quid ubique geratur, intelligere poſſit, Plut. *in Alex: M.* exemplo ſolis, de quo Claudianus:

Medium non deſerit unquam
Cæli Phœbus iter, radiis tamen omnia luſtrat.

Nulla autem alia via vel citius vel expeditius in omnium rerum notitiam

deveniet,

Digitized by Google

deveniet, quam per curſores iſtos per omnes vias diſpoſitos, quos in univerſas ſui regni provincias diſtribuerat Cyrus ad eam diſtantiam, quantum equus uno continuo tractu conficere poterat. *Ordinaverat quoq; quolibet loco quendam, qui tùm ad recipiendas literas allatas, tùm ad tradendum eas aliis idoneus eſſet, quiq; defatigatos equos & homines exciperet, ac recentes ſummitteret,* planè ut poſtæ hodiè in Italiâ & Gallia conſtitutæ ſunt. *Dixerunt quidam, curſores, hujuſmodi iter gruum volatu celerius conficere, quod ſi verè non dicitur, ſaltem hoc manifeſtum eſt, omnium pedeſtrium itinerum, quæ homines conficiant, hoc velociſſimum eſſe.* Xenoph. *lib. 2. Cyroped. ad fin.* *Apud Perſas*, ait Apulej. *lib. de mund. erant excurſores diurni & nocturni exploratores & nuncii, ſpecularum incenſores aſſidui. Tum horum per vices incenſæ faces, ex omnibus regni ſublimibus locis in uno die Imperatori ſignificabant, quod erat ſcito opus.* Simile quid de Gallis Cæſar: *lib. 7. bell. Gall.* *Vbi major atq; illuſtrior res incidit, clamore per agros regionesq; ſignificant, hunc excipiunt alii, & proximis tradunt, ut tunc accidit. Nam quæ Genabi oriente ſole erant geſta, ante primam confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita, quod ſpacium eſt millium paſſuum circiter CLX.* Non defuit etiam in hâc parte diligentia Romanorum, ſiquidem Liv. *in bell. contr. Antioch.* ſcribit *Sempronium Gracchum per diſpoſitos equos propè incredibili celeritate ab Amphiſſa tertio die Pellam perveniſſe*, cui conſonat omninò, quod Cæſar memorat, *lib. 3. bell. civil.* *Nuncios per diſpoſitos equos de victoriâ Cæſaris Meſſanam allatos*, aut quod Capitolinus *Maxim. nuncium mutatis animalibus cucurriſſe, ut cædem Maximi Romanis indicaret.* Auguſti de hâc re inſtitutum deſcribit. Sueton. *in Auguſt. c. 49.* *Quo celerius*, ait, *ac ſub manum annunciari cognoſciq; poſſet, quid in quaq; provincia gereretur: juvenes primo modicis intervallis per militares vias, de hinc vehicula diſpoſuit. Commodius id viſum eſt, ut qui à loco eodem perferrent literas, interrogari quoq; ſi quid res exigerent, poſſent.* Ex Indiis compertum eſt, viros per vias diſponi ſolitos, qui iter facientes humeris portarent, tantâ agilitate, ut medio curſu ſibi inſidentem ex ſuis humeris rejicere norint in alterius occurrentis, Mich. de Montaig. Liv 2. *des Eſſ. Chap 22.* nec minimum in eum finem ſubſiſtunt. Hos igitur curſores inſtituere ad regiam majeſtatem pertinet, ſicut in Angliâ & Galliâ regum autoritate introducti ſunt: in Germania ſumtibus ſuis cuidam generales poſtas per Belgium & Italiam conſtituere annitenti, Cæſar interdictum interpoſuit. *An. 1579.* & An 96. & 97. Magiſtro poſtarum officium ab Imperatore confirmatum eſt, reliquis privatis & civitatum curſoribus generali diplomate ſublatis Clapmar. *lib. 1 de arc. imper. c. 21.* Thom. Mich. *de Iurid. Rom. Imp. th 12.* Matth. Steph 2. *de Iurisd. c. 1. mem. 1. n. 112.* Ad viam igitur publicam hæc, & ſi quæ ſunt ſimilia jura pertinent.

2. *Flumina*

Sequuntur *in c. un. Quæ ſint regal. flumina* ſeu *omnis ex fluminibus proveniens utilitas, ut ait Radevvicus*. Duplicia autem flumina facit Ulpianus *l. 1. §. fluminum junct. §. ſeq. de flum. publica & privata*: & illa ex ſententia Caſſii & Celſi definit, *quæ ſint perennia*, ex quo relinquit intelligi, quid ſint privata nimirum quibus, dicente Iſidor. *lib. 14. Etymol. c. 21. Græci ab hyeme nomen dederunt, Romani ab æſtate: illi à tempore, quo ſuccreſcunt, hi à tempore, quo ſiccantur*. Quod enim Latinis torrens, Græcis dicitur χειμαῤῥος à χεῖμα & ῥέω. Itaque & Ulpianus torrentia opponit fluminibus publicis, *l. 1. §. Item fluminum de flumin.* & Juſtinianus omnia flumina vocat publica, quia ferè ſunt ἀένναα. *§. flum. Inſt. de rer. diviſ.* Torrentia enim non niſi conſuetudine vocari flumina, notat Feſtus, eamque conſuetudinem ſecutus Labeo torrentem nominat flumen, *l. in ſumma 2. §. Item Labeo de aq. & aq. pluv. arc.* & Ulpianus *hac l. § fluminum*; & Martianus *in l. nemo igitur in fin. de rer. diviſ.* non tàm abſolutè, ut Juſtinianus, omnia flumina publica facit, ſed *penè* omnia, quaſi privata excepta velit. Sunt igitur privata, quæ in hyeme currunt & non in æſtate, ut dicit Rofred. *in li. ſuis ſuper. interd. ne quis in flum. publ.* cujus rationem aſſignat Bart. *in tr. Tyberiad. col. 8. verſ. flumen*, quod *terra, quæ non perpetuò tecta eſt aquis, ex eo non deſinat eſſe privati poſſeſſoris, quod aliquando tegatur*. Atquè ita flumen publicum & privatum ex jure civili diſtinguitur, *per d. § Item fluminum & ſeqq. gl. in l. nemo in verb. flumina de rer. diviſ.* Bart. *d. tr. Tyber. & in l. quo minus n. 22. de flumin.* Bald. *in rubr. n. 5. de rer. diviſ.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. c. 31. n. 2. c. 38. n. 1.* Sixtin. *de Regal. c. 5.* Borch. *de regal. n. 30.* Georg. Mor. 1. *de jur. ven. c. 6. n. 4.*

3. *Flumina quæ privata, quæ publ.*

Uſus tamen hæc paulò aliter diſtinguit; ut ſicut viæ publicæ, ita & flumina denominentur non ſolum ex uſu communi, ſed etiam ex locis, per quæ fluunt, & ex quibus oriuntur. Zaſ. *in parat. de rer. diviſ. n. 13.* Mallevill. *in reg. aq. & ſylv. conſt. art. 89.* Weſenbec. *in §. flum. Inſt. de rer. diviſ.*

Hoc in loco verò inter regalia reponuntur non omnia flumina publica, ſed tantum majora, & quæ ita deſcripſit Imperator, *quod ſint navigabilia, vel ex quibus fiunt navigabilia*, imitatus Ictorum phraſes, *in l. Quo minus in fin. de flum. l. ſi autem 10. §. 2. in fin. de aq. & aq. pluv. arc.* Non ſolum enim hæc majorem defenſionem, ut tutum iter pateat navigiis, majoremque curam, ne vetitæ merces vel invehantur & vel evehantur, exigunt, ſed etiam locupletes reditus fiſco, citra damnum & injuriam ſubditorum, dependunt, qui non minima portio ſunt commodorum, quæ ex decurſu fluminum provenire ſcripſit Radevvicus. Neq; enim hanc explicationem, cum Bocer. *d. 2. n. 164. de regal.* propterea improbamus, quod eo modo flumina pertinerent ad jura fiſci & non majeſtatis, quia nihil certius eſt, quam & hæc & cætera hic explicanda non ad poteſtatem ſed fiſcum redigi: onus

verò

Digitized by Google

verò reficiendi flumina, quod ipſe ex Hottom. *ad c.un. quæ ſint regal.* pro regali agnoſcit, non magis pro jure majeſtatis haberi poteſt, quam munera & onera alia, quæ pro Reip. utilitate princeps ſubire tenetur quotidiè. Regalia autem, cum debeant laborum onerumq; ſolatia eſſe, ex oneribus ipſis conſtitui nequeunt.

Portuum planè eadem eſt ratio, imò tantò magis in bonis regiis numerari debent, quanto majoribus, ſive ad muniendum, ſive ad defendendum ſumtibus indigent, quantoquè facilius cum navibus onerariis claſſis hoſtilis una ſubire, aut alia non admittenda mercimonia, unâ ſubvehi poſſunt. Nihil autem refert ſive per portum intelligamus vectigal, quod in portu vel pro tranſitu per pontem ſolvitur cum Hern. *num.9.* Alvarot. *n.2.* Afflict. *in Verb. portus num.1. c.un. quæ ſint reg.* Vultej. *li.1. feud. c.5. num.7. verſ. portus.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. c.28. n.2.* Cujac. *in d. c. un verb. portus ripatica,* & ibi Hottom. Item cum Jacobo Spigelio *ad lib. 8. Gunth.* quando regalia illic propoſita enumerando, non portus ponit, ſed *portoria*, quorum fit mentio inter vectigalia, quæ Nero abrogare volebat, *apud* Tac.13. & ſunt nihil aliud, quam vectigalia ex portubus, ſicut *ſcripturæ ex paſcuis: Decimæ ex arationibus*, prout notat Turneb. *ad Varr. & lib.1. adver. c.5.* ex illo Ciceronis *pro Manil. Neque ex portu, neq; ex Decumis, neq; ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt.* Ita quod Tacit. *d. li.13. quadrageſimam quinquageſimamque* vocat, Symmach. *lib.5. Epiſt.* vocat *quadrageſimæ quinquageſimæq; portorium vel vectigal. Quadrageſimæ portorium*, ait, *non rectè poſcitur à ſenatoribus.* Item, *Quæſtores ordinis noſtri nunquam ferarum ſuarum portorium contulerunt. Nunc à fratre meo Cynegio V.C. quinquageſima vectigal exigitur.* Nec deeſt portoriorũ mentio in jur. Rom. *l. cum in plures, §. penult. ff. locat. cond. l. 3. C. de vectigal. comm.* quorum exactores Plautus vocat *portitores, in Aſinar. act. 1. ſc. 2.* verſus eſt: 3. Portus.

Ego pol iſtum portitorem privabo portorio: & Cic. *lib.1. off. ad fin.* inter ſordidos quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ponit portitores unà cum fœneratoribus. Nihil autem refert, ſive hæc intelligamus portoria ſive portus ipſos, quos deſcribit, Ulpianus *locos concluſos, quò importantur merces atq; exportantur. l. portus* ibi Godd. *num. 2. de verb. ſignif.* Nam etiam hos eodem loco habent leges cum fluminibus, *l. nemo in fin. de rer. diviſ. §. flum. Inſt. de rer. diviſ.* interque publica reponunt, *l. littora in fin. ne quid in loc. publ. l.1. in ultimis verbis prætoris §. Non autem §. ſtationem, de fluminibus, l. ad portus C. de oper. publ.* Bald. *num.1. ſint rega.* Cepoll. *de ſerv. ruſt. præd. c.28. n.2. verſ.* Hodie verò Borch. *de Regal. n.38.* Roſenth. *concl.31. in pr* Georg. Tholoſ. *lib.3. ſyntagm part.1. c.14. n.7.* Sixtin. *de Regal. c.6. n.6.* Obrecht. *de Regal. n.301. 453.* quos Bocer. *c.3. n.131. de regal. fiſc.* tali ratione refutat, quæ ſeipſam implicet contradictioni. Quia enim portus, perinde ut flumina, publici ſunt,

 idcircò

Digitized by Google

idcircò ad regalia referri debent, perinde ut vectigalia nomine portuum imperata. *l. inter public.*, §. *1. de Verb. ſignif.*

4. *Fodinæ & ſalinæ.* *Metallorum* vero *fodinas*, multoque magis *ſalinas* è numero regalium eſſe, quam plurimi negant. Fodinas autem iſtas intelligimus nomine argentariarum, quarum fit mentio *in c. un. Quæ ſint regal.* quasque alii explicant per jus conſtituendi *menſas argentarias*, quarum *officium & miniſterium publicam habere cauſam* dicit Cajus *l. argentarius* §. *ideo de Edend.* § *Exiſtimamus, Edict. Iuſtin.* 7.

α. *Quid argentariæ.* Et quanquam Sixtin. *de Regal. cap.* 6. Obrecht *de Regal. num.* 208. hanc interpretationem putent repugnare Etymologiæ vocis: tamen Præpoſ. *in cap.* 1. *in verb. argentar. quæ ſint regal.* negant textum iſta explicatione violari. Si enim argentarii & menſæ argentariæ rectè dicuntur Plaut. *in Aſinar. act.* 1. *ſc.* 1. *in fin.* & ibi notant Lambin. & Taubman. ex Cujac. *ad l. ſi unus in verb. alium de pact l. prætor ait* 4. *l. argentarius* 10. *de Edend. lib. ſi unus in pr. de pact. l.* 1. *C de excuſat. artif. Novell.* 136. quid obſtat, quo minus etiam ars & tota officii eius facultas, abſoluto nomine argentariæ comprehendi poſſit. Cujac. *lib.* 10. *obſ. cap.* 14. Hottom. *in Ver. argentar.* Verum alia obſtat ratio, quare iſtas argentarias inter regalia non acceptemus, quod nec legibus ſtatutum, nec conſuetudine receptum ſit, ut argentarii, menſularii collybiſtæ, & ſi qui plures ſunt eius farinæ homines, ſolius principis ſint:

β. *Fodinæ privatæ.* ideoque in receptiorem ſententiam recedimus, per argentarias accipi *argenti fodinas*, quæ vulgari conſuetudine ferè ad bona principum tranſierunt, licet de jure ſecus eſſe videatur, ſiquidem auri, argenti & aliorum metallorum fodinæ, ut & ſalinæ, inter privatas poſſeſſiones ſæpè referuntur, *l. divortio* §. 13. 14. *Solut. matrim l.* 3 *in fin. junct.* 2 *ll. ſeqq. de reb. cor. qui ſub tutel. vel cur. l. item ſi. fund.* 9. §. *ſed ſi hæc metalla, l. ſi cujus rei* 13. §. 5. *de uſufr. & quemadm. l. generalis* §. *uxori de uſufr. leg. l forma.* § *ſalinæ. ff. de cenſibus.* Bocer. *cap.* 3. *num.* 165. *& ſeq de reg.* Chopi. *de doma num* 1. *cap. ult. num.* 12. Cujac. *lib.* 15. *obſervat.* 21. & Tiberius *publicatis Sex. Marii bonis aurarias illius ſibimet ſepoſuiſſe* ſcribitur à Tacit. 6. *Ann* Niciam teſtatur Plutarch. *in Nic. in pr.* ex privatis fodinis, quas per ſervos ſuos colebat, magnam vim divitiarum collegiſſe. Civitates, quæ loco privatorum erant apud Rom. jus metallorum habuiſſe, ex eo colligere eſt, quod Tiberius plurimis earum, ut & privatis hominibus jus metallorum ac vectigalium ademerit, Sueton. *in Tiber. cap.* 49. ſicut & Thaſii, quanquam Dario ſubjecti, ex metallis tamen ſuis proventus privatos habebant usque ad ducenta millia: Herodot. *lib.* 6. & de conſuetudine Saxoniæ notoria nobiles aliique privati viliorum metallorum fodinas in ſuis agris ſine decimarum, aliorumve Canonum onere ſecurè excolere poſſunt. Rauchbart. *quæſtio* 22. *numer.* 4. *lib.* 1. *qq. jur.* Reinhard. *diff. r.* 144. *juris Civ. & Saxon.* Knichen. *ad privileg. Saxon. verb.* Bergwerck.

Cum

Digitized by Google

Cum enim metalla ſint fructus agrorum, *d. §. ſed ſi hæc de uſufr. cum ſimil.* iniquum eſt poſſeſſoribus rerum ſuarum fructum auferre, *l. venditor §. ſi conſtat. in fin. comm. præd.* & ſicut prædia ſupra terram libera ſunt domino usque ad cœlum: *l. 1. in fin. pr. l. altius ædificium 24. de ſervit. urb. præd. l. ult. §. Si quis projectum. Quod vi aut clam, l. altius. C. de ſervit. & aq. §. cum in ſuo inſt. de rer. diviſ.* Bernh. Walter. *lib. 1. Miſcel. jur c. 4.* Ludovv. Vital. *lib. 2. var. lect. c. 7. num. 6.* ita libera debent eſſe usque ad profundum. *l. un. C. de theſaur. libr. 10.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. c. 22. n. 4.*

Proinde Jacobin. *de feud. in Ver. cum argenti fodinis.* Laudenſ. *in cap. un. num. 2. quæ ſint regal.* Obrecht *de Regal. num. 210.* argentifodinas non aliter inter regalia reponenda putant, quam ſin in locis publicis inveniantur, quod tamen minimè probandum eſt, quia tum non conſtituerent jus quoddam à viis publicis locisvè diſtinctum, ſiquidem in iis inventa eodem jure pertinent ad Rempublic ejusque caput majeſtatem, quoad privatos pertinent, quæ in privatis reperiuntur Alvarott. *cap. un. quæ ſunt regal. num 6.* *Fodina in locis publicis.*

Ideoque alii eas ad regalia redigunt, quatenus ex metallis effoſſis certa portio fiſco principis infertur, *l. 1. 2. & 3. C. de metall. lib. 11.* de qua accipimus, vectigal metallorum, cujus meminit Ulpianus. *in l. inter publ. in fin. C. de Verb. ſignif.* Nam ſi vectigal illud intelligeremus, quod pro emtione & venditione metallorum ſolvitur, ut interpretatur Brechæus *ad d. l. inter publica num 40.* incurremus abſurdum hoc, quod Imperator eandem rem bis diverſis nominibus poſuerit, cum rerum venalium numero etiam metalla comprehendi certum ſit. In eundem errorem à ſe reprobatum incidit Goddæ: *ad d. l. inter publ. num. 8.* dum vectigal ſalinarium, cujus ibi ſit mentio, ait eſſe, quod Ancus Martius imperavit in ore Tiberius ad Hoſtiam urbem, Plin. *lib. 31. cap. 7.* aut cujus meminit Liv. *li. 2.* quodve Salinator ex ſalinaria annona ſtatuit, Liv. *libr. 29.* quanquam de eo Livius ita loquatur, ut ſimul comprehendat precium à conductoribus ſalinarum exigi ſolitum, quod nomine vectigalis Ictum innuere *in d. l. inter publ. & in l. liber homo §. 1. de hæred. inſtit. l. ſi quis ſine 11. C. de vectigal. & com.* rectè opinatur Cujac. *lib. 3. obſerv. 31.* Vectigal enim pro diſtrahendo ſale imperatum, ſub rerum venalium vectigali continetur, tum *in d. l. inter publ. tum in cap. un. quæ ſint regal.* ubi ſalinarum reditus, tanquam diſtinctum à vectigalibus jus, numerantur. Et hoc, quod pro metallis debetur, intelligit Mecænas, quando ajt: *Eorum quoque, quæ ex metallicis fodinis inferuntur, ineunda ratio eſt.* Dion *lib. 52.* Imperatores vocant *canonem, lib. 2. C. de metall. lib. 11.* qui pro ratione locorum variatus nunc decimæ nunc quartæ decimæ, nunc octavæ nomē habet, *l. 1. l. 2. l. 3. l. 5.* & ibi Cuj *ad d. 1. C. de metall.* Hujus igitur Canonis nomi- *Vectigal metallorũ.* *Canon. metallicus.*

nomine fodinas inter regalia referri communis eſt opinio, Afflict. *in verb. argentar. n.* 1. Alvarott. *n.* 6. Boſſ. *tit. de metall. n.* 1. 2. & 3. Goden. *conſ.* 2. *num.* 2. *conſ.* 3. *n.* 8. Sixtin. *de Regal. c.* 18. *num.* 34. Ferrar. *de feud. lib.* 5. *c.* 7. Roſenth. *c.* 5. *concl.* 88. *n.* 7. Borch. *de Regal. n.* 87. Göddæ. *ad l. inter publ. n.* 8. & *ibi gl. in Ver. & metallorum de Verb. ſignif.* Peregr. *de jur. fiſc. tit.* 2. *n.* 11. *lib.* 4. Obrecht *de Regal. n.* 216. Zaſ. *conſ.* 16. *n.* 69. *lib.* 2. Schneidvv. *de feud part.* 2. *n.* 104. Heig. *lib.* 1. *q.* 13. *n.* 29. Bocer. *c.* 3. *n.* 166. *de regal. fiſci.* Mynſing. *reſp.* 39. *n.* 11. Roſenth. *c.* 5. *concl.* 85. Chaſſan. *conſ Burg. rubr.* 1. § 1. *verſ Eſpaves. n.* 14. Facit, quod in *c. un. quæ ſint regal.* non tàm ſalinæ ipſæ, quàm ſalinarum reditus regalibus aſſcribuntur. Salinarum verò & fodinarum idem jus eſt, *l.* 1. *in princ. ff. quod cujusque Univerſ. nom. l. magis puto de reb eor. qui ſub tut. l. ſunt & hi de publ. & vectig.* eoque jure utuntur Ungari, qui venis auri abundant, prout meminit Bonfin. *decad.* 4. *li.* 7. & reperitur inter conſtitutiones Matthiæ regis *in decret.* 5. *art.* 56. *ann.* 1486. *Quod ſi aliquæ mineræ auri & argenti, ſalis, vel aliæ fodinæ in poſſeſſionibus nobilium vel aliorum poſſeſſionatorum, temporum proceſſu reperientur, absq; debita competenti recompenſa per regiam majeſtatem non auferantur: ſed ſi illas majeſtas ſua habere voluerit, pro poſſeſſionibus illis, in quibus hujusmodi mineræ habebuntur, alias æquè utiles ac fructuoſas dare debebit, alioquin tantummodo jus regale ſeu Vrburas* (ſic vocari olim ſolitas decimas à mineris exactas docet Sambuc. *in tit. de Vrbur. ex vetuſto Codice) ad fiſcum pertinentes percipi faciat, & poſſeſſiones ipſas ſimul cum omnibus ſuis utilitatibus, proventibus & jurib. iisdem Nobilib. pacificè poſſidendas relinquat.* Ante hoc tempus Amurathes Turcarum Imperator, inter pacis conditiones Uladislao oblatas, pertinaciter niſus eſt ſibi retinere argentifodinas, quæ ſunt in Servia. Sed Uladislaus eas ſuis Dominis reſtitui curavit. Bonfin. *dec.* 3. *li.* 6.

7. *Omnis generis fodinæ huc pertinent.* Comprehendit autem in hoc edicto non tantum argenti vel auri fodinas, quas Weſenbec. *conſ.* 00. *n.* 30. ſolas nomine argentariarum intelligit, ſed quaſcunque quorumcunque metallorum & foſſilium, usque ad vitriolum & alumen, Afflict. *d. ver. argentar. n.* 10. Mynſing. *reſp.* 37. *n.* 7. *cum ſeqq.* Peregr. *de jur. fiſc. li.* 4. *t.* 2. *n.* 13. Knichen. *ad privil. Saxon. verb.* Bergwerck/ *pag.* 134. & lapides, *l. cunctis, l. quoſdam, C. de metal. li.* 11. & ſalem, *l. inter publ. de verb. ſign.* Schneidevv. *de feud. par.* 2. *n.* 108. Knichen. *d. lo. t. de Salinis* Heig. *li.* 1. *q.* 14. *n.* 25. *per §. in præſenti conſtit. in aur. bull. Carol. IV.* & picem ipſam, quandoquidem ejus fodinas dari Plinius teſtatur, *li.* 16. *c.* 12. ex quo explicat Cujac. lectionem Florentinam *in l. inter publ. de verb ſign.* Dum enim alii legunt piſcariarum, ipſa habet picariarum vectigal, ad quam lectionem idem corrigit, *c. un. quæ ſint regal.* & pro *piſcationum* ſubſtituit *picariarum* reditus, ratione certè non ſatis probabili, cum picariæ fodinæ licet darentur, tamē continerentur ſub generali argentariarum titulo. Quin etiam picariarum vectigal interpretatur Goddæ. *ad l. inter publ. de verb. ſign. num.* 12. precium,

quo

Digitized by Google

quo ſylvæ picem fundentes conduci ſolebant ex Cicer. *Bruto*, ſed tum pertinet ad tertium genus jurium fiſci, ut infra dicemus: hoc enim capite comprehendimus metallorum fodinas, easque omnis generis, quandoquidem in genere metallorum vectigal, *d. l. inter publ.* & ex omnibus fodinis debita portio, fiſco vendicatur, *d. tit. C. de metall.* ſicut etiam Carolus IV. *in aur. bull. § præſenti conſtitutione*, regi Bohemiæ & reliquis Electoribus hoc jus attribuens, id ita explicat: *Univerſas auri & argenti fodinas atque mineras, ſtanni, cupri, ferri, plumbi & alterius cujuscunq; generis metalli, ac etiam ſalis tàm inventas, quàm inveniendas, in poſterum in regno prædicto, ac terris & pertinentiis, eidem regno ſubjectis, nec non in principatibus, terris, dominiis & pertinentiis ſuis tenere juſtè poſſunt & legitimè poſſidere cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto*, &c. quibus conſonat jus Saxonicum *in art. 35.* Landrecht. *lib. 1.* ſi interprete Electore Saxon. *Conſt. Nov. par. 2. cap. ult.* per *theſauros omnes* intelligamus *omnes metallarias & ærarias fodinas.* Rauchbar. *q. 22. n. 4. & 9. lib. 2. qq. Iur. civil. & Saxon.* & Reinhard. *diff. jur. civil. & Sax. diff. 144.* Et quanquam ſolis Electoribus hoc regale attribuitur, tamen ut & cæterâ, in eâdem aurea bulla iisdem aſſignata, ad reliquos quoque Imperii principes conſuetudine extenſum eſt, quandoquidem hi ſumma regalia non minus quam Electores obtinuerunt. In Gallia ſolus Rex non tantum vectigal ſalinarium, ſed ipſas ſalinas ſui juris habet. Cujac. *lib. 3. obſ. c. 31. in pr.* & ex eo Sixtin. *de Regal. c. 21. n. 2.* In Polonia, ubi ſal lapideus effoditur in agro Cracovienſi propè Bochniam & Wielitzkam, ſub Boleslao duce primum quæri cœptus Munſter. *lib. 4. Coſmograph. c. 60.* qui nusquam alibi compertus eſt reperiri, quid juris conſuetudine ſit receptum, conſulantur ſtatuta Polo.

Atque hæc omnia ex conſuetudine cujusque loci & regionis dijudicanda ſunt, prout monent ipſi Imperatores, in Canone metallico loci conſuetudinem retinendam, *l. 2. C. de metall. lib. 11. l. venditor § ſi conſtat verſ. niſi talis conſuetudo Com. prædior.* Doctoresque communiter annotant, *ad d. cap. quæ ſint regal.* Boſſ. *tit. de metall. n. 7.* Goden. *conſ. 1. n. 1. & ſeqq. de aur. & arg. fodinis* Alvarott. Iſern. *in c. un. quæ ſint regal.* & ibi Afflict. *nu. 1.* Tarinac. *prax. crim. q. 104. inſpect. 2. n. 65.* Conſuetudinem vero detraxiſſe juri communi multi teſtantur, ſicut jam olim Tiberium civitatibus & privatis jus metallorum & vectigalium abſtuliſſe diximus; Sueton. *in Tiber. cap. 49.* & de ſuâ ætate Iſern. *in d. c. un. in verb. argentariæ* teſtatur, quod jus effodiendi metalla in terris Imperii ſpectaverit ad principem, cujus ratio aliqua aſſignari poteſt. 5. *Conſuetudinis vis in jure Metallico.*

Nam metallorum & his ſimilium uſus publicus eſt, ita, ut eorum effoſſio & ad lucem productio, nullo modo impediri debeat. *l. venditor §. ſi conſtat comm. præd.* Cepoll. *de ſervit. ruſt. præd. nu. 4. c. 22.* Requiruntur verò ad eam rem impenſæ tàm amplæ, tamque magni ſumtus, ut privatus iis ſuffi- 6. *Cur fodinas ad principes tranſierint.*

 cere

Digitized by Google

cere non poſſit, & quidem plures vidi ex ditiſſimis pauperrimos factos, quod vanâ ſpe aut naturali quâdam cupiditate illecti, qua, ut Ovid. ait.

Itur in viſcera terræ,

Effodiuntur opes irritamenta malorum, totam ſuam ſubſtantiam in fodinas profunderent, noſtra verò memoria aliquem inde ditem factum, Cornelius Agrip. *de Van. ſcient. c. 29. in fin.* nec fando accepi, nec ipſemet vidi, quanquam multas multarum regionum fodinas perluſtrarim. Sæpius oſtenſa mihi ſunt duo vel tria exempla quorundam, qui rem inde fecerunt, quæ ad parietes depicta appendere ſolent fodinarum præſides, ut plures ad impenſas faciendas illectent. Sed illis repoſui, quod Philoſophorum quidam, cum tabulas votivas eorum, qui ope Deorum ex naufragio erepti erant, in templo conſpicaretur, reſpondebat: *atqui ſi eorum quoq; appenſa eſſent nomina, qui fruſtrà invocato nomine Deorum perierunt, numerum viſuri eſſetis multo majorem.* Ideoque deficientibus impenſis, operisque ſæpè conciderent fodinæ, aut ſaltem negligentius colerentur, quam publica neceſſitas exigeret, cui rei ut proſpiceretur, quod à privatis præſtari non potuit, publicis operis recompenſandum putarunt. Nam eâdem de causâ, ſi Dominus ipſe neglexerit in fundo ſuo metalla lapidesque majores diligenter quærere, princeps permittere poteſt alteri, ut ea quærat, & in publicum uſum extrahat, quod ita communiter obſervatur & à Paul. Caſtrenſ. *in l. divortio §. ſi vir in fund. ff. ſolut. matr.* docetur, quem reliqui ſequuntur, *per l. cuncti & ibi gl. in verb. fiſco, l. quoſdam & ibi gl. C. de metal. lib. 11.* Cepoll. *in l. inter publica in pr. de verb. ſign. & de ſervit ruſt. præd. c. 22. n. 4.* Boſſ. *tit. de metall. n. 1.* Farinac. *prax. crim. q. 104. inſpect. 2. n. 50.* Peregr. *in tr. de jur. fiſc. tit. 2. de theſauro & metall. n. 14. li. 4.* Roſenthal. *de feud. c. 5. concl. 90. n. 1. & 2.* Quod enim hâc in parte iniquum videtur eſſe, publicâ utilitate recompenſatur, & multanda etiam erat negligentia ejus, qui cum potuiſſet ſine damno, vel certè ſine magnâ jactura in commune prodeſſe, id facere recuſavit. Sic enim olim & agricultores puniebantur & agris à ſe deſertis privabantur. *l. quicunque 8. C. de omni agro deſ. lib. 11.* Menoch. *de recup. rem. 13. n. 76. & ſeq.* Si verò notabile aliquod damnum ſuperficiei, aut ędificiis fundi ex metallorum effoſſione immineret, juſtâ recompenſatione reſtitui deberet, *l. quoſdam, C. de metalla: lib. 11. l. venditor §. ſi conſtat. comm. præd.* quia nec princeps ipſe ſine causâ aliorum bonis detrimentum inferre poteſt, *ut dicit gl.* & Johan. de Platea *ad d. l. quoſdam*, & ſi quæ conſuetudo contrarium induxiſſet, eam Afflict. *in d. c. un. in verb. argentaria n. 10.* non conſuetudinem, ſed corruptelam contra jus naturale & gentium dicendam putat, ex quo factum, ut Domino fundi decimæ perinde, ut fiſco ſolvi ſoleant. *l. cuncta*, & ibi Luc. *de* Pen. *in ſum. & in pr. n. 1. C. de metall. li. 11.*

Deniq;

Digitized by Google

Deniq; ad hanc claſſem bonorum publicorum pertinent *publica palatia in civitatibus conſuetis.* quæ Borch. *in explic. c. un quæ ſint regal* præterit, Roſenth. *c. 5. concl. 88.* cum argentariis conjunxit, uterque malè, cum & diſtinctum à cæteris regale conſtituant, & non parvam habitandi commoditatem principibus præſtent. *Magna* enim *ab univerſis ſecreta debentur imperio,* ut ajunt Imperatores *l. quicunq; 17. C. de oper. publ.* & Auguſto inter cætera decretum fuit, *ut in publico habitaret.* Dion *49.* quas *ſibi conſecratas ædes* Imperatores vocant, *inclyta palatia, l. un. C. de palat. & domus Dominicas, ibid. in rubr. Item, ſanctiſſima palatia, l. Nulli judicum, C. de off. rect. prov.* privatorumque uſibus & occupationibus prorſus eximunt, quaſi ſolis principibus deſtinata, aut quibus ipſis placuerit ea incolenda concedere. *d. l. quicunq; d. l. un. de palat. & dom. C. fin. de off. rect. prov. C.* Imperatores Germani ad eas habitationes conſuetas ſibi urbes elegerunt, quas à palatiis nominant Pfaltzſtädte / quaſi diceres urbes Palatinas, inter quas reponi Goslariam ſupra diximus unâ cum pluribus aliis. Caſtrum quoque Noribergenſe pro palatio habendum putat Sixtin. *de Regal. c. 19. num. 13.* Bocer. *c. 2 n. 162. de generib. regal.* inprimis cum *Norimbergenſe oppidum regalem ſeu primam curiam* nominet Carolus IV. ex traditionibus antiquorum, à tempore, cujus non extat memoria. *in aur. bull. §. penult. verſ. non liceat. a.* Atque hæc eſt prima claſſis jurium fiſci. 5. *Palatia.*

CAP. VI.

DE BONIS, QUAE INDIGNIS AUFERUNTUR, AUT NULLIUS ESSE REPERIUNTUR, UBI multa de crimine Majeſtatis.

SUMMARIA.

1. *Diſtinguitur inter bona indignis ablata & caduca.*
2. *Perduellio prima cauſa eſt, quampropter vel civibus, vel integris nationibus & civitatibus bona auferuntur, ubi de ſpoliis bellicis, cui cedant.*
3. *Quid ſit crimen maieſtatis, & erga quos committatur.*
4. *In quam minimis rebus Imperatorum plurimi maieſtatem ſuam lædi putaverint.*
5. *Verum convitia in principem pro crimine maieſtatis habenda.*
6. *Quomodo in crimine maieſtatis puniatur conatus.*
7. *Diſtinguuntur crimina maieſtatis, quia non omnia aq; rigorosè aut enormiter puniuntur.*
8. *Vtrum pœna poſſit extendi ad poſteros & amicos.*
9. *Quare in crimine maieſtatis damnetur memoria rei.*
10. *Peculiares rigores contra perduelles.*
11. *Inter perduellionis crimina, quodnam ſit maximè rigorosè plectendum.*

 12. *Cri-*

12. *Crimen maieſtatis non committitur niſi a ſubdito.*
13. *Ex perduellionis condemnatis fiſcus lucratur bona, an à puncto commiſſi ſceleris vel latæ ſententia.*
14. *Vtrum maieſtatis divina crimen confiſcationem bonorum ſecum trahat.*
15. *An & cur deportatorum bona confiſcanda.*
16. *Damnatur lex Anglorum & Gallorum, quæ quocunq; de crimine ad mortem damnatorum bona confiſcantur.*
17. *Ex quibus criminibus bona damnatorum inferantur fiſco.*
18. *Vtrum bona vacantia ſint ex ordine Regalium.*
19. *Vtrum per naufragium perdita cadant in fiſcum.*
20. *Vtrum bona peregrinorum morientium, hæredibus abjudicari & in fiſcum deferri jure poſſint.*
21. *Quid ſit theſaurus.*
22. *Theſaurum pertinere ad inventorem.*
23. *Contraria conſuetudo redigit theſauros in fiſcum.*
24. *Quid in hac re æquius ſit & boni principis ſequendum.*

1. *Quæ bona caduca.* SEcunda claſſis conſiſtit ex bonis, quæ vel auferuntur aliis ob delictum, vel in nullius habentur dominio. ICti vocant alia *caduca*, alia *ereptitia*. Nam vocabulum *caducum, caducarium ſeu cadens* duas habet ſignificationes, amplam & ſtrictã, & primo modo ſignificat omnia, quæ quacunq; de cauſa in fiſcum cadunt, ſicut Cic. *Phil.10. caducas* vocat *hæreditates*, quæcunq; ad Antonium devolverentur, & *de Orator. caducas vacuasq; poſſeſſiones*, quæ aliquorum eſſe deſierunt, cujus imitatione loqui videntur Theodoſ. & Valent. *l.fin.C de bon. vacan.li.10.* quando *vacans cadensq; patrimonium* dicunt, & in hâc generali ſignificatione caducorum bonorum & hæreditatum fit mentio *in l.cum fiſco caduca 9. ad SC. Syllan. l.ſi quis dolo §.2. ſi quis aliq. teſtam. prohib. l. proximè in pr. de his quæ in teſtam. del.* nec aliter accipit Ulpianus *in fragm.Inſt.tit.28. verſ.Inteſtati*, quando ait: *Si nemo ſit, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit, aut ſi quidem, ſed jus ſuum omiſerit, populo bona deferuntur ex l. Iulia caducaria*: ſtrictè verò caducum definitur eidem Ulpiano *tit.17.in*

Quæ ereptitia. *pr. quod quis ſibi teſtamento relictum, ita ut jure civili capere poſſit, aliqua ex cauſa non cepit, veluti quod cecidit ab eo, V.g. ſi cælibi vel latino Iuniano legatum fuerit: nec intra dies centum vel cælebs legi paruerit, nec Latinus jus Quiritium conſecutus ſit, &c.* Huic opponit Ulpianus *tit.19.Verſ.lege nobis adquiritur*, *Ereptitium*, quod à caduco differt in eo, quod caducum antevertatur, antequã in poſſeſſionem alicujus veniat: Ereptitium verò auferatur ex jam poſſeſſis, *arg.l.cum tacitum 49.in fi.de jur.fiſc.* ubi & Paulus *eripiendi* verbo utitur. Anton. Contius *li.1.diſp.12.*

2. Plurimis autem ex cauſis bona ſua aliquibus eripiuntur, quarum potiſſimas hoc loco examinare oportet. Cum verò nullum ſit crimen gravius, quam perduellionis, qui ſe hujus alligavit, meritò bona ſua omnia perdit, cum æquum ſit in eo aliquem puniri, in quo peccavit, §. *10. verſ. Si qui*

Digitized by Google

qui autem contra in Conſt. Frider. de libert. Eccleſ. vitamque & poſſeſſiones amittere, qui vitam & bona omnia aliis ereptum ivit. Perduellis antiquitus vocabatur, *qui nunc hoſtis, id eſt, cum quo populo Romano bellum eſſet,* ut ait Cajus *l.234. in pr. de verb. ſignif.* aut, *qui hoſtili animo adverſus Rempubl. vel principem animatus eſſet,* ut Ulpianus. *l. is qui in reatu ad l. Iul. majeſt.* Teſtis Feſtus: *li.8. de Verb. ſign.* dum ait: *Hoſtis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hoſtis, perduellis.* Item Varro *li.6. de ling. lat. Hoſtis verbo olim ſignificabant peregrinum, qui ſuis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem.* Itē Cic. *li.1. off. Equidē illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiā rei mitigāte.* Dicitur n. perduellū à *Duello*, quod veterib. ſignificabat bellū; ſicut & *Duellona Bellonam.* Rævard. *ad ll.12. tabul.* Briſſon: & Hottom: *in Lexic. in Ver. perduell.* Godd. *de verb. ſign. ad l. hoſtes. 118. n:2.* Atque ſic in genere perduellio comprehendit etiam hoſtes externos, quibus de jure gentium illa infligitur pœna, ut ipſi cum omnibus ſuis facultatibus recidant in manus & arbitrium victoris, *in l. naturalem §. ult. de acquir. rer. dom. cum ſimil.* niſi æquitas, innocentia, & multitudo delinquentium diverſum ſuadeat, *ut alibi diximus.* Victoria autem ejusq; fructus ad illum pertinet, cujus auſpicio bellum indictum, cujusq; ſumtu geſtum eſt, hoc eſt, ad majeſtatem, quæ militibus & cæteris civibus inde præmia diſtribuit *c. jus militare in fin. & ibi gl. in verb. principis portio diſt.1. gl. in c. dicat in verb. omnia 23. q.5. Cum enim Abraham diceret ad Regem Sodomorum* (verba ſunt Ambroſ. *li.1. de Patriarch. c.3.*) *Nihil ſumam abs te, Gen.14. docuit militarem diſciplinam, ut regi ſervarentur omnia. Sanè his, qui ſecum fuiſſent in adjumentum fortaſſè ſociati, partem emolumenti tribuendam aſſerit, tanquam mercedem laboris.* Romanis lex erat: *Omnem ex hoſtibus captam prædam, eorumque virtute partam ad Remp. pertinere, & non modò nullum privatum hominem, ſed ne ipſum quidem Imperatorem in eam jus habere: ſed quæſtoris eſſe, hanc acceptam vendere, & pecuniam hinc redactam in ærarium ferre.* Cumq; Martius Coriolanus hoſtibus ſuorum ope ereptam prædam militibus divideret, ut percepto ſuorum laborum fructu, alacriori animo ad expeditiones venirent, eo nomine; *majeſtatis accuſatus* fuit à Lucio, magnumque ad ejus condemnationem hæc accuſatio momentum attulit. Dion Halyc. *lib.7.* Atque huc reſpexit Aſinus Apulejanus, quando *divitias publicus latronibus publica* ait *cuſtodela permiſſas fuiſſe.* Apul. *7. Metam.* Ideoque alibi cum Bodin. *6. de Rep. c.2.* inter modos ditandi ærarium recenſuimus *ſpolia hoſtium,* ex quibus totum ferè ærarium Roman. conflat Lucan. *lib.3. Pharſal.* quando ejus divitias ita deſcribit:

Perduellis.

Spolia pertinent ad ducem belli.

multis intactus ab annis:

Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſeus, quem victi præda Philippi,
Quod tibi, Roma, fuga Pyrrhus trepidante reliquit,
Quo te, Fabricius, regi non vendidit auro,
Quicquid parcorum mores ſervaſtis avorum,
Quod dites Aſiæ populi miſère tributum,
Victorique dedit Mynoia Creta Metello.
Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro.
Tunc Orientis opes, captorumque ultima Regum,
Quæ Pompejanus prælata eſt, gaza, triumphis,
Egeritur, triſti ſpoliantur templa ruina.

Et inferebant hæc in ærarium Imperatores, cum triumphum in urbe ducerent, ſicut Paulus Æmilius tantum in ærarium pecuniæ invexit, teſte Cic. 2. *off. ad fin.* ut unius Imperatoris præda finem attulerit tributorum. Tum etiam agros in pœnam meritis adimebant, & partim publicis reditibus, partim privatorum militumve uſibus aſſignabant, prout patet *ex l. Item ſi verberat: §. 1. de rei vendic. l. Lucius in pr. de Evict. l. cotem §. agri de publican.* & vel unicus locus, apud Liv. *lib. 26.* ut infinita prætercam, ſatis indicat, cum de Soſidis Syracuſani & Merici Hiſpani, quorum altero duce nocturno Syracuſis introitum erat, alter Naſſum, quodque ibi præſidii erat, prodiderat, præmiis, ita ſcribit: *Ambobus civitas data, & quingenta jugera agri, Soſidi in agro Syracuſano, qui aut regius, aut hoſtium populi Rom. fuiſſet, & ædes Syracuſis, cujus vellet eorum, in quos belli jure animadverſum eſſet; Merico, Hiſpanisque, qui cum eo tranſierant, urbs agerque in Sicilia ex iis, qui à pop Rom. defeciſſent, juſſa dari.* Totam rem teſtatur Cicer. *act. 5. in Ver.* quando inter Siciliam & reliquas provincias id intereſſe dicit, *quod horum agris impoſitum ſit vectigal, quod ſtipendiarium dicitur, aut ipſi eorum agri à Cenſoribus locati: Siculus verò ager totus ſit redditus.*

Agris multati hoſtes.

Clarius autem Julius Frontin. *li. de limitibus agrorum: ſolebant*, inquit, *veteres, quos agros de hoſtibus capiebant, alios veteranis in præmia aſſignare, in alios colonias deducere quoſdam mancipibus in longum tempus locare, ut annuam mercedem principi darent,* & hos vectigales dixère, quorum ſit mentio *in tot. tit. ff. ſi agri vect. l. 1. § 1. de publ l. qui ſcit. 25. § 1. de Vſur. l. 4. de cenſ. l. cum ſponſus § vectigal de publica*: Ad eum modum Balduinus occupato Imperio Conſtantinopolitano, proceribus urbium regionumquè Thraciarum ditionem conceſſit, ſed iis legibus, ut quartam partem vectigalium publicorum fiſco Cæſaris inferrent, & Græcis Auguſtis panagio ſe jurejurando ſanctiſſimè aſtringerent. *Nicet in Bald.* Nec aliundè feuda conſtituta ſunt, quam quod ad imitationem agrorum vectigalium, hoſtibus ademtos fundos, principes

amicis

Digitized by Google

amicis utendos concederent, directo dominio ſibi reſervato. Weſenb. *ad §.per traditionem 33. n.9. Inſt de rer. diviſ.* Godd. *ad l. ager 27. n.2. de verb. ſignif.* Sed hæc perduellionis generaliſſima ſignificatio, cujus tamen pœnâ immenſum, quantum fiſcum augeat, ideoque ad jura majeſtatis fiſcalia omninò pertinet.

3. *Quid crimen maieſtatis.*

Sed habet perduellio aliam ſignificationem ſtrictiorem, ſed uſu frequentiorem, quando accipitur pro eà parte criminis majeſtatis, quæ in hoc graviſſima eſt & atrociſſima. *l.ult.ad l.Iul.maj.* Nam crimen majeſtatis latè patet, *leg.1.& 2.ff.Eod.* nec complectitur conatus tantum aut molimina contra ipſam Rempublic. ſed etiam contra ejus miniſtros & magiſtratus, imò contra ipſos cives Romanos, quos *majeſtatis pleniſſimos* eſſe dicit Cic. *pro Rabir.* quanquam Ulpian. l. Julia de vi publ eum teneri putat, *qui civem Romanum contra provocationem necaverit, verberaverit, juſſeritve quid fieri, aut quid in collum injecerit, ut torqueatur. l.7. ad l.Iul. de vi publ.* Cicero tamen Verrem majeſtatis accuſat, *quod multis civibus Roman. mortem intuliſſet, nonnullos etiam in crucem egiſſet, act.3. in Verr.* & in Labienum perduellionis crimen, ſibi ob violata civium Romanorum, qui cum Catilina contra Rempublicam conſpiraverant, corpora intentatum, retorquet. *pro Rabir. poſt. princip.*

Tu, inquit, *civibus Romanis in concione ipsa carnificem, tu vincula adhiberi putas oportere: tu in campo martio, Comitiis centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad civium ſupplicium defigi & conſtitui jubes. Ego funeſtari concionem contagione carnificis veto: ego expiandum forum populi Rom. ab illis nefariis ſceleris veſtigiis eſſe dico: ego caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Roman. integrum jus libertatis defendo, ſervari oportere, &c.* Nec effugerat tamen Cicero, quin quod Metellus Nepos ipſi peracto conſulatu fruſtrà intentarat, ob occiſos Catilinæ ſectatores ageretur in exilium, bonis publicatis, quæ tùm erat pœna læſæ majeſtatis. Dion. *lib.37. & 38.* Quod verò in magiſtratus populi Romani, vel alterius majeſtatis etiam, crimen majeſtatis committatur, apertè docet Ulpianus *l 1. ibi, quo quis magiſtratus populi Romani, quive imperium poteſtatemve habet, occidatur. ad l. Iul. majeſt.* & conſtat Tribunos pl. propterea ſanctos fuiſſe, quod qui eos læderet, ſacer fieret, ſicut M. Vectium ſupremo ſupplicio affectum fuiſſe legimus, quod transeunti Tribuno via non ceſſiſſet. Alex. *lib.5. genial. dier. c.2.* Ita enim Scaliger. *in S. Feſto* legem de eorum ſanctitate conceptam putat: *Quei aliter faxit, cum pequnia familiaq; ſacer eſto, ſei queis em occiſit, parriccida neceſto:* quod planius explicat Halyc *li.6. ſi quis aliqua læſerit tribunum vel verberando vel occidendo, impius execrabilisq; eſto, bonaq; ejus publicanto ad ſacra Cereris, & qui aliquem hæc agentium occiderit, cædis expiatus eſto.* Hanc ſanctitatem in ſe tranſtulerunt Imperatores, ut ſpecie potius populari, quam imperii poteſtate tuti videren-

Tribuni & Impp. ſancti.

Digitized by Google

viderentur. De Auguſto enim decrevit ſenatus, *ut neq; verbo eum quiquam, neq; re læderet, qui læſiſſet, obnoxius ei pœnæ eſſet, quæ tribunum plebis violanti dicta eſt.* Dion. *li.49.* Qui eum ſecuti ſint Imperatorum nonnulli, adeò cudiriosè majeſtatem ſuam colendam eſſe, arbitrati ſunt, ut eam etiam in gladiatoribus ſuis violari putaverint, quo nomine Plin. *in Panag.* inſectatur Domitianum, *quod crimina majeſtatis in arena collegerit, ſe quoq; deſpici & contemni dictitans, ſi quis gladiatores ejus* tranſverſa tuentibus hirquis aſpexiſſet.

4\. *Maieſtas nō læditur in rebus minimis.* Imò in rebus multò vilioribus majeſtatem ſuam lædi judicarunt, utpotè Tiberius Cycizenos damnavit, *ob incuriam Cerimoniarum Auguſti,* Tacit.4. *Annal.* Falanium, quod *inter cultores Auguſti, qui per omnes domus in modum collegiorum habebantur, Caſſium quendam mimum corpore infamem aſciviſſet.* Tac.1. *Annal.* alium item, *qui honores ſibi in colonia ſua eodem die decerni paſſus erat, quo decreti & Auguſto olim erant.* Sueton. *in* Tib. *cap.58.* Apidium Merulam albo ſenatorio eraſit, *quod in acta Auguſti non juraverat.* Tac. 4. *Annal.* Nero exilio multavit Cinnam Tuſcum, quod, *cum eſſet præfectus Ægypto, lotus eſſet in balneo, quod Neroni venturo Alexandriam paratum erat.* Dion. *li.63.* Sulpitius Camerinus cum filio periit accuſatus, quod, *cum jam inde à majoribus Pythicus cognominaretur, non deſineret eo nomine appellari, ſed in Pythicas victorias Neronis ex ſimilitudine nominis impius foret.* Dion. *ibid.* Caligula *oblitos de natali ſuo edicere conſules, magiſtratu abire juſſit, fuitq; triduum ſine ſummâ poteſtate Reſp.* Sueton. *Calig.c.26.* Idem ad beſtias damnavit, *qui nunquam per genium ſuum dejeraſſent*: Sueton. *cap. 27.* id quod Chriſtianis ſæpè objici ſolitum excuſat Tertull. *in Apolog. cont. gen.* Qui verò per genium, per Fortunam, per ſalutem principis pejeraſſent, iis implacabilis ſubeunda erat ita principum, *Iusjurandum perindè æſtimandum, quàm ſi Iovem fefelliſſent, dictitantium,* prout ad Conſules ſcripſit Tiberius, cum Rubrio vicio daretur, *violatum perjurio nomen Auguſti.* Tacit.1. *Annal. Tutius,* ait, Minutius Felix, *per Iovis genium pejeratur, quàm Regis,* nec immerito Lucanus inter belli civilis vindictas numerat, quod imperatores pro diis agnoſcere, & per eorum nomen jure coacti fuerint, dum ait *li.7.*

Bella pares ſuperis facient civilia Divos.
Fulminibus manes radiiſq; ornabit & aſtris,
Inq; DEVM templis jurabit Roma per umbras.

Et quanquam *principi populi non ſit maledicendum, Exod. 22.* nec impunè dimittendus, qui id fecerit, ne videantur objectum crimen agnoſcere, *l. qui patitur, ff. mand. Dd. in l. quæ dotis. ſol. matrim.* aut patientia aliorum provocent audaciam, *c.1. in fin. de maledic.* quæ principum mandata expoſitura eſſet contemtui, ſicut in ſimili ferè dixit Gregor. *Homil.8. in Ezech. Hi, quorum*

vita

vt i in exemplo imitationis eſt poſitæ, debent, ſi poſſunt, detrahentium verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, id eſt, ne ſe ludibrio proſtituant, quod in perniciem totius Reip. redundaturum eſſet: gl. in c. ſi quis contra Epiſc. in Verb priuetur 2. q. 7. id quod Atejus Capito dicere voluit, cum Tiberium in L. Ennii abſolutionem propendentem ita increparet: *Non enim debere eripi patribus vim ſtatuendi, neq; tantum maleficium impunè habendum. Sanè lentus in ſuo dolore eſſet, Reip. injurias ne largiretur.* Tacit. 3. *Annal.* P. Servilius Iſauricus *cum forum præteriens teſtes in reum dari videret, loco teſtis conſtitit, & hic, inquit, cum occurriſſet mihi Laurentina via iter facienti admodum anguſto loco, equo deſcendere noluit. Quod an aliquid ad religionem pertineat, ipſi æſtimabitis, ego, id tanquam publicum probrum ſupprimendum non putavi. Et valuit tantum gravis neglectæ dignitatis & publicæ contumeliæ indignatio apud Iudices, ut vix cæteris auditis teſtibus, reum damnarint:* Valer. *lib. 8. c. 5.* Tamen propter verba injurioſa in principem prolata, negant optimæ notæ ICti quenquam incidere in crimen læſæ majeſtatis. Cravett. *conſ. 6. num. 4.* Gigas *de Crim. læſ. maieſt. tit. Qualiter & à quibus crimen læſæ majeſt. committ. num. 40. in fin.* Maſcar. *de probat. concl. 462. num. 35.* Affl *in c. un. ver. & bona committ. num. 43. quæ ſint regal.* Boer. *de ſeditioſ. in 4. præmiſ. num. 1. & 2.* Petr. Placa *in Epitome delict. lib. 1 c. 1. in fin.* Baptiſta Bajard. *in addit. ad Clar. in § læſæ majeſt. num. 10.* Menoch. *arbitr jud quæſt. caſ. 377. num. 14.* quem allegat & ſequitur Hieron. Giachar. *in addit. ad Clar verb. Qui à principe,* niſi æſtimatio ejus nimium læderetur, aut animus malefaciendi cupidus inde argueretur. Clar. *in §. læſæ majeſt. n. 1. in fin.* Alias enim Titus dicere ſolitus eſt: *Nemo me injuria afficere aut contumelia poteſt, propterea, quod nihil ago, quod reprehendi mereatur, ea, verò quæ falſo de me dicuntur, prorſus negligo.* Nec de crimine impietatis, ſcilicet in principem, unquam cognovit, aut aliis, ut cognoſcerent, permiſit, *principes ipſos* dicens, *ſi verè heroës ſint, poſtquam vitam cum morte commutarint, ultores, ſi quis eis injuriam faciat futuros,* Xiphilin. *ex Dion. lib. 66.* cui conſonat illud Tiberii, *Deorum injurias diis curæ fore,* Tacit. 1. *Anna*, aut Alexandri: *Iurisjurandi religionem contemtam ſatis Deum ultorem habituram. l. 2. C. de reb. cred.* Titi verò imitatione Imperatores Theodoſius, Arcadius & Honorius *in l. un. §. ſi quis Imp. maledi.* rectè reſcripſerunt: *Si quis ex levitate nobis maledixerit, contemnendum eſt, ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum, ſi ab injuria, remittendum,* quod verb: Accurſ. eumque ſecuti Abb. *in c 1. num. 4. de maledict.* Bonifacius Vitalinus *in tract. maleſ. rubr. de pœn. blaſphem. DEVM num. 9.* Farinac. *prax. crim. q. 105. inſpect. 10. num. 391.* malè interpretantur, *quaſi maledictor debeat ad principem remitti*, cum tota lex eò dirigatur, ne quid durum vel aſperum in peccantes ſtatuatur, conſtructioque Grammatica Accurſii interpretationi repugnet, adeoque ipſius vocabuli *Remitti* ſignificatio, quod in ſimili caſu *l. omne delictum §. qui ſe vulner. in fin. de remitt.*

5. Verba injurioſa nō ſufficiunt ad crimen maieſtatis

Intellectus l. un. C ſi quis Imp. maled.

nihil aliud ſignificat quàm *non inferri,ut in l.Iurisjurandi 2.C.de reb.cred.* Menoch.*arbitr.qq.caſ.377.num.9.* Gigas *de crim.læſæ majeſt. q 40. num. 8.* Papon. *2.Notar.7.c.de crime de majeſté.* Nec verò lex Canonica Pontifici Romanæve Eccleſiæ maledicentem,ſtatim extremo ſupplicio ſubiicit,ſed quia pœnam non exprimit,judicis arbitrio caſtigandum relinquit,*c.1.de maled.* imò propriam injuriam vetat Epiſcopos ulciſci. *c.inter querelas 23.q.4.* Alber.*in l.1. num.1.C.ſi quis Imp.malè c.ſeditionarios,diſt.46.c.de occidendis 23.qu.5.gl. in d.c. & qui emendat.in verb.corripit.diſt.45.gl.in c.ſi quis contra Epiſ. in Verb. privetur 2.q.7.ubi limitationes.* Atque hæc ut æquitati ſunt ſummè conſentanea, ita crudelitatem ſummam redolet , quod plurimi Imperatorum , neminem quicquam impunè in ſe dicere paſſi ſunt, qui mos ingruere cœpit ſub Tiberio. Nam *ſub Auguſto*, ait Sen. *li.3.de benef.c.25. nondum hominibus verba ſua tàm periculoſa erant & moleſta.* Et Cremutius Cordus ad Tiberium *T.Livius eloquentiæ ac fidei præclarus inprimis Cn. Pompejum tantis laudibus tulit,ut Pompeianum eum Auguſtus appellaret,neque id amicitiæ eorum offecit. Marci Ciceronis libro,quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator Cæſar , quam reſcripta oratione,velut apud judices reſpondit? Antonii Epiſtolæ,Bruti conciones, falſa quidem in Auguſtum probra,ſed multa cum acerbitate habent. Carmina Bibaculi & Catulli,referta contumeliis Cæſarum leguntur. Sed ipſe Divus Iulius, & D.Auguſtus & tulère iſta,& reliquere: haud facile dixerim,moderatione magis, an ſapientia. Namque ſpreta exoleſcunt,ſi iraſcare,agnita videntur. Non attingo Græcos,quorum non modo libertas,etiam libido impunita: aut ſi quis advertit, dictis dicta ultus eſt.* Tacit.*li.4.Annal.* Teſtor Pyrrhum & Philippum Macedonem, quorum exemplis pleni ſunt libri Plutarchi *de Apopht.Græcorum,& de cohib.irac.* Verum ſub Tiberio,ut Senecæ verbis utar,*3.de benef. c. 25. invaſit accuſandi frequens & penè publica rabies, quæ omni civili bello gravius togatam civitatem ,confecit.* Ibi poſtulatus fuit Cremutius *novo ac tum primùm audito crimine , quod editis annalibus,laudatoque M.Bruto,* C. *Caſſium Romanorum ultimum dixiſſet,* Tacit. *4 Annal.Sueton.in Tiber.c.61.* ſicut ob eundem Caſſium damnatus ac luminibus orbatus fuit, Caſſius Longnus Ictus, *quod in veteri gentili ſtemmate ejus, qui percuſſor Cæſaris extiterat,imagines reſtituiſſet.* Sueton. *in Neron.c.57.* Ibi Votienus majeſtatis pœnis adfectus eſt,*ob contumelias in Cæſarem dictas.* Tacit.*li.4.Annal.ad fi.* Caligula Atellanæ poëtam *ob ambigui ioci verſiculum* media amphitheatri arena igni cremavit,Sueton.*Calig.c.27.*& Nero inſtituit, *ut lege majeſtatis,dicta,factaque omnia,quibus modo delator non deeſſet, tenerentur.* Sueton. *in Neron.c.32.* Alteri poëtæ à Tiberio objectum eſt, *quod in Tragœdia Agamemnonem probris laceſſiſſet.* Sueton. *in Tiber.c.16.* Apud Domitianum ad confiſcationem bonorum corporisque ſatis erat obiici, *qualecunque factum dictumque adverſus majeſtatem principis* Sueton.*in Domit.c.12.* In ſumma eò deventum fuit, ut, dicente Senec.*d.c.25.& ebriorum ſermo & ſimplicitas jocantium*

Crudelitas principum in cõviciatores.

cantium exciperetur, capitaliaque eſſent, teſte Sueton. *in Tib. c. 58.* dictum ullum factumve Imperatoris ſola exiſtimatione læſiſſe. Nam & Caligula *multos de ſuo munere malè opinatos* ad beſtias damnavit, Sueton. *Calig. cap. 27.* & Tiberius Agrippam coniecit in carcerem, *quod optaſſe argueretur mortem importuni ſenis & ſucceſſionem Caij.* Joſeph. *lib. 8. antiq. Iudaic.* Imò equiti cuidam illuſtri *nocturnæ quietis ſpecies objecta fuit, tanquam vidiſſet Claudium ſpicea corona evinctum, ſpicis retrò converſis, eaque imagine gravitatem annonæ dixiſſe. Quidam Pampineam coronam albentibus foliis viſam atque ita interpretatum tradidere. Vrgente Autumno mortem principis oſtendi. Illud haud ambigitur, qualicunque inſomnio ipſe perniciem illatam.* Tacit. *11. annal. in pr.* Par ſomniorum periculum ſub Conſtantio enarrat Ammian. *li. 15. Si per quietem quisquam vidiſſe aliquid amico narraſſet, id venenatis artib. coloratum in pejus, patulis Imperatoris auribus infundebant delatores, & ob hoc homo tãquam inexplicabili obnoxius culpæ, gravi mole criminis pulſabatur. Hac augente vulgatius fama tantum aberat, ut proderet quisquam viſa nocturna, ut ægrè homines dormiſſe ſeſe præſentibus faterentur externis: mœrebantque docti quidam, quod apud Atlantæos nati non eſſent, ubi memorantur ſomnia non videri.* Claudius vero Appium Syllanum & quendam alium ad pœnam rapi juſſit, *quod quidam ſe ſomniaſſe fingerent, ab illis Claudium fuiſſe occiſum.* Sueton. *in Claud. c. 37.*

Quanquam vero peculiare eſt crimini læſæ majeſtatis, ut tanquam in 6.
atrociſſimo crimine, ſolum etiam conatus puniatur, *l. quisquis junct. l. fin. C. ad l. Iul. majeſt. c. quaro § verum in fi. 6. q. 1. Clemen. paſtoral. in ver. tractaverat de ſent. l. 1. in pr. de extraord. crim. l. aut facta § Eventus de pœn. c. ſi quis cum militibus 6. q 1.* Cujus rationem aliquam tangit Cicero *pro Milone*, quando Clodii ſervum cum ſica fuiſſe ad occidendum Pompejum, in quo tùm ſalus Reip. recumbebat, poſtquam demonſtrarat, ſubdit: *Niſi quia res perfecta non eſt, ideo punienda non fuit, quaſi exitus rerum, non hominum conſilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit, re non perfectá, ſed tamen puniendum certè nihilominus*, quę ratio ex Platone *9. de ll.* deſumta eſt, ubi ſalutem ejus, qui evaſit, non reo, ſed dæmoni, qui calamitatem prohibuit, aſſcribendam putat. *Conatus* enim *ſecundum Apulei. 4. florid. in laude vel vituperio: effectus in caſu eſt.* Quemadmodum Magnus quidam Suediæ Dux regi, in quem fruſtra conjurarat, reſpondit. *Nec manus, nec gladius, nec animus defuit, ſed fortuna, quæ te miſerata ex alto ſervavit.* Crantz. *6. Dan. c. 39.* Tamen in ſola cogitatione vel voluntate tàm dirum rigorem exercendum nolunt Icti, ſed in conatu, hoc eſt, in voluntate, quæ jam in actum deduci cœpta, ſceleris non dubium vel incertum, ſed manifeſtum indicium fecit. De hoc enim expreſsè loquitur Gratianus *in § verum & Clem. d paſtoralis. nec non l. ſi quis non dicam*, ubi Baldus *de Epiſc. & cleric. C. c. 1. § ſi voluerit de capit. qui cur. vend.* ibi Angl. *Gl. in l. 1. § fin. verb. putamus ff. quod quisque juris.* Boer. *de ſeditioſ. præſupp. 7. n. 42.* Covarr. *part. 1. in rep. clem.*

Conatus punitur in crim. majeſt.

Digitized by Google

Clem. furioſus in pr. num. 6. Clar. *in §. læſæ majeſtatis n. 15.* & ibi Bajard. *in addit. n. 25. in 7. ſpecial.* Clar. *§. fin. q. 92. n. 2.* Menoch. *arbitr. jud. quæſt. caſ. 360. n. 24.* Damhud. *pract. crim. c. 62. n. 10.* & jure receptum eſt, *cogitationis pœnam neminem pati, l. cogitationis 18. de pœn. c. cogitationis, diſt. 1. de pœn. l. Item apud Labeon. §. abduxiſſe de injur l. 5. in fin. quod quisq; jur.* Scip. Gentil. *li. 1. de conjur. c. 2. verb. cogitaverit & ſeq.* quam conſuetudinem generalem Italiæ, imò totius mundi vocat Aug. Arimin. *in addit. ad Ang. in tract. maleſi. in verſ. Ex intervallo.* Spec *in tit. de accuſ. § 1.* Thom. Gram. *deciſ. 2. n. 8.* de quo etiam Cato: apud Gell. 7. *Noct. c. 3. Neminem, qui malè fecerit, plecti æquum eſſe, niſi quod factum voluit, etiã fecerit, facta ſola cenſenda eſſe, atque in judicium vocanda, voluntates nudas inaneſq; negligendas, neq; pœnis fieri obnoxias.* ideoq; Virgilius, quos *6. Æneid.* apud inferos torqueri ſcribit, non ſolum auſos fuiſſe, ſed & perpetraſſe ſcelera ſcribit:

Auſi, inquit, *omnes immane nefas, auſoquè potiti.* Auguſtus Caſſium quendam Patavinum, qui in convivio dixerat, ſibi nec voluntatem nec animum confodiendi Auguſti deeſſe, non aliter niſi exilio multavit. Sueton. *in Aug.* Tyranni tamen in voluntatibus nullâ veriſimili ſuſpicione convictis puniendis limites juſtitiæ tranſcenderunt, nec contenti majeſtatem ſuam tàm ſeveriter vindicaſſe, etiam in ſtatuis & imaginibus hæc ſcelera quæſiverunt.

Nam propterea nefas erat nummos aureos, quibus inſcripti erant *æternales, vultus,* ſeu *ſacra ora & divini vultus, l. 3. & l. 6.* C. Theodoſ. *de ind. crim.* conflare, Cujac. *19. obſ. c. 25.* ſicut L. Ennius à Capitone accuſatus fuit, *quod effigiem principis promiſcuum ad uſum argenti vertiſſet,* Tacit *3. Annal.* Propterea nefas erat ad ſtatuas principum confugiẽtes abſtrahere, quod in Rep. Rom. poſt Romulum non obſervari ſolitum, Julio Cæſari à Triumviris decretum memorat Dion. *lib. 47.* Sanctæ enim habebantur eorum ſtatuæ, Veget. *li. 2. c. 5. & 6.* imò ſicut de aſylo & ſtatuis Tiberii apud Aſpendios teſtatur Philoſtrat. *de vit. Apollon. libro primo, ſanctiores venerabilioreſq;, quam Iovis Olympii ſimulachrum,* ideoq; Venulejus ait: *Qui ſtatuas aut imagines Imperatoris jam conſecratas conflaverint, aliudve quid ſimile admiſerint, lege Iulia majeſtatis tenẽtur l. 6. ad l. Iul. majeſt.* Tiberius conqueſtus eſt, *quod effigies Auguſti, ut alia numinum ſimulachra venditionibus hortorum & domuum accedant,* eoq; nomine paſſus accuſari Falanium, *quod venditis hortis ſtatuam Auguſti ſimul mancipaſſet.* Marcello objecit Hiſpo, *ſtatuam ejus altiùs, quàm Cæſaris ſitam: & aliâ in ſtatuâ, amputato capite Auguſti effigiem Tiberii inditam.* Tacit 1. *Annal.* Caracalla damnavit eos, *qui coronas imaginibus ejus detraxerant, ut alias reponerent.* Spartia. *in Carac.* Omnium verò crudeliſſimum, quod idem Caracalla damnaverit etiam eos, *qui urinam fecerant in eo loco, ubi ſtatuæ imagineſvè principis erant:* Spart. *in Carac.* Domitianus autem mulierem interfecerit, *quod ante ſtatuam principis veſtem exuiſſet.* Xiphilin. *in Domitia:* Nam

Nam jam ſub Tiberio capitale fuiſſe teſtatur Sueton.*in Tiber.cap.58. Circa Auguſti ſimulachrum ſervum cecidiſſe, veſtem mutaſſe, nummum vel annulo effigiē impreſſam latrinæ aut lupanari intuliſſe*: Et hoc capite Maro detulit, prætorium quendam virum, *quod annulum, in quo geſtabat imaginē Tiberii, matulæ pudendoq́; admoviſſet*. Sen.*3.de ben.c.26.* Alias quidam impietatis damnatus fuit, *quod ſervum ſuum verberaſſet, qui drachmam argenteam Tiberii imagine ſignatam geſtabat*. Philoſtr.*li.1.de Vit. Apoll.* Sed hæc tàm levia ſunt, ut ne pœnam quidem apud mentis compotem judicem mereantur, præſertim cum animus lædendi, qui crimen facit, prorſus abſit. Quid enim iniquius, quam quod Baſilius Imp eum, qui in altum à cervo ſublatum, diſciſſo balthеo liberarat, ad mortem rapi juſſit, propterea, quod gladium in Imp. ſtrinxiſſet, Zon.*in Baſil.* & ita, quod is pro ſalute Imperatoris fecerat, in autoris vertit perniciem.

Nihilominus plura ſunt alia, in generali majeſtatis crimine comprehenſa, quę in crimine perduellionis non includuntur. Majeſtatis enim reus fit, qui ex jurib. majeſtatis aliquid ſibi attribuit, privatâ autoritate, qui monetam ſine permiſſu principis cudit, eamve adulterat.*l.1.C.de falſ.mon.* Damhud.*pract.crim.c.65.n.1.* Salicet.*in l.penult.* C.*Eod. Monetæ debet enim integritas quæri, ubi & vultus noſter imprimitur*, ait Theodoricus apud Caſſiodor.*lib.7. var. Quidnam erit tutum, ſi in noſtrâ peccetur effigie? Sit mundum, quod ad formā* 7.
noſtræ ſerenitatis adducitur: Claritas regia nihil admittit infectum. Nam ſi vultus cujuslibet ſincero colore depingitur, multò juſtius metallorum puritate principalis gratia cuſtoditur. Item *qui injuſſu principis arma movet, exercitum conſcribit, delectum habet.l.3.ad l.Iul.maj.l.Neminem 17.*C.*de re milit.li.12.Paul.5.ſent.tit.29. in pr. qui pro magiſtratu ſe gerit dolo malo.d.l.3.ad l.Iul.maj. qui ex principis carcere confeſſum liberat.l.4.in fi.pr.ff.Eod* Jacob.Thomin *deciſ.15.n.3.*.Petræ.*concluſ.crim.79.obſidesvè intercidere facit l.1.ff.Eod.tabulasvè principis corrumpit.l.2. in fi. ff.Eod.qui exercitum aut Imperatorem deſerit.d.l.2. Paul. ſent. tit 29.* aliaq; his minus gravia *in d.ll.* enumerata, committit: Gig. *in tr.de crimine læſæ maj. in rubr.qualiter & à quibus.* Clar.§.*læſæ maj.n.1.* & in addit.Bajard.*n.2.latè, qui quadraginta quinq́; modos enarrat, quibus adhuc plures dari certum eſt.* Damhud. *pract.crim.c.62.n.1.2.& ſeqq.* Forſter.*de ſucceſſ.li.4.c.23.n.16.uſq; ad n.28.* Bocer.*c.3.n.85.86.de reg.fiſc.*

Varia crimina maieſtatu.

Sed hæc omnia iniquum eſſet tàm ſeveriter vindicari, prout crimen læſæ majeſtatis vindicandum cenſent Imperatores.*l.Quisquis.l.maieſtatis, l. fin.*C.*ad l.Iul.maj.ex quibus Dd.triginta unum ſpecialia notant, quæ in crimine læſæ maieſtatis peculiariter obſervantur.* Afflict.*in c.un.quæ ſint regal.verſ.bona committentium.* Clar.§.*læſa maj.n.15.* & addit.Bajard. *n.25.* Weſenb. *in parat.ad l.Iul.maj.* Duar.*in t.eund.c.3.& 4.* P.Ærodius *li.2.decrer.ad l.Iul.maj.* Nam quāquam *in d.l.quisquis* gladii tantū pœna ſtatuitur, *ut & in aurea bull. Car. IV. t.*

Quidnam inter ea ſit graviſſimum.

Digitized by Google

Von der Ertzbiſchoff Segen. Scip. *1. de conjur. c. 2. verb. gladio feriatur*, tamen hodiè hujus criminis reos vel ad ignem vel ad diſſectionē in quatuor partes, Clar. *d. §. læſæ majeſt. num. 8.* Damhud. *pract. crim. c. 62. n. 4.* Weſenb. *in §. publica, num. 4. Inſt. de publ. judic.* vel ad aliud extremum ſupplicium condemnari ſolere videmus. Bocer. *c. 3. n. 58. de regal. fiſc.* Peinliche Halßgerichts Ordnung. *Car. V. art. 124.*

8. *Pœna an poſſit extēdi ad poſteros.* Quod verò Imperatores *id d. l. quisquis* pœnam etiam extendunt ad filios & filias, *ita ut illos à materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate & ſucceſſione repellant, teſtamenti extraneorum quicquam capere vetent, ut ſint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullos prorſus honores, ad nulla Sacramenta perveniant, ſint poſtremò tales, ut perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium & vita ſupplicium*, illud Weſenbec. *in d. §. publica Inſt. de publ. jud.* prorſus iniquum eſſe cenſet & Contius *lib. 1. lect. c. 7. d. l.* quisquis propterea collocat inter eas leges, quæ propter iniquitatem à Codice ablegari debuiſſent. Nam Amaſias Rex Judæorum, cum vindicaret crimen majeſtatis in patrem à ſervis commiſſum, autores quidem occidit, ſed filiis eorum parcebat, *4. Reg. 14. 2. Paralip. 25.* quod meminerat ſcriptum in lege Moyſis: *Non occidentur patres pro filiis, ſed unusquisque in ſuo peccato morietur: Deut. 24.* cui conſonat Propheta: *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: juſtitia juſti ſuper eum erit, impietas impij ſuper eundem. Ezech. 18.* Item Divi fratres: *Crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Namque unusquisque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. l. crimen 26. de pœn.* Item Arcad. & Honor. *ſancimus ibi eſſe pœnam, ubi & noxia eſt*, & paulò pôſt, *peccata ſuos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. l. ſancimus 22. de pœn. C.* quam legem Budæus d. l. quisquis contrariam putat, cum tamen illa *propinquos, notos, familiares, procul à calumnia ſummoveat, quos reos ſceleris ſocietas non facit*, ut loquuntur Imperatores *in d. l. ſancimus*: ſed *d. l. quisquis* non loquitur de propinquis, ſed de filiis tantum, quos in conſortium pœnæ trahit. Duar. *li. 2. diſput. c. 24.* Robert. *li. 2. ſentent. c. 2.* Cont. *ad d. l. quisquis 5. C ad l. Iul. Majeſt.* Scip. Gent. *lib. 1. de coniur. c. 3. verſ. ult.* Macedonum enim more non ſolum ipſi majeſtatis rei peribant, ſed & omnium devovebantur capita, qui ſanguine contigiſſent eos, idque propterea, ut ad detegendum crimen, aut prohibendum facilius prodirent, ſicut Eurilochus à fratre Epimene de conjuratione in caput Alexandri certior factus, ſtatim regi rem totam aperuit, ne tota ſua domus in ruinam traheretur. *Curt. li. 8.* Obſervatum id quoque ab Imperatoribus fuiſſe ex condemnatione Sejani patet, quæ plures ejus amicorum unà abſumſit. Tacit. *5. annal.* refertque Dion. *lib. 58.* tanquam inſolitum quid, L. Sejano prætori Marcoque Terentio aliisq; eius familiaribus parſum fuiſſe.

Cognatos aut amicos.

Certa-

Digitized by Google

Certatim enim *propinquos ejus omnes & amicos, & qui eum antea adulati fuerant, honoresq; decreverant, poſtulatos*, & pleroſque condemnatos idem paulò ante teſtatur. Ac *ſi cui nullum aliud obyci poterat crimen, ſatis erat ad irrogandam pœnam, quod amicus Sejani fuiſſet*. Sed Macedonum morem Alexander M. ſuſtulerat, ſicut ipſe teſtatur in Oratione, quâ Hermolao conjurationis principi pro parentibus deprecanti, ita reſpondet: *Olim iſtum morem occidendi cum ſceleſtis inſontes propinquos parentesque ſolvi, & profiteor in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt*. Curt. *li. 8*. Imperatores verò non tantùm hanc ſævitiam correxerunt, ſed & illam alteram, quâ ad ſupplicium parentum vocabantur liberi. Docet enim Cicero *lib. ſing. ad Brut. Epi. 12. & 15*. quid expectandum fuiſſet Lepidi liberis, ſi eorum pater ſuccubuiſſet, ſumma videlicet ſupplicia, quæ, inquit, *ſi pater puerorum viciſſet, etiam nobis ſubeunda fuiſſent*. Ita Nero damnatis conjuratoribus, *eorum liberos urbe pepulit, necavitque veneno aut fame*. Sueton. *in Neron. cap. 36*. Ita poſtquam ſatis ſævitum erat in amicos Sejani, *placitum*, ait Tac. *li. 5. annal. poſthac, ut in reliquos Seiani liberos adverteretur. Igitur portantur in carcerem filius imminentium intelligens, puella vero adeò neſcia, ut crebrò interrogaret, quod ob delictum & quò traheretur? neque facturam ultra: & poſſe ſe puerili verbere moneri*. Iſtuc vero crudele, cum etiam leges cum mulieribus mitius agant in hoc crimine, & cum filiis totam hæreditatem auferant, filiabus Falcidiam ex bonis maternis relinquãt, *l. quiſquis §. ad filias. C. ad L. Iul. maieſt*. ſicut Ferdinandus Rex Neapolitanus principis Roſſani, ob crimen majeſtatis puniti, filias honorificè elocavit, Afflict. *in c. 1. in Ver. Bona commut. quæ ſint regal. n. 3*. & Marcus Imp. Caſſii filias etiam argento, auro, gemmisque frui paſſus eſt, *Vulcat Gallic*. cujus exemplo Alphonſus Arragonius, uxori & liberis Ant. Candolæ Siculi theſauros etiam mariti & patris reddidit Panormit. *3. de vit. Alphon*. quoniam minus paterni ſceleris participes præſumuntur filiæ, quam filii, quippe *præ ſexus infirmitate minus auſuræ, d. §. ad filias in fi. ibi Scip. c. 5. in fi. & cap. 8*. Crudelius verò, quod etiam fraudem ſupplicio addidit: Nam *cum triumvirali ſupplicio affici virginem inauditum haberetur, à carnifice tradunt laqueum juxta compreſſam; exin oblifis faucibus id ætatu corpora in Gemonias abjecta*. Tacit. *li. 5. in fi*. Sueton. *in Tiber. c. 61*. *An ad filias.*

Sed etiam à filiis conſuetam ſeveritatem amovent Arcadius & Honorius, dum ajunt: *Filiis vitam Imperatoria ſpecialiter lenitate concedimus. Paterno enim ſupplicio perire deberent, in quibus paterni hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuuntur. d. l. quiſquis §. filij*. Invexerat enim iſtum ſupplicii rigorem Tyrannis eorum, qui per vim Remp. tenebant: ſiquidem cum Caſſii liberos, parente majeſtatis damnato, quidam interficere conarentur, atrox & periculoſum exemplum patribus viſum eſt. Itaque cum in Curiam conveniſſent, factum eſt SCtum, quo adoleſcentulis pœna eſt remiſſa, illisq; nec

exilio

Digitized by Google

exilio multatis, nec ignominia affectis, nec aliâ calamitate acceptâ, tutiſſime vivere permiſſum eſt. Et eo ab tempore, ait Halycar. *li. 8. usq; ad hanc noſtram ætatem hic mos Romæ perpetuo ſervatus eſt, ut nulla parentum delicta liberi ſuo ſupplicio luant, ſive illi ſint Tyrannorum filii, ſive parricidarum, ſive etiam proditorum, quod apud illos crimen eſt graviſſimum Et qui hunc morem antiquare aggreſſi ſunt, noſtris temporibus circa finem Marcici & civilis belli, qui q; liberis patrum Syllæ tempore proſcriptorum, jus paternos honores capiendi ademerunt, aditumq; ad ſenatū intercluſerunt, quo tempore ipſi rerum potiebantur, facinus & hominum invidia & Deorum indignatione dignum patrare viſi ſunt.* Quod verò bona & poſſeſſiones omnes filiis auferantur, non aliter excuſare poſſumus, quam ut Cicero excuſat conſuetum Romanis rigorem in hoc ſcelere. *Epiſt. 15. ad Brut. circa fin. Videtur,* inquit, *illud eſſe crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna pervenit: ſed id & antiquum eſt & omnium civitatum, ſiquidem etiam Themiſtoclis liberi eguerunt.* Et certè Græcorum alios Tyrannorum filios unâ cum patribus mactaſſe: aliàs in exilium miſiſſe, autor eſt Halycarn. *li. 8. antiq Rom. quaſi natura non ferat, ut boni filii ex malis patribus, aut mali ex bonis naſcantur.* Apertius verò Cicero *Epiſt. 12. Nec verò me fugit, quam ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui: Sed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut caritas liberorum*

9. *Cur deleatur memoria perduellis.* *amiciores parentes liberorum redderet. Itaq; Lepidus,* (nam de ejus liberis loquitur) *crudelis in liberos, non is, qui Lepidum hoſtem judicat.* Tangit Alexander. M. *in d. oratione contra* Hermolaum aliam cauſam, ut majus ſit morientium ſupplicium: *Non oportebat, inquit vos ſcire, quid de his ſtatuiſſem, quò triſtiores periretis, ſi qua vobis parentum memoria & cura eſt.* Curt. *li 8.* In quem finem etiam memoria defuncti aboletur, *l. fin. in princ. ff. ad l. Iul. majeſt. l. maj. 6.* C. *Eodem* quoniam nemo eſt tam ſui contemtor oſorve, qui non æternitatem nominis ſperet, aut ſaltem honeſtam poſt obitum ſui mentionem quærat.

Non omnis moriar, ait poëta, *multaq; pars mei*
Vitabit Libitinam. Horat. *li. 3. Od. 30.* & alibi: *li. 2. Od. 20.*
Non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Mecœnas obibo,
Nec Stygiâ cohibebor undâ.

Atque hoc ſibi putat palmarium ſummumq; in paupertate ſolatium, quod etiam poſt fata aliqua manibus ſit futura memoria. *Hoc unum eſt,* ait Boëti. *li. conſol Philoſoph. proſ. 7. quod præſtantes quidem natura mentes, ſed nondum ad extremā manum virtutum perfectione perductas allicere poſſit, gloriæ ſcilicet cupido, & optimorum in Rempubl. fama meritorum.* Et Cicero: *Eſt hominis ingenui & liberaliter educati, velle benè audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris: & futuræ poſt mortem famæ, propter rem etiam detracto uſu, conſulendum eſt, lib. 3.*

Digitized by Google

li.5. de finib. quâ cum non tantum majeſtatis reos ſpoliatos voluerint Imperatores, ſed ſumma præterea infamia affectos, non dubium eſt, quin id ad gravitatem ſupplicii multum conferat, Scip Gent. *li.1. de conju. c.3. verb. infamia*, ſicut & illud alterum, quod Honorius III. & Bonifacius IIX. huic criminí adjecerunt, *c. felicis de pœn. in 6. ut fiant habitationes rei deſertæ, & ut non ſit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam, & ut perpetuæ nomen infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur, c. un. §. receptator. de pac. jur. firm.* quâ ratione Caſſii affectatæ Tyrannidis convicti ædes ſolo æquatæ, & area vacua ſub dio relicta eſt. Dion. Halycar. *li. 8. Sp. quoq; Melii crimen Dictator non putavit ſatis ejus ſanguine expiatum, niſi tecta parietesq;, intra quæ tantum amentia conceptum eſſet, diſſiparentur, bonaq; contacta pretiis regni mercandi publicarentur.* Liv. *li. 4.* Cic. *pro dom. & in Cat. Maj.* Flor. *li.1.c.26.* Val. *li.6.c.3.* Quod etiam in Q. Galli prætoris, Appian. *3. de bell. civ.* Marci Flacci, & L. Saturnini crimine decretum: Appian. *ibid.* Valer. *li.6.c.3.* & Ciceronis quoquè facultates publicatæ, ædesque ejus, tanquam hoſtis, ſolo æquatæ, & earum area templo libertatis conſecrata eſt. Dion. *lib. 38. Cic. pro dom.* Veneti Bajamontis & omnium, qui cum eo contra patriã conjuraſſent, memoriam damnarunt, ſigna & nomina ubiq; ſuſtulerunt, ædes à fundamento diruerunt, & bona publicarunt, quod etiam in Marino Falerio obſervatum eſt, inſcriptumq; dirutarum ædium memoriæ: *Hic eſt locus Marini Falerii decapitati pro criminibus.* Petr. Juſtin. *li. 4 de hiſt. Venet* Similiter civitatibus, quanquam regulariter univerſitates criminaliter non puniuntur, ne pupillis & innocentibus pœna æquè ut nocentibus inferatur. Salicet. *in li. 1. C. de ſedit:* Gomez. *tom. 3. variar. reſol. tit. de delict. c. 1. num. 52.* Farinac. *theor. & prax. crim. q. 24. n. 108. quem vide cum ampliationibus & limitat:* Carrer: *in pract. crim. tr. de homicid. & aſſ: §. quarto decimo excuſat multitudo, n. 4.* tamen propter rebellionem poteſt induci aratrum, ut Carthagini, *l. ſi uſusfructus 21. Quibus mod. uſusfr. amitt.* Afflict *in d. §. bona committ.* Bajard *in addit. ad Clar. in §. læſæ maj.* Arma quòq; committentium crimen majeſtatis deſtrui notat Bartol. *in l. eorum ff. de pœn.* quoniam vel relegatorum ſtatuas detrahendas ſcripſerat Modeſtinus. *l. eorum 24. de pœn.*

In ſummâ huic crimini obnoxii prorſus ſunt inteſtabiles, nec ad alicujus bona ex teſtamento vel ab inteſtato vocantur, *c. felicis de pœn. in 6.* nec ex quo tempore, crimen contraxerunt, vel alienare, vel donare, vel manumittere, vel emancipare poſſunt, *l. quiſquis §. emancipationes. l. fin. in fin. princ. C. ad l. Iul. maj. l. donationes 31. §. fin. de donat. l. ex judiciorum de accuſ.* nec creditor iis ſolvens liberatur, *d. l. fin. & d. c. felicis de pœn.* & poſt mortem etiam in forum & ad accuſationes producuntur, *l. majeſtatis in pr. l. meminiſſe. l. fin. C. ad l. Iul. maj.* nec cuiquam negatur facultas accuſandi, licet alias à judicio repelleretur, ut ſunt famoſi, ſordidi & cæteri à foro excluſi. *l. Is qui judicio. l.* 10. *Peculiaria in ſupplicio hujus criminis.*

Fff *Qui*

Qui accuſare junct. ſeqq. de accuſ. Nam, ut ait Modeſtinus, *ad hanc accuſationem ſine ullâ dubitatione admittuntur, l. famoſi ad l. Iul. maj.* quemadmodum Sergii Catilinæ conjurationem mulier detexit. *l. in quæſtionibus ff. Eod.* Caſſium pater ipſe detulit, Halyc. *li. 8.* Vibium Serenum filius. Tac. 4. *Ann.* Ærod. *lib. 2. decret. ad l. Iul. maj. In reos majeſtatis*, ait Tertull. *in Apoleg. c. 2. omnis homo miles eſt.* Et cum *nemini de ſe confeſſo credatur ſuper crimen alienum, quoniam ejus profeſſio periculoſa eſt, l. neganda 3. quæſt. 11. l. accuſationis 17. in fin. C. de accuſ. & inſcript. l. Quoniam liberi C. de teſtibus*, tamen ab hac regula excipitur crimen majeſtatis, in cujus delatione creditur etiam criminis ſocio, non tantum quoad præſumtionem, ut latroni prodenti latronem, *l. 1. §. cum quis junct. §. ſeq de quæſt. l. Divus Adrianus §. 1. de cuſtod. & exhibit. reor.* ſed etiam ad convincendum. *c. nemini 15. quæſt. 3. c. veniens de teſtibus. c. cum monaſter. & ibi gl. in verb. confeſſio de confeſſ. gl. in d. c. nemini in Ver. confeſſo.* In eodem ſervi torquentur in caput Domini, *l. majeſtat. §. 2. l. poſt Divi §. 1.* ſicut cum Silano crimina majeſtatis afficta fuiſſent, *ſtatim ſervos ejus, ut tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio accepit.* Tacit. 3. *Ann.* Piſo ob interfectum Germanicum *miniſtros ad tormenta flagitavit*, Tac. 3. *Ann.* nec accuſatus, quantumcunq; privilegio vel dignitate à torturâ eximatur, fidicularum tormenta vitat in cauſa majeſtatis, in quâ *omnibus æqua conditio eſt. l. nullus. C. ad l. Iul. majeſt. Paul. 5. ſent. tit. 29 §. In reum in fin.* Quin etiam atrocitas hujus criminis facit, ut in eo poſſit procedi *per accuſationem, inquiſitionem ſeu denuntiationem ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figurâ judicii, prout illi, qui jurisdictioni præeſt, videtur expedire: Extrav. ad reprim. verſ. Hac edictali* & ibi Bart. Iſern. *in §. committ. verſ. Item nota quod in crimine majeſt. c. un. quæ ſint regal.* Damhud. *de crim. majeſt. n. 6. & 16.* Item ut ſententia poſſit ferri in abſentem, *d. Extr. ad reprim. ibi, contra ipſum vel ipſam, Clem. paſtoralis de ſentent. & re jud:* & judicium incipi à quæſtionibus, Salicet: *in l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maj.* quod tamen plerisque ſatis durum & iniquum videtur. Unicum adhuc ſeveritatis argumentum ſupereſt, quod Imperatores etiam eos, *notabiles* eſſe jubeant *ſine venia, qui pro talibus unquam apud ſe intervenire tentaverint, l. quisquis, § denique, C. Eod.* & Pontifices pro iis vetent poſtulare vel advocare, *c. felicis de pœn. in ſexto*, quâ de causâ in accuſationibus Silani, ait Tacitus *tertio Annal: ne quis neceſſariorum juvaret periclitantem, majeſtatis crimina ſubdebantur, vinclum, & neceſſitas ſilendi.* Privilegio in caput Ciceronis adjecerat Clodius: *Ne quis de eo ad ſenatum referret, ne quis decerneret, ne diſputaret, ut loqueretur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet*, & Artoxerxes Artoxerxem Eunuchum miſit in exilium, quod liberius pro Megalyzo perduelle interceſſiſſet. Cteſ. *in lib. rer. Perſic.*

Non quodvis majeſt.

Hæc igitur & tot & tanta ſupplicia ſimplici vel exercituum deſertioni, vel magiſtratus læſioni, vel alteri alicui minori crimini ex iis, quæ læſæ majeſta-

Digitized by Google

maјeſtatis haberi ſupra diximus, irrogari, prorſus iniquum ſit & contra legem juſtitiæ, quæ pœnam peccato graviorem injungi non patitur. Propterea enim putat *autor lib. ad Herenn. lib. 4.* tàm graviter vindicandum crimen majeſtatis, quod in univerſæ Reip. ruinam tendat, *In iis, inquit, qui violaſſent ingenuam, matremfamilias conſtupraſſent, pulſaſſent aliquem, aut poſtremò necaſſent, maxima ſupplicia majores noſtri conſumſerunt: huic truculentiſſimo ac nefario facinori ſingularem pœnam non reliquerunt? Atqui in aliis maleficiis ad ſingulos aut ad paucos ex alieno peccato injuria pervenit: hujus ſceleris, qui ſunt affines, uno conſilio univerſis civibus atrociſſimas calamitates machinantur.* Imperator verò Henricus III. diligenter vult, ut idem crimen reprimatur, *quod imperium convellat, in quo conſiſtit tranquillitas totius orbis. Extrav. ad reprim. in pr.* quaſi dicat publicam totius Reipubl. quietem ſeu *ſecuritatem*, ut loquitur Ictus, *in l. 1. § 1. ff. ad l. Iul. maj.* aut ut vertit Harmenopulus *σωτηρίαν*, interpretaturq; Budæus, *tranquillitatem*, Duar. *2. diſp. anniv. c. 22.* verti in hoc crimine. Non autem ſtatim, qui tale quid perpetrat, qualia ſupra recenſuimus, *qui de Cœpione agit turbulentius*, quod eſt exemplum Ciceronis *in par. Orator.* de provincia ſtatim juſſus non decedit, ut Popilius, Liv. *lib. 42.* aut magiſtratum contra auſpicia, aut voluntatem majeſtatis init, aut lictorem ædilemvè per vim repellit, ad magiſtratum non venit, ſuiq; defendendi cauſa amicos circumſiſtere patitur, quæ crimina Sicinnius & Lucius, tanquem majeſtatis læſæ, Coriolano objiciebant, Halycarn. *lib. 7.* interitum machinatur, multò minùs infert toti Reip. ſed is demum, qui, ut ait Cic *part. Orat. per vim multitudinis rem ad ſeditionem vocat, qui arma comparat in Remp. & cum audaciſſimis quibuſq; conſilia ſecreta init*, quod Sp. Caſſio Cæſo Fab. & Q. Publicola objiciebant: Halyc. *li. 8. qui tela in domum ſuam conferri patitur, ibiq; conciones habet, & non dubia regni conſilia*, ut Sp. Melius, Livius *li. 4. qui hoſtibus nuntium literasve miſerit, ſignumve dederit, feceritque dolo malo, quo hoſtes conſilio juventur contra Rempublic. l. 1. l. 3. l. 4. ff. ad l. Iul. maj.* qui manus principi, in quo conſiſtit ſalus Reip. intulit, aut inferre niſus eſt, ut Hermolaus Alexandro M. Curt. *li. 8.* Chæreas Cajo Caligulæ, Joſeph. *19. Antiq. Iud.* Piſo Germanico. Tac. *3. Ann.* deniq; ut uno verbo dicam cum Ulpiano *l. ult. ff. ad l. Iul. maj. qui hoſtili animo adverſus Remp. venit.* Corraſ. *in Cent. Sctor. Tholoſ. c. 10.* Valent. Forſt. *li. 4 de ſucceſſ. n. 28.*

crimẽ tam crudeliter vindicandum.

Hunc enim perduellionis vocat reum, & extremo ſupplicio cum publicatione bonorum, damnatione memoriæ, & liberorum punitione, afficiendum putat, quod ex eo tradit. Azo. *in ſum. C. ad l. Iul. maj. n. 4.* Weſenb. *ad eund. tit. n. 5. ff.* Vultej. *li. 1. Iuruspr. Rom. c. 47. n 3. & 4.* Borch. *de Regal. nu. 90.* Tiber. Decian. *in pract. crim. li. 7. c. 6. n. 4.* Cujac. *in parat. ff. ad l. Iul. majeſt. & in comm. Paul. 5. ſent. tit. 29. in princ.* Eſt enim perduellio ſummum inter crimina maje-

II. Quis ſit propriè perduellis.

na majeſtatis peccatum, ideoq; meritò ſummo ſupplicio caſtigatur: Cætera verò minora Romani relegatione puniebant. Nec enim aliam pœnã Marcio Coriolano, quamvis multis criminibus onerato, inflixerunt, Halycarn. *lib.7.* nec Ciceroni, niſi *quod publicatis bonis, juberetur Roma abeſſe ultra 468. millia paſſuum, quod ſi intra eos fines veniret, & ipſe, & qui eum ſuſcepiſſent, impunè à quovis occidi poſſent.* Dion. *li.38.* Et autor ad Herenn. *lib.4.* tantoperè exaggerato crimini non aliam ſubjicit pœnam, niſi ut qui fortunas omniũ voluerit prodere, præceps perturbetur ex eâ civitate, quam ipſe ſpurciſſimorum hominum dominatu nefario voluerit obruere. Conſpicuè id docet Modeſtinus *in l. Eorum ff. de pœn.* nec obſcurè innuit, *in l. famoſi §. fin. ff. ad l. Iul. maj. quem §. Trebonianus inſulsè corrupiſſe videtur.* Cujac. *in Paul.5. ſent. tit.29 & Paul. ait 5. ſentent. tit.29. His antea in perpetuum aqua & igni interdicebatur, nunc verò humiliores beſtiis objiciuntur, vel vivi exuruntur, honeſtiores capite puniuntur.* Duar. *ad l. Iul. maj. c.3. in pr.* Corr. *Cent. SCtor. Tholaſ. c.10. in fin.* Ideoq; meritò Hottom. *in ver. perduelles.* quartam inter crimen majeſtatis & perduellii differentiam ſtatuit: quod illi relegatio, huic manus Carnificis pœna fuerit. Quanquam enim *Carnifici nefas eſſet civem Romanum tangere:* Cic. *pro Rabir:* tamen poſtquam perduellio quis judicatus erat, civium privilegio ulterius non gaudebat, id quod ſufficienter colligitur ex iis, quæ notavit Sueton. de morte Neronis. *in Neron. c.49. Inter moras,* ait, *perlatos a curſore codicillos præripuit, legitq; ſe hoſtem à ſenatu judicatum, & quæri, ut puniatur more majorum, interrogavitq; quale id eſſet pœnæ genus. Et cum comperiſſet, nudi hominis cervicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus duos pugiones arripuit, &c.* Ad hunc modum damnandus fuiſſet Horatius, *lege horrendi criminis,* cujus meminit Cic. *pro Rabir.* Sic enim pater pro filio deprecans: *Huccine, quem modo decoratum ovantemq; victoria vidiſtis, Quirites, ſub furca vinctum inter verbera & cruciatus videre poteſtis?* Liv. *li.1.* & licet benignitate populi abſolutus eſſet, à luſtratoribus tamen ſub jugum miſſus, perduellionis ſpeciem aliquam præbuit, quam civis ſubire nunquam potuiſſet. Halycarn. *lib.3.*

12. *Crimẽ majeſtatis nunquam committitur niſi à ſubdito.*

Hæc igitur eſt ſecunda ſpecies perduellionis, quæ à nemine committitur, niſi à ſubdito. *Clement. paſtor. & ibi gl. in notab in pr. & in ver. non ſubfuit de ſent. & rejud.* Bartol. *in Extrav. Qui ſint rebell. in ver. Rebellando n.8.* Peregrin. *de publicat. bonor. n.18.* Roland. à Vall. *conſ.4. n.1. conſ.15. n.7. lib.1. qui communem dicit,* Clar. *§. læſæ maj. num.6.* Gygas *de crim. maj. q 68. n.2.* Gail. *de pac. publ. c.13. n.19. li.2.* Roſenth. *de feud. c.5. concl.69. n.5.* Zoaretz. *in comm. opin. lit. M.* Quod enim in familia eſt parricidium, id in rep. perduellio, niſi quod hæc eo gravior, quò magis publica, & in plurium perniciem ſimul tendit. Proinde Paurmeiſt. *li.1. de Iurud. c.3. n.22.* immeritò taxat Bodinum, quod definierit

Digitized by Google

nierit majeſtatem tantum reſpectu ſubditorum, cum vim quoque habeat in peregrinos,qui vel contrahunt vel delinqunt, vel res in ditione Reip.ſitas habent. Propriè enim majeſtas, cum ſit caput Reip non refertur,niſi ad cætera membra,in quæ plenam exercet juriſdictionem,in cæteros non niſi conditionalem & ex accidenti. Nec Scip. Gent. *li.1. de conjur.c.1.in verb.quisquis*, putat *d.l. quisquis* teneri etiam non ſubditos, quatenus in eorum bona aut corpora majeſtas imperium habet. Nam puniri quidem debent,ſed non tanquam majeſtatis rei,cum eam,cui non ſunt obſtricti,ut majeſtatem non lædant.

Qui igitur vaſallus tantum eſt, non ligius, nec aliâ ratione ſubjectus, crimen majeſtatis non committit, ut communiter tenere Dd. aſſerit. Boſſ. *tit.de crim.læſ.maj. num. 106.* & eſt proprius caſus *in d. Clement. paſtoralis.* ubi pontifex negat Robertum potuiſſe in Imperatorem crimē majeſtatis committere, *quia eo modo ipſi non ſubfuit,quippe domicilium ſuum non in imperio habens,nec originem inde trahens*, licet Bartol. *in Extrav. Qui ſint rebell.n.8. in ver. rebellando*, Robertū propterea potuiſſe majeſtatis læſæ accuſari dicat, quod Imperio ratione Comitatus provinciæ ſubjectus fuiſſet. Fuit ea quoque quæſtio diſputata inter Carolum Andegavenſem, & Conradinum regni Neapolitani legitimum hæredem, quem ille bello captum ad mortem damnarat. Reus enim excipiebat,ſe utpotè Carolo nōn ſubjectum non potuiſſe quicquam morte dignum in eum committere. Et ut tale quid commiſiſſet, nullam tamen æquali in æqualem competere poteſtatem, quemadmodum Protonotario, ſententiam pronuncianti,in faciem dixit: *Serve nequam: Tu reum feciſti filium Regis, & neſcis, quod par in parem non habeat imperium.* Summon. *lib 2. hiſtor. Neapol. in Car. I.* Paribus fundamentis niſa eſt Maria Regina Scotiæ, cum à ſuis regno excluſa,& ab Eliſabetha Angliæ Regina, poſt novendecim annorum captivitatem, morte multata eſt, quod cum Duce Northfolcio, aliiſque exteræ nationis,& religionis principibus contra Reginam Angliæ totamque Remp.& eo tempore præſentem religionis ſtatum conjuraſſet. *Mais, ce dit elle, ou trouuez vous, que ce mot de conjuration puiſſe eſtre dit & approprié de Souuerain à Souuerain? Cela s' adapte ſeulement à un ſubiect, lors qu' il entrepend quelque faction contre ſon prince.* Paſquier. *liur.5. des recerch.de France chap.14.* nec aliud urgebant legati Gallici,niſi quod non ſubjectus non poſſit conjurationis accuſari, quodque reginæ in reginam nulla competat juriſdictio. Fizinger: *Auſtriac.in Hiſt.4. Monarch*: Oportet autem in hoc caſu diſtinguere perſonam à majeſtate, quandoquidem hæc Reipubl. & ſubditorum terminos non excedit: illa, ubi alienam Rempubl. ingreſſa, in illam peccavit, alienà majeſtate quoque coërceri poteſt.

Malè enim ageretur cum Rep. ſi extraneo liceret impunè illi injuriam facere: & quare nefas ſit in ejus corpus advertere, in quem, ſi tale quid in ſuâ Rep. contra te commiſiſſet, exercitum ducere jure poſſis. Aut quid eſt bellum, eſſe ſanè debet, niſi commune ſupplicium? Profugerat Cleomenes ad Ptolemæum Ægypti, nec propter exilium jus & nomen regium perdiderat: Et tamen, cum contra regem conſilia iniiſſet, eaque ne detegerentur, ſuſpicatus, ſibi ipſi manus intuliſſet, Rex cadaver mortui ad furcas trahendum judicavit, Plutar. *in Cleom.* idem de vivo, niſi præveniſſet, ſtatuturus. Et quis raptum Helenæ excuſatum putaverit ex eo, quod raptor erat filius Regis, qui à Menelao ob defectum juriſdictionis puniri non potuiſſet. Certè legatos non tantum jus ſuorum principum, ſed etiam jus gentium tutos facit, unà cum Oratoribus & comitibus, *l. lege Iulia 7. ad l. Iul. de vi publ.* Si tamen quiſquam eorum proditioni ſe miſcuerit, ſi contra Remp. egerit, ſi aliud quicquam gravius perpetraverit, jure gentium ulterius tutus non eſt, qui illi primus reſignavit. Paſchal. *de legat. cap. 66. 67* Hottoman. *en ſon Ambaſſad. chap. 3. Legati*, ait, Theodahadus, *prærogativa tuti ſunt, quoad ipſi ab officio non recedunt. Nam eos licet occidere, ſi in regem contumelioſi fuerint, aut ſi pudicitiam alienæ uxoris contrectarint.* Procop. *ti. 1. bell. Gall.* Alexander Amyntæ regis Macedonum filius Perſarum legatos ad unum omnes trucidavit, quod impudicius cum parentis concubinis converſati fuiſſent. Herodot. *lib.* Caſſander proditionis reum egit Demadem Athenienſium legatum, quod Antigonum invitaſſet ad occupandum regnum Græciæ & Macedoniæ, quod non niſi putrido filo pendere dicebat, ideoque eum capite multavit. Imò de Legatis Bonifacii IIX. ad Philippum Bellum, quod injuriis plena mandata tuliſſent, cenſuit Curia, *que toutes ces ambaſſades ſeroient mitrez, barbouillez & trainez dans un tombereau par l' executeur de juſtice, en ceſte cour, ou ilz ſeroient expoſez aux riſeez & maudiſſons du peuple. Chr. Britan. li. 4. c. 14.* Eſt enim quiſque domi ſuæ moderator & arbiter, nec alterius imperium agnoſcit, quod uti dixi, Reip. terminos non egreditur. *Vide diſcurſum: Si la Roine d' Eſcoſſe eſt juſticiable de la Roine d' Angleterre, inſertum in vol. 1.* des Memoir. d' Eſtat ſoubs Charl. IX. Nec tamen peregrinus crimen majeſtatis committit, perindè ut ſubditus, quoniam nec fidem tuendæ Reip. dedit, nec ut id faciat, natura vel ex pacto obligatus eſt, quæ cauſa inter cæteras eſſe potuit, ut Romani, cum cives, qui cum legatis Tarquinii contra libertatem Reip. conjurarant, extremo ſupplicio afficerent, legatos tamen, *quanquam videbantur commiſiſſe, ut hoſtium loco eſſent*, incolumes dimitterent. Liv. *lib. 2. in pr.* Qua enim ex cauſa iidem Romani cives, qui ad Hannibalem perfugerant, atrociùs quam ejuſdem ſceleris reos ſocios puniverunt, ex eadem gravius peccare cenſendus, qui cum ſit ſubditus, majeſtatem lædit, quam qui

qui id facit, nullo ipſi fidelitatis vinculo obſtrictus Hoc igitur tantum crimen tàm ſeveriter puniverunt legum latores, quod eò diligentius hoc loco deduximus, quod ad locum de majeſtate pertineat.

Fiſcus autem ex eo ſibi vendicat bona illud committentium, *c.un. quæ ſint regal.* quoniam, quicquid ſentiat, in contrarium Boſſius, *in tit. de ſent. n.48.* huic crimini de jure annexa eſt bonorum confiſcatio, ita ut nulla præterea opus ſit ſententia: *Eorum bona confiſcamus*, qua in aliis criminibus opus eſſe dicit Angel de Aretin. *in tr. maleficior. in gl. ſuper ver. Ejus bona publicamus.* Chaſſàn. *conſ. Burg. rubr. 2. §. 1. verſ. Il confiſque les biens. n. 3. 4.* quoniam legibus jam ſententia lata eſt. *l. quisquis, C. ad l. Iul. maj l. quincunq; l. ſi quis, auth. Bona proſcript. C. de bon. proſcript. l. ex judiciorum, C. de accuſation. l. poſt. contract. de donat. Clar. §. læſæ maj. n. 9.* Damhud. *pract. crim. c. 66. n. 1.* Ideoque ſtatim, ut D. Severus & Antoninus reſcripſerunt, *ex quo quis hoc crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare aut manumittere poteſt, ſed omnium eorum adminiſtrationem perdit, l. ex judiciorum ff. de accuſat. l. quisquis. §. Emancip. l. ult. C. ad l. Iul. maj. l. donationes in concub. §. fi. ff. de donat. l. quæſitum, qui & à quibus, l. litigator C. de fructibus & lit. expenſ. c. ſi quis cum milit. 6. q. 1. c. cum ſecundum de hæret. in 6. c. 1. de homicid. in 6.* Bartol. *in l. poſt contract. ff. de donat. n. 12.* Decian. *in pract. crim. li. 7. c. 40. n. 6.* Gomez *variar. reſolut. tom. 3. c. 2. n. 11. & 17.* Bocer. *c. 3. n. 89. 90. & ſeqq. de regal. fiſci quibus conſonat conſtitutio Imperii An. 1559. §.* damit dann hinfüro. *Item in aur. bull. c. 1. verſ. Quisquis inſuper.* Secundum hos verò retinet dominium usq; ad ſententiam condemnationis, *l. defenſionis facult. is C. de jur. fiſc. lib. 10.* Gail. 2. *de pac. publ. c. 3. n. 15. per d. l. quæſitum,* Bocer. *c. 3. n. 125. & ſeqq. de regal. fiſci.* quod jure Hiſpanico una cum adminiſtratione à die peccati ad fiſcum tranſit. *part. 2. tit. 2. lib. 4.* Atque ita, ut primum conſtitit Romæ Tarquinium ejectum machinatum fuiſſe occultas contra Remp. conſpirationes, patres plebi regia bona diripienda dederunt. Liv. *lib. 2.* De Sp. Melio ſententiam tulit Dictator, *ut bona contacta pretiis mercandi agri publicarentur.* Liv. *lib. 4.* De Cicerone Clodius, ut facultates ejus in publicum redigerentur. Dion. *lib. 39.* De M. Lepido ſenatus idem cenſuit, quæ res tantum apud avaros principes incrementum ſumſit, ut rectè ſcripſerit Plinius *in Panægyr. Locupletabant fiſcum & ærarium non tàm Voconiæ & Iuliæ leges, quàm majeſtatis ſingulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacarent*, & Saluſtius multos innoxios proſcriptos teſtetur tantum, *quod divites eſſent in Orat. Lepid.* A triginta Athenienſium Tyrannis etiam Niceratus Niciæ filius damnatus legitur, quia ditiſſimus erat. *Qui propter iram aut inimicitias necabantur à Sylla, vix minimam partem eorum æquabant, qui propter opes occiderentur: quippe ipſis percuſſoribus ſubibat dicere: Hunc ædium ſplendidarum cauſa jugulari, illum horti, alium thermarum. Et Q. Arbelius, vir otio totus deditus, qui non alia ratione ad ſe pertine-*

Digitized by Google

pertinere iſta malè putabat, quam ut aliorum calamitates miſeraretur, in forum progreſſus, tabulam proſcriptionis legit, in qua cum ſuum quoque nomen reperiſſet, eheu, inquit, me miſerum, prædium in Albano meum me perſequitur. Plutarch. *in Syll.* Apud Majores & ex decreto etiam Severi tum demum bona damnatorum fiſco attribuebantur, quando nemo damnati liberorum exiſtebat, *l. Horum 9. ad l. Iul. maj.* Corraſ. *Cent. Sẽtor. Tholoſ. c. 10.* filiique Caſſii Senatoris, cum pater hoſtis à ſenatu judicatus eſſet, amplius mediâ parte paterni patrimonii acceperunt, auroque & argento adjuti ſunt. Capitolin. *in M. Anton. Philoſ.* Ideoque Vellej. Paterc. *lib. 2.* in proſcriptionibus Syllanis, tanquam rarum & inſolitum adjectum dicit, *ut bona proſcriptorum venirent, excluſiq; paternis opibus liberi etiam petendorum honorum jure prohiberentur: ſimulq; quod indigniſſimum eſt ſenatorum filii & onera ordinis ſuſtinerent. & jura perderent,* & Plut. *in Syll. Maxime,* inquit, *hoc iniquum erat, quod proſcriptorum filii nepoteſq; notarentur infamia, & à bonis parentum repellerentur,* reprehenditque Cajum Joſeph. *19. antiq. c. 1. in pr. quod non tantum cædibus omnia miſcuerit, ſed & confiſcationibus, quæ tùm ferè accidebant præmium cædis.* Poſteris verò temporibus pro parte ſupplicii introductum fuit, ut ſuperſtitibus liberis alimenta eri-

14. *Crimē maieſtatis divina.*

perentur. *l. quiſquis, §. 2. C. ad l. Iul. ma.* Quod verò de humanæ majeſtatis læſione diximus, idem fortiori ratione intelligendum erit de ſummâ læſione ejus majeſtatis, de quâ Ovid.

Sacra maieſtas, quæ mundum temperat omnem,
Quaq; die parta eſt, edita magna fuit.

Summam dico, quia & ipſa multifariam læditur perjuriis, abuſu nominis divini, magicis incantationibus, quæ licet acriter puniantur, vel usq; ad vitam, quoniam *æquum eſt, ut immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, l. Quicunq; in fin. C de hæret.* bonorum tamen confiſcationem annexam non habent, quam hæreticorum pœnam ſtatuit Pontifex *c. Vergentis de hæretic. c. cum ſecundum de hæretic. in 6.* Tempore Imperatorum cum hæretici deportarentur, *l. Quicunq; C. de hæret. l. ult. C. de Apoſt.* & deportatio inferret bonorum amiſſionem, *l. Ea ſola 97. de Reg. Iur. l. bona 39. de jur. fiſci l. de bonis de bon. damn. l. deportatorum, C. de pœn.* cum deportationis ipſum per ſe nomen rerum omnium ſpoliatio ſit, *ut ait l. un. C. Theod. de ſent. paſſ.* etiam bona ſua eos amiſiſſe ſequitur, quæ tamẽ liberis Catholicis Imperatores relinquunt, *l. Manichæi 15. l. cognovimus 19. C. de hæret.* & Cujac. *lib. 12. obſ. 30.* quod *in l. Manichæos 4. §. 1. in fin. C. Eod.* dicitur: *Bonorum etiam omnium publicatione eos perſequimur,* ſupplendum cenſet *ex C. Theod. & Baſil.* ubi adjicitur, quod Manichæis ablata bona ad proximos hæredes devolvi debeant. Juſtinianus enim *in auth. Bona damnator, C. de bon. proſcr.* vetuit, *proſcriptorum bona ſecundum leges veteres fiſco applicare, ſed aſcendentibus & deſcendentibus, & ex latere usque ad ter-*

Digitized by Google

ad tertium gradum, ſi ſuperſint: (Hos ex latere addidit Irnerius, cum eorum *in Novell. 134* §. *ult* non fiat mentio.) *Quod ſi neminem prædictorum habeant, qui deliquerunt, tam demum eorum bona fiſco ſociantur.* Æquitati enim conſentaneum, ne filius ſubeat delicta parentis, prout ex ſacris literis ſupra oſtendimus, quas Gomez *tom.3.variar.reſol.c.2.n.13.* malè interpretatur ex Innocentio & Abba. quaſi de pœnis divinis tantum loquantur, cum *4.Reg.c.14. 2.Paralip.25.* apertè referatur dictum, *Deut.24.* ad ſupplicia corporalia, quibus Amaſias Rex multabat regicidas.

15. *Deportatorum bona cur confiſcata.*

Qui verò deportatis primus facultatum ſuarum copiam abſtulit, iis quidem damnum intulit, filiis non nocuit. Tantum enim id ſpectavit, ne bonis ſuis in exilio fruentes, ſupplicii pœnam nullam ſentirent, ſicut Gallius quidam, in Lesbum Inſulam relegatus, omni genere voluptatum, quibus ipſum domi juxta uxorem carere oportuiſſet, perfuſus vixit. Quod ubi Romæ compertum eſt, ab exilio revocatus novo pœnæ modo in domum apud uxorem condemnatus fuit. Michael. Montaig. Liv. 1. *des Eſſ. cap. 29.* Idem cum intellexiſſet etiam Cæſar, *pœnas facinorum auxit, & cum locupletes eò faciliùs ſceleri ſe obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas bonis omnibus, reliquos dimidiâ parte multavit.* Sueton. *Cæſ.c.42.in fin.* Triumviri, cum conjurati Romam rediiſſent, in proſcriptionibus bona accuſatorum magis quam culpam ſpectarunt, adeò ut propter divitias etiam multos, non proſcriptos periiſſe teſtetur Dion. *li.47.* Quin & Fulvia maritusq; ejus Antonius, ſalutem nonnullis dederunt, accepta majori ob iis pecunia, quam quantum cæſis ipſis reportaturos ſperaverant. Dion. *ibid.* Tandem Auguſtus, ut modum huic rei poneret, deportatis conceſſit quingenta millia non amplius nummûm. Dion. *lib. 54.* Tiberius verò teſtamenti factionem iis prorſus ademit. Dion. *li.57.* cujus legem interpretans Cajus *l. Ejus 8. §.1. qui teſtam fac. poſ. ſi cui*, inquit, *aqua & igni interdictum ſit, ejus nec illud teſtamentum valet, quod ante fecit, nec quod poſtea fecerit, bona quoque, quæ tum habuit, cum damnaretur, publicabuntur, aut ſi non videantur lucroſa, creditoribus concedentur.*

Cæterum Juſtinianus, licet proſcriptis bona non relinquenda putaverit, tamen nec fiſcum cum aliena jactura ditare voluit: *Novell. 134. §. non ſolum verò Auth.fin.C.de bonis proſc.* Sed ea hæredibus adjudicavit, qui alias magis punirentur, quam damnatus, contra rationem legis. § *oportet Nov 17.* Chaſſan *de Conſ.Burg.rubr.2.§.1.verſ. Qui confiſque le corps num.3.in fin.* Myndan. *de mand.jud.li.2.c.43.num.20.* Clarus *lib.5.ſent. §.fin.q.78.n.* Fachin. *lib.1. Contr.civ. li.1.c.35.* Merito enim inter ſpecies crudelitatis Tiberij recenſet Sueton. *in Tiber.c.61.* quod *nemo punitorum in Gemonias non ſit abjectus, uncoq; tractus.* Huic enim ſupplicio conjuncta erat bonorum publicatio, Tacit *6. Annal.* quod non niſi ex graviſſimis cauſis inferri debet, ideoq; idem Tiberius

Digitized by Google

16. rius damnatur ab eodem, *c.49.* quod *Galliarum & Hiſpaniarum Syriæq; & Græciæ principes confiſcarit, ob tàm leve ac tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud ſit objectum, quam quod partem rei familiaris in pecuniâ haberent.* Ex quo judicium licet ferre de conſuetudine Anglorum, qui omnium

Damnatur lex Anglorum. ob quodcunque ſcelus morti damnatorum bona fiſco attribuunt, niſi bis vel ter interrogati culpam contumaciter confiteri negent. Than is he, the Wil not answere/directly guilti or not guilti/judged mute/that is/ dumme by contumacie and his condemnation is to be preſsed to death/Whih is one of the cruelleſt deathes/ that may be: hee is layd upon a table and anothor upon him / and ſo much Waight of ſtones or leade laid upon that table/ While as his body be cruſhed/ and his life by that violence taken from him.

Similem ferè ſupplicii modum apud Perſas uſitatum reperimus, qui proditores inter duas cymbas compreſſos, extantibus pedibus manibusque, tam diu detinuerunt, donec fame aut putredine perirent. Plut *in Artoxer:* Et quanquàm duriſſimum id ſupplicium eſt, inveniuntur tamen tanto erga hæredes familiamque affecti amore, qui illud ſubire malunt, quam eos ſperata hæreditate privare, ſicut his verbis docet Smith. *in the Common VVealth of England.* This death/ ſaith he, ſome ſtrong and ſtout hearted man doth chooſe for beeing not cõdemned of felonie/ his bloode is not corrupted/ his landes/nor goods confiſcate to the prince/Wich in all caſes/ of felonie are commonly loſt from him and his heires/ if he be ſore juged/ that is / condemned for a felon by the lawe. *lib.2.c.26.* Eodem modo Tiberius bona eorum, qui ante damnationem manus ſibi intuliſſent, illibata hæredibus reliquit. *Paucorum,* ait Dion. *lib.58. qui ſe ante diem judicii ipſi interfeciſſent, bona publicata ſunt: quod Tiberius homines ad conſciſcendam ſibi ipſis mortem alliciebat, ne ipſe eos necaſſe videretur.* Itaque Cremutius Cordus, Piſo, Tacit. 4. *Annal.* Pomponius Labeo cum uxore Paxæa, Tac. *6. Ann.* & innumeri alii damnationem voluntariâ morte præverterunt. Dion. *li.58.* Nam *promtas ejuſmodi mortes metus carnificis faciebat, & quia damnati, publicatis bonis ſepultura prohibebantur: Eorum, qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta, pretium feſtinandi.* Tac *6. Ann:*

Gallorum. Sed ut ad Anglorum conſuetudinem redeamus, ea etiam in Burgundiæ, Borbonii, Nivierniæ ducatu, & in præpoſiturâ Pariſienſi obſervatur, Chaſſan. *de conſuet. Burg rubr. 2. § 1. in princ. num. 6.12.* ut & in Lotharingia, Petr. Frederus Mynda: *de mand. jud. lib. 2. cap. 43. n. 19.* & aliis provinciis Galliæ. Pontan. *in conſuet. Bleſenſ. mihi fol. 154. coll 2. in pr.* Corraſ. *in Arreſt. Tholoſ. annot. 115.* Arnold Ferron. *in conſ. Burdegal. lib. 2. tit. 12. de furibus arbuſto:* ubi generalis regula eſt: *Qui confiſq; le corps, il confiſque les biens.* Item, *Tout ce, qui eſt ſoubs la ceinture, appartient au maiſtre des hautes oeuvres.* Duarenus *ad tit.*

de bon.

de bon. damnat in pr. Cæterum, uti dixi, non ſunt alii pro aliis puniendi, nec vero res quicquam commiſerunt, ſed homines, quibus idcirco pœna irroganda, & non rebus, nec ſucceſſoribus, *§. oportet Novell. 17.* & huic juri conformis eſt conſuetudo Saxonica Landrecht *art. 31. li. 2.* Weſenbec. *in parat ff. num 6. in pr. de bon. damn* quam cæteris meritò præferimus, cum *in pœnalibus ſemper ſequenda ſit ſententia mitior*, & Bononiæ, licet ſtatutum aliter diſponat, tamen de conſuetudine ſervatur, ut bona non publicentur, quæ conſuetudo fuit confirmata *ex bull. Pii IV.* Bajard. *in addit ad q. 78. Clar. n. 9.* Nec Neapolitani puniuntur bonorum publicatione, niſi in crimine hæreſis & læſæ majeſtatis; Afflict. *in conſtit. Amatoria pocula post n. 3. lib. 2.* quæ ſunt crimina læſarum majeſtatum hactenus explicata & excepta *in auth. Bona C. de bon. proſcr.* ex qua tradunt Clar. *in pr. crim. q. 78. n. 1.* Boër. *deciſ. 264. num. 15.* Bonac. *in com. op. verb. Confiſcari*, confiſcationem per totum mundum, excepto caſu majeſtatis, abolitam, quibus contradicit C*onſt. crim.* Car. V. *art. 218.* Landrecht/ *art. 84.* Rauchdorn. *in proceſſ. par 2 art. 7 §. Inceſtus n. 2.* Borcholt. *in c. un. quæ ſint regal n. 8.* Vivi: *deciſ. Neap. 244. n. 1. li. 2.*

17. *Caſus, in quibus bona Reorũ confiſcantur.*

In quibus verò caſibus præterea fiſcus lucretur bona damnatorum bannitorumve, *vide c. cum ſecundum ubi gl. de hæret. in 6.* Peregrin. *de jur. fiſc.* Franciſ. Lucanum *de privilegiis fiſ. in. 2 part. princ.* Ludovicum Creſſoles *tr In quibus caſibus jure civili omnium bonor. vel partis publicatio ſit indicta*, *qui ponit caſus 250.* Chaſſan. *in conſ. Burg. rubr. 2. verſ. 1. n. 19. & ſeqq. qui 72. caſus enumerat:* Damhud. *pract. crim. cap. 66. qui ponit caſus 67.* quorum pauculos tangit Clarus *q. 78. li. 5. ſent. n. 3.* & allegat Calicium *418. caſus enumerantem.* Bocer. *c. 3. de regal. fiſci.* Heig. *li. 2. quæſt. 33. n. 52. remiſſive.* Latiſſimè enim patet jus illud, quod Imperator complexus eſt his verbis: *Bona condemnatorum & proſcriptorum ſecundum quod in novis conſtitutionibus continetur, c. un. quæ ſint regal.* Item *pœnarum multarumque compendia*, ubi pœnas & multas diſtinguit à ſe mutuo, quoniam nonnihil inter utraſque eſt diſcriminis, Rebuff. & Goddæ: *ad l. aliud fraus eſt 131. §. inter multam. ubi tex. de Verb. ſign.* Borcholt. *de Regal. n. 65.* Sixtin. *c. 10. uſq; ad n. 25.* Sed ad fiſcum pariter redigit, quod jam ante de jure communi obtinebat *l. quicunq; §. Univerſi in ſi C. de hæret. l. Nemo venerandi in fin. C. de pagan. l. qui ſepulchra C. de ſepulchr. viol. l. prætor. § Divus Hadrianus 5. ff. Eod. l. multarum. C de mod. mult.* ubi Imperatores *multarum ſevera compendia, ærario protinus eſſe quærenda ſtatuunt, niſi judex id, quod ad pœnam admiſſi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputaverit*, ex qua limitatione ortum traxit Germaniæ Galliæque conſuetudo, ut multæ pœnæq; compendia ſint de fructu juriſdictionis, Chaſſan. *de conſuet. Burg. rubr. 2. §. 1. verſ. Et appartient, num. 2.* Sixtin. *de Regal. c. 10. n. 65.* Weſenbec. *de mod. mult. C. n. 6.* quia cum habentes juriſdictiones expenſas judiciorum ferant, æquum eſt, ut ſentiant lucrum,

Multæ ſũt de fructu juriſdictionis.

Digitized by Google

qui ſentiunt incommodum, Chaſſ *d.verſ.n.31.* Bajard. *in addit.ad* Clar.*q.78. n.2.* ideoq; principes ſinunt eos frui multarum compendiis, ſicut Imperatores earum utilitates inferioribus magiſtratibus conceſſerunt, *in variis politiarum reformationibus, An.1530. 1548.1577.*

Inceſtus. Inter alia verò crimina, ex quibus bona committentium fiſco inferuntur, præcipuè nominat Imperator *inceſtum matrimonium*, quod & *nefandum.§.ſancimus Novell.12.* ſeu *nefarium*, *§.Ergo non omnes Inſtit.de nupt.* quia inter illicitos coitus maximè deteſtabilis eſt inceſtus, *l.ſi adulterium cum inceſtu §.ſtuprum ad l.Iul.de adult.gl.in c.& ſi clerici §.de adulteriis de jud.* Menoch. *arb. jud.quæſt caſ.502.n.35.* Damhud. *pract. crim.c.96.n.1.* ideoque illum committens, ut in crimine majeſtatis; ſtatim amittit bonorum ſuorum adminiſtrationem, quia ipſo jure confiſcantur, ut prolixè diſputat Covar. *de matrimon. part.2.§.8.n.6.7.* Choveronius *tr.de publ.concubinar.tit.de inceſt.num.11.& 12.* Grilan. *de pœn omnifariam coitus li.3.q.2.n.7.* Clar *li.5.ſent.* §. *Inceſtus n.2.verſ. Et ſcias quod diſpoſitio*, & quæ *commiſſa ſunt, ſtatim deſinunt eſſe ejus qui crimen contraxit.l.commiſſa de public.& vectig.l.Cajus ff.ad Syll.* Bona autem inceſtuoſorum commiſſa eſſe ex *c.accuſatur.§.penult.c.cum ſecundum de hæret.in 6.* patet, & Juſtinianus, *Nov.12.§.ſancimus*, unde Irnerius excerpſit Authent. *Inceſta C.de inceſt.nupt.* correxit legem Arcadianam *l.ſi quis inceſti* C. *Eod.* quæ proprias facultates delinquenti, quoad vivit, relinquit, adeoq; omnem ſubſtantiam inceſtu commaculatis abſtulit, ut nec liberos ex inceſtu natos à patre ali voluerit, *Auth.ex complex.* C. *Eod.* nedum, ut ſucceſſionem iis in bonis paternis permittat. Simili ſeveritate Auguſtus *ex nepte Iulia poſt damnationem editum infantem agnoſci aliq; vetuit.* Suet. *in Aug. c.65. in fin.* Sed huic pœnæ lineam induxit æquitas, ut argumentum deſumitur, *ex c. cum haberet in fin. & ibi gl. in verb.ſecundum facultates de eo, qui duxit in matrim.* quoniam naturaliter unicuiq; alimentum debetur ex eo, ex quo natum eſt, *l.unusquisque* C. *de infant.expoſ.* & necare videtur, qui nō nutrit *l.necare de liber.agnoſc.* Nec tàm ſeveriter caſtigandus, qui non ſuo ſed alieno delicto damnatur. *l. legem Anaſt.* C. *de nat.lib.* nec *diminuendus ſtatus ejus, qui nihil aliud admiſit*, ut de inceſtuoſis dicit ipſe Papinianus, *l.Spurii ff.de decur.in pr.* Franciſ. Conn. *li.8.comm.* Sixtin *de Regal c.10.n.20.* Liberis verò, ſi qui ſunt juſto matrimonio prognati, fiſcus præjudicium creare non poteſt, quin potius illum excludunt & bona à parentibus perdita, acquirunt. *l. ſi quis inceſt.* C. *de inceſt. nupt §.ſi vero Nov.12.* Quod ſi nulli deſcendentium poſt tertium, aſcendentium poſt ſecundum gradum ſuperſint, *d l ſi quis inceſt.* Borch. *de Regal.n.80.* tùm fiſcus ſuccedit in locum hæredum, quod § *ult.Nov.134.* correctum non eſt, ſiquidem non ſuas Novellas, ſed antiquas leges corrigere voluit Imperator, ſicut nec derogavit, *Novellæ 117.* quæ bona ejus, qui poſteaquam voto ſtudioq; caſtitatis primam uxorem reliquit, vel ſtupro contaminavit ſe, vel

ſecun-

ſecundam duxit, liberis addicit, vel his deficientibus, fiſco. Cujac. *ad Nov. 12.* & ex eo Sixtin. *de Regal. c. 10. n. 18. & ſeqq.* Clar. *lib. 5. ſent. §. ſucceſſio n. 2. verſ. & ſcias* Boer. *deciſ. 264. n. 12* quos allegat & ſequitur Menoch. *caſ. 502. num. 49.* Atque hæc ſunt bona ereptitia, quæ jure ſuo fiſcus privatorum bonis ſibi vendicat: quibus porrò accenſentur bona indignis ablata. 18.

Sed de his videantur Icti, nos pergemus ad ea, quæ nemini quidem eripiuntur, ſed tamen, quia poſſeſſorem non habent in fiſcum recidunt. Ea negat Bodin. *1. de Rep. c. ult.* ad jura majeſtatis pertinere, quod jure Romano ea cuique vendicare liceret, *l. 1. ff. pro derelict.* nunc verò tantum iis, quibus imperium eſt & juriſdictio legibus vel moribus conceſſa. Licet enim conſuetudo nonnullarum provinciarum eò devenerit, ut non tantum hæc, ſed & alia fiſci jura habeantur pro fructibus juriſdictionis: tamen de jure ea non deſinunt eſſe Regalia, nec competunt inferioribus magiſtratibus, niſi titulo conceſſionis vel præſcriptionis: Soli verò majeſtati primò & per ſe. Nec quicquam facit. *l. 1. de relict.* cum aliud ſint bona vacantia, aliud res pro derelicto habitæ. Res quidem derelictæ, ad quas ſolas Bodin. videtur reſpexiſſe, conſuetudine Gallicâ deferuntur domino territorii, & ejus fiſco, ſi poſt certum præfinitum terminum proclamationesq; factas Dominus inventus non fuerit, inferuntur, Chaſſan *conſ. Burg. rubr. 1. § 1. & 2.* Sed hæ cum bonis vacantibus confundi non debent. Bona enim vacantia tum dicuntur, *ſi nemo ſit, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poßit, aut ſit quidem, ſed jus ſuum omiſerit,* Ulpian. *in fragm. Inſt. tit. 28. verſ. Inteſtati.* Quando verò nemo ſuperſit, indicant Imperatores: *in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10.* ſcilicet *ſi quis ſine legitimo hærede deceſſerit,* id eſt, *ſi nullum ex qualibet ſanguinis linea vel juris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem,* quæ ſunt verba legis, *Vacantia C. Eod.* ubi non ſolum aſcendentium, deſcendentium & tranſverſorum interitus requiritur ad hoc, ut bona ſint vacantia, ſed etiam conjugum, ut expreſsè deciditur, *in l. ult. ibi vel uxore vel marito* C. *de petit. bon. ſubl. li. 10. l. un. ff. unde vir & uxor. l. un.* C. *Eod.* qui juris titulo *in d. l. vacantia* comprehenduntur. Hæc autem bona, ait Leo Imper. *nemo dubitet fiſco vendicari. l. Jubemus omnes, verſ. Nam cum hoc* C. *de præpoſ. ſacr cubic. lib. 12. l. 1. l. vacantia. l. ult.* C. *de bon. vacan. lib. 10. l. ult. de petit. bon. ſubl.* quod etiam dicunt *Incorporare, In rubr.* C. *de bon. vac. & incorp.* ſeu *rei ſuæ addere, l. ſi quando 3.* C. *Eod* ſeu *ſuo nectere patrimonio, l. ſi quis intra* C *de bon. proſc.* tantumque abeſt ut in hæc ulla poteſtas ullumve jus fuerit cuilibet privato, ut innuit Bodinus, ut Imperatores Theodoſius, & Valent. tum quidem privatis eorum poſſeſſiones relinquendas velint, quando petitionibus eas ab Imperatore impetraverint, *d. l. ult.* C. *de petit hæred. ſubl. li. 10.* & Diocletianus Maximinusq; etiam civitates repellunt, *quæ ſibi rerum earum vindicandarum jus veluti ex permiſſu vendicare, nituntur, & deinceps* ajunt, *quæcunq; inteſtatorum bona civitatibus obtentu privile-*

Bona vacantia.

Quid ſint bona vacantia.

Digitized by Google

giorum ſuorum occupata eſſe compereris, ad officium noſtrum ea revocare non dubites. l.1 C.*de bon.vac.li.10.* Tum demum verò fiſci jus incipit, quando diligenti inquiſitione facta, publicaq; proclamatione nullus legitimus, idoneusque ſuccedere, hæres occurrit, *l.ſi quis contra* C *de bon. proſcr. l.3. l.ult.* C. *de bon. vac.lib.10.* Chaſſan.*conſ.Burg.rubr.1* § *2.verſ.Criè par trois edicts. n.1.* qui quam diu ſupereſt. injuria hæreditatem fiſcus ſibi arrogat, ſicut Domitianus *alieniſſimas hæreditates confiſcabat, vel exiſtente uno, qui diceret, audiſſe ſe ex defuncto, cum viveret, hæredem, ſibi Cæſarem eſſe.* Suet.*in Domit. c.12.* Exemplum ſumſit à Caligula, *qui non tantum teſtamenta Primipilarium, qui ab initio principatus Tiberii, neq; illum neq; ſe hæredem reliquiſſent, ut ingrata reſcidit: ſed & cæterorum, ut irrita & vana, quoſcunq; quis diceret hærede Cæſare mori deſtinaſſe. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares & à parentibus inter liberos palàm hæres nuncuparetur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem vivere perſeverarent:* Sueton. *in Calig.c.38.* Ante utrumq; idem mos Tiberio, à quo conſtat, *Cn. Lentulum Augurem, cui cenſus maximus fuerat, metu & angore ad faſtidium vitæ actum, & ut ne quo, niſi ipſo, hærede moreretur.* Sueton.*in Tiber.c.49.* nec defecit, ut aliarum, ita harum quoq; Tyrannidum imitator Nero, qui ante omnia inſtituit, *ut è libertorum defunctorum bonis pro ſemiſſe dodrans cogeretur ei, qui ſine probabili cauſa eo nomine eſſent, quo fuiſſent illæ familiæ, quas ipſe contingeret, deinde ut ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent, &c.* Sueton. *in Neron c.32.* Quanto rectius Paulus.*l.ult.de teſt. & qui teſt. fac. poſſ. Ejus bona,* inquit, *qui ſe Imperatorem facturum hæredem jactaverat, à fiſco occupari non poſſunt.* Iniquum enim hoc eſt, ut quicquam aliud, quod legitimis hæredibus jus ſuum aufertur, *l. res quæ 22. de jur.fiſc.l.20.* C.*de accuſat.* & in delitias principis profunditur, cum eò minus principi liceat cum aliena jactura ditescere, quo magis ſuum cuiq; tribuentis juſtitiæ obſervans eſſe debet. Auguſtus, *licet viginti proximis ante obitum annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet, nihil tamen ab ignotis accepit, ſed ab iis tantum, qui orbi mortui eſſent, quoſq; benè cognitos haberet.* Sueton. *in Aug.* Cicero quoquè Antonio exprobrat, quod *ab ignotis hominibus hæreditates accepiſſet. Philipp. 2.* quaſi id Imperatore minus dignum, aut juſtitiæ minus conſonum eſſet.

19. *Per naufragiū perdita an cedant juriſdictionē habenti.*

Et hinc ſimul judicium poſſumus facere de conſuetudine Galliæ, quâ res naufragio perditas princeps territorii, ubi littus appellunt, in fiſcū ſuum redigit, ſecundum illud poëtæ: *Res fiſci eſt, ubicunq; natat.* Guilielm. Benedict. *in c.Rainut. in verb. Et uxorem nomine Adelaſ.n.953.de teſtam.* Johan. Faber. *in § fin.Inſt.de rer.diviſ.* Chaſſan.*de conſ. Burg. rubr.1. §.4 verſ. Eſt amendable, n.1.* quo Jure, cum Imperator ab Henrico II. duas naves ad littus Gallicum ejectas, ſibi reſtitui poſtularet, Annas Montmorantius Magiſter Equitum reſpondit; *Que le bru eſt confiſq; au ſeigneur ſouverain, & que c'eſt la couſtume*

Digitized by Google

ſtume generale non ſeulement es pais de l' obeiſſance du Roy, mais auſſi en toute la Mer du Livant & du Bonent. Bodin 1. *de Rep. c. ult.* Falſum quidem eſt, omnium gentium jure ita receptum eſſe. Nam jure Romano actio datur in eum, qui naufragorum bona collegerit, & ad ſua tranſtulerit, *l. 1. l. Quo naufragium in pr. l. ult. de incend. ruin. & naufr. l. in eum* C. *de furt. l. de ſubmerſis.* C. *de naufr.* Rationem addit Julianus *in l. Qui levandæ ad l. Rhodiam de jact.* & Juſtinianus *in §. fin. Inſt. de rer. diviſ.* quoniam, qui levandæ navis gratia merces projiciunt, non eam mentem habent, ut eas pro derelicto habeant, quippe, ſi invenerint, eas ablaturos, & ſi ſuſpicati fuerint, in quem locum ejectæ ſint, requiſituros, ut perinde ſit, ac ſi quis onere preſſus, in viam rem abjecerit, mox cum aliis reverſurus, ut eandem auferret. *Res igitur jacta*, ait Paulus *l. 2. § fi. ff. Eod. domini manet*, nec ſola jactura dominium tollit, *l. Interdum 21. §. 1. & 2. de acquir. poſſ.* manente ſemper animo retinendi in naufragium faciente. *§. fin. Inſt. de rer. div.* ideoque *quod meum eſt, ſine mea culpa ad alium transferri non poteſt. l. Quod meum de* R. I. Nec fiſci in hoc caſu major eſt licentia, quam privatorum, cum non tantum nullam juſtam auferendi cauſam habeat, Covar. *part. 3. relect. c. peccatum § 1. n. 5. in fin. de R I. in 6.* ſed potius ſummâ æquitate ad rerum perditarum reſtitutionem teneatur, ſicut Antoninus, (hujus enim potius quam Conſtantini conſtitutio videtur *ex l. ult. ff. de incend. rui:*) rectè confitetur & ſtatuit. *l. 1.* C. *de naufrag. li. 11. Si quando* ait, *naufragio navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat: fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim jus habet fiſcus in alienâ calamitate, ut de re tàm luctuosâ compendium ſectetur?* propterea conſuetudinem hanc Rebuffus *in proœm. ad ll. regias gl. 5. n. 74.* negat, principes naufragorum bona occupantes in foro conſcientiæ excuſatos reddere. Bodin. 1. *de Rep. c. ult.* vocat, *crudelitatem, barbariem & ſcelus*, quod Covar. *d. n. 5.* negat ullâ ratione defendi poſſe, & ſanè optimâ ratione Fridericus II. Imperator omnibus iſtis, qualescunque ſint, conſuetudinibus ſublatis, jubet *tàm navigia ipſa, quàm navigantium bona illis integra reſervari, ad quos ſpectabant, antequam navigium illud periculum incurriſſet. In conſt. de libert. Eccl. § Navigia 9. Auth. Navigia* C. *de furt.*

20. *De jure Albinagii apud Gallos.*

Eſt alia apud Gallos conſuetudo non abſimilis, qua peregrinorum ſine literis naturalitatis morientium, *Ambanos* vocant alii, alii *Albinos*, in fiſcum principis redigunt. Ipſi nominant, *droict de deſherance, d' aubaine, heretages de Guerpis.* Olim enim pro peregrinari & mutare ſolum dicebant: *Guerpir ſon pais.* Corp. *Gall. li. 10. tit. 1. li. 4. tit. 6. l. 8. n. 6.* Boer. *in conſuet. Bitur. tit. de teſtam § fin. in fin.* Pyrrhus *in conſuet. Aurelian in tit. de ſucceſſ. §. 14.* Chopi: *li. 1. du Domain. tit. 12.* Papon. *li 5. tit. 2. des Arreſts.* Chaſſan. *de conſ. Burg. rubr. 2. §. 1. verſ. 1. num. 37. 28.* Tholoſan. *3. de Rep. c. 5. n. 8. Baquet en la 1. partie du droict d' Aubaine chap. 1.* Guihelm. Benedict. *in c. Raynutius in verb. Vxorem nomine*

Adelaſ.

Adelaſ.n.1042.de teſtam. Rebuff. *in proœm.ad ll.regias gl.1.n.52.* Simili lege utebantur Longobardi, apud quos exteri teſtari non poterant, ut notat Afflict. *in Conſt.Siciliæ, incipiente, Dohanæ ſecuti in fin.* Sed idem Fridericus II. etiam hanc iniquam conſuetudinem & privilegia ſuſtulit, ſtatuens *ut peregrini, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis ordinandi liberam habeant facultatem, & ut eorum ordinatio inconcuſſa ſervetur. Si verò inteſtati deceſſerint, bona ipſorum per manus Epiſcopi tradantur hæredibus, ſi fieri poteſt, vel in pias cauſas erogentur. In conſtit. de libert. Eccl. §. Omnes peregrini 1. Auth. omnes peregri. C. Comm ſucceſſ.* Chaſſan. *de conſ. Burg. rubr. 2. verſ. 1. §. 1. n. 38. in fin.* Covar. *part. 2. relect. cap. peccatum § 1. n. 3. & 4. de R. I. in 6.* Nam quanquam conſuetudo Gallorum priori minus habet iniquitatis, probabilioriq; nititur ratione, quoniam non addit afflictionem afflicto, nec tam aliena ſibi arrogat, quam repetit ea, quæ beneficio Reip. peregrinus lucratus erat: Friderici tamen conſtitutio præferenda eſt, quia, qui prohibet aliquem teſtari, aufert ipſi ſuarum rerum dominium, jure communi conceſſum: & qui hoſpitem durius tractat, jus hoſpitalitatis violat, quod Chriſtianis eò religioſius obſervandum eſt, quò ſeverius ſibi invicèm detrahere, aut damnum inferre prohibentur. Quin etiam *Reip. intereſſe* dicit Cic. 2. *off. multos ad eam invitari hoſpites liberalitate civium, ut, quandoquidem ita comparatum eſt, ut nulla reſp. ſibiipſi ſine ope alterius ſufficere poſſit, eo genere officiorum cives in alienâ Rep. viciſſim non careant.* Nam quanquam diſtincti ſunt Rerump. limites, & civibus in ſua cuique Rep. prærogativa debetur, hoſpites tamen ab earum uſu prorſus prohibere æquum non eſt ſecundum legem naturæ, qua *cuique ſibi prodeſſe conceditur, modò alteri non noceat. l. 1. §. iidem agunt, de aq. pluv. arc.* Johan. Superior *l. quoties 13. n. 1. ff. de ſervit.*

21. Idem judicium fieri debet de theſauro, quem Caſſiodor. dicit eſſe *depoſitivam pecuniam, quæ longa vetuſtate competentes Dominos amiſit. li. 6. Epiſt.* Dupliciter autem accipitur vocabulum theſauri, vel pro quacunq; re in futurum ſepoſita, *l. Item Labeo in pr. 22. famil. ercíſ. l. Theſaurus 15 in pr. ad exhib. gl. in l. 1. ver. theſauri. C. de theſaur. li 11. gl. in §. theſauros Verſ. quandoque impropriè, Inſt. de rer. diviſ. per l. peregrè in pr. 44. ff. de acquir. poſſ.* quam ſignificationem affert ipſa nominis Etymologia, cum dicatur theſaurus quaſi *θεὶς εἰς αὔριον* id eſt, poſitus in craſtinum. Covar. *in rep. cap. peccatum par. 2 §. 2. n. 1. de Reg. Iur. in 6.* Alciat. *li. 4. verb ſign. li. 7. parerg. cap. 1.* Connan. *3. li Comm. cap. 4.* Borcholt. *de Regal. n. 91.* Vel pro abſconditis ab ignotis dominis tempore vetuſtiore mobilibus, *l. un. C. de theſaur. li. 10.* ſeu monilibus, *ut legitur: l. 2. C. Theodoſ. Eod.* & tum definitur Paulo: *depoſitio vetus pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominium non habeat. l. nunquam nuda 31 §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Nam ſi quis aliquid vel lucri cauſa, vel cuſtodiæ, condiderit ſub terra, non eſt theſaurus, cujus etiam furtum fit. *d. l. nunquam.* Sixtin. *cap. ult. de Regal.*

Quid ſit theſaurus.

Diſputa-

Diſputatio igitur noſtra tantum eſt de veteri pecuniâ, quæ vetuſtate Dominum jam perdidit, ita ut pro derelicto habeatur, ex quo ſequitur, quia res pro derelicto habita cedit occupanti, *l. 1. ff. pro derelict.* §. *hoc amplius 36. Inſt. de rer. diviſ.* quod theſaurus ſtatim tranſeat ad dominium inventoris, quomodo etiam argumentatur Paulus *in d. l. nunquam*, quando ait: *Sic enim fit ejus, qui invenerit, quod non alterius ſit.* Et Sylveſt. *in Ver. Inventum* §. *6.* communem circa theſauros conſuetudinem ex eo reprobat, quod evertat naturalem æquitatem, dictantem: *Ea quæ in nullius bonis ſunt, cedere occupanti:* in quem ſenſum Nerva reſpondiſſe Attico Herodis patri ſcribitur: Cum enim is ingenti invento theſauro hanc ad Imperatorem Epiſtolam miſiſſet: *Theſaurum domi meæ, Imperator, reperi, quid de eo faciendum jubes?* Nerva reſcripſit: *Utere iis, quæ inveniſti,* cumque Atticus non acquieſceret, ſeq; magnitudine inventi ſuperari reſcriberet, etiam hoc addidit: *Abutere igitur invento, quod tuum eſt.* Philoſtr. *lib. 2. de Vit. Sophiſt*: & Zonaras quidem Nervam theſaurum inventum dominis prædiorum reliquiſſe teſtatur, *In Nerv.* Alexandrum Severum repertori Lampridius. *in Sever.* Ærod. *rer. judic. li. 4. tit. 7. c. 1.* Tamberlanes Scytha, cum per Syriam iter facienti ruſticus quidam theſaurũ, in quem arando impegerat, offerret, omnibus, qui circa ipſum erant, dictitantibus: *Regis illud aurum eſſe, cum inventi, qui occultantur, theſauri, ad fiſcum pertineant*, juſſit monetam inſpici, an ſuam vel majorum ſuorum imaginem referret: referentibusque, qui eam inſpexerant: Romanorum principum imagines videri: *Relinquamus igitur*, inquit, *aratori eam pecuniam, quæ mea non fuit, ſed quam DEUS ad ipſum detulit.* Coſimo Bartoli *diſc. 36.* Lonicer. *li. 1. hiſt. Turic.* Camerar. *oper. ſucciſ. li. 1. c. 63.* ſimul autem tangit aliam rationem, quare inventori theſaurus ſit relinquendus, quia à DEO ipſi datus videtur, unde & *donum fortunæ*, à Thryphoniano, *l. ſi is qui in alieno 63. §. 1. de acquir. rer. dom.* ſeu rectius, *DEI beneficium* Leoni dicitur, qui & illud *calumnia perſequendum*, hoc eſt, ſophiſticâ interpretatione fiſco aſſerendum eſſe negat. *l. un. C. de theſ. li 10. Meum eſt argentum, meum eſt aurum*, dicit Dominus exercituum apud *Agg c. 2.* & Cyro regi promittit, *dare theſauros abſconditos & arcana ſecretorum Eſai. cap. 45. Ipſe eſt qui dat beneficia, de cœlo dans pluvias, & implens cibo & lætitia corda noſtra. Act. 14. Quod cuipiam datæ ſunt divitiæ & opes, quod dominium conceſſum, ut inde comedat & ſumat potionem ſuam, & lætetur labore ſuo, hoc eſt donum DEI*, ait Eccleſiaſt: *c. 5. hæc benedictio Domini,* ſicut Jacob offerens de gregibus ſuis fratri: *Accipe*, inquit, *de benedictione, quam mihi dedit Dominus.* Bodin *li. 3. Dæmon. c. 3.*

22. *Theſaurus cedit inventori.*

Et ex his fortaſsè fundamentis ſummę iniquitatis poſtularunt Siculi Guilielmi I. & Friderici II. legem, quâ theſaurum non inventoris, ſed Regis eſſe volebat. Summont. *li. 2. hiſt. Neapol. c. 3.* Quæ tamen conſuetudo hodiè totum ferè mundum occupavit. Sylveſter *in verb. Inventum, num. 6.*

23. *Conſuetudo cui tribuat theſaurum.*

Covar.*d.§.2.num. ult.* Farin.*in Theor.& prax.crim.q.104. de var.& diverſ.crim. Inſpe.1.n.32.* & Richardus II. Rex Angliæ armis inſecutus eſt nobilẽ quendam ſibi ſubjectum, quod theſaurum in proprio fundo repertum ſibi tradere negaret, quem cum in oppido Lemvoico Chaluno, quò cum theſauro profugerat, obſideret, venenata ſagitta percuſſus interiit. Girald.*lib. 9. hiſt. Franc.in Philip.Aug.* Jam olim conqueſtus eſt Leo, *Novell.51.* pernitioſà conſuetudine Leges ſuppreſſas, quæ invẽta autoribus ſuis, aut integra aut diviſa relinquebant, totumq́; aurum ad fiſcum redactum, quam inhumanitatem Nicephorus poſt tempora Leonis in uſum revocavit, Cedrin.*in Niceph.* qui etiam dominis prędiorum theſauros in eorum fundis inventos eripuit, cum quibus Valent.Gratian.& Theodoſ.non paulò mitius egerant, quartam tantum partem iis reddentes, cætera in fiſcum redigentes, *l.2. C. Theod. de theſaur.* Gothorum reges theſauros ſibi vendicabant, ut ex Caſſio: docet Cujac.*li.9.obſ.37.* Choppin.*de doman.li.2.tit.5. num.21.* qui & de Galliarum & Angliæ more teſtis eſt. *d.t.n.18.* Apud Hiſpanos lege regia conſtitutum eſt, ut quinta tantum, alii legunt, quarta pars inventori relinquatur, reliqua in fiſcum cogantur. *l 7.tit.12.li.6. ordinat.* Apud Saxones omnes ſub terrâ pedem altiùs defoſſi theſauri Regalibus annumerantur. Sic enim habent verba, Landrecht *li. 1. art. 35.* Alle ſchätze vnter der Erden begraben / tieffer dann der Pflug achet / gehören zu Königlicher Gewalt. Interpretes, ut ad juris æquabilitatem hunc textum reducerent, varias addiderunt gloſſas. Zobell.interpretatur de theſauris Magica arte erutis. Henningius de repertis in ſolo Cæſaris. Utroque modo Thomyngius & cæteri Conſult.*Conſt. Saxon.part.5.caſ 10.* Elector Auguſtus, *in Novell.conſtitut.tit.53.verſ.deputati,* & ibi Dan. Moller.*in comm.num.1* Heig.*lib.1.q.13.num.65.*de fodinis, quæ & ipſæ ſunt theſauri ſubterranei. Sed & Hiſpani eodem modo interpretantur ſuam legem de theſauris, jam ex alio jure ad fiſcum pertinentibus. Putant enim iniquum eſſe, Juris communis diſpoſitionem in hoc caſu negligere, ad quam Auguſt. *in d. Novell. conſtit.* jus Saxonicum quoquè ex JCtorum ſuorum autoritate revocavit. Ut autem theſaurorum per artem illicitam inventionem, quæ non tantum amiſſione inventi, ſed & alio propter incantationem adhibitam ſupplicio punitur, *l.un.C.de theſaur.lib.10. tot.tit. C.de maleſ.& mathem.* Item eorundem in alieno fundo de induſtria inſtitutam indagationem, quæ & ipſa nihil lucratur, *d l. un. de theſaur. l.ſi is qui alien 63.de acquir.rer.dom.*ab hac diſputatione amoveamus ſermo nobis erit de theſauro caſu fortuito invento, ubi leges diſcrimina jurium faciunt ex diverſitate locorum, in quibus inventus eſt.

24. *Qu[illegible] le[illegible] de ha re [illegible]*

Aut enim locus eſt communis, ut littus, aut religioſus, aut publicus, aut privatus inventoris, aut alienus. In loco communi repertus, quia nemo ejus dominium ſibi attribuere poteſt, propterea, quod res communes ſint nullius,

nullius, totus cedit inventori, ut Cynus & Bald. *tradunt in l. Item lapilli, ff. de rer. diviſ. arg. text.* ibi Covar. *d. §. 2. num. 3.* Chaſſan. *conſuet. Burg. rubr. 1. §. 1. verſ. Eſpaves num. 20. in fin.* In loco religioſo repertus, quia & is nullius eſt, *§. nullius. Inſt. de rer. diviſ.* ex eâdem ratione totus pertinet ad invenientem, idq; ex conſtitutione Adriani, qui naturalem æquitatem ſecutus ei conceſſit, qui invenerit. Spartian. *in Adrian. §. theſaur. Inſtit. de rer. diviſ.* Divi verò fratres Adriani legem correxerunt, & in locis religioſis, perindè ac in publicis inventi, dimidiam partem fiſco vendicarunt, teſte Calliſtrato *l. 3. § ſi in locis 10. ff. de jur. fiſc.* Nec enim hic eſt ulla Antinomia, ad quam diſſolvendam tot diſtinctiones interpretes adduxerunt, aliis inter æquitatem & rigorem. *gl. in §. theſauros in ver. religioſo & ib.* Aretin. *num. 9.* Nicaſ. *in 8. Inſtitut. de rer. diviſ.* Villab. *comm opin. in ver. theſauros.* Farinac. *prax. crim. quæſt. 104. num. 11. inſpect. 1.* aliis inter inventionem fortuitam & dedita opera factam, Accurſ. *in d. §. theſauros & d. l. 3. §. 10.* aliis inter locum religioſum privatum & publicum, Claudius Cantiuncula *in d. §. theſauros*; Franciſc. Connan. *li. 3. comment. c. 4. num. 2.* aliis inter locum religioſum publicum, & qui ſit nullius, diſtinguentibus. Weſenbec. *ad d. §. theſauros in verb. religioſo loco.* Nonnulli etiam textibus ipſis manus attulerunt, & ut §. theſauros conſentiret, *l. 3. §. 10.* ita legunt: *Idemq; (id eſt τὸ αὐτὸ) ſtatuit, ſi quis in ſacro, aut religioſo loco fortuito caſu invenerit, ac ſi quis in alieno loco, &c.* Fornet *2. ſelection. 26.* quæ ſententia refutatur à Cujac. *li. 9. obſ. 37.* alii, ut *d. l. 3.* conſentiret paragrapho *Theſauros*, ita legunt: *Si in locis fiſcalibus vel publicis, non etiam religioſis, ac in monumentis theſauri reperti fuerint.* Zoannet: *libr. ſing. reſt. jur. c. penult.* refutatus à Rober. 1. *recept. ſent. 5.*

Atque ita manifeſtam vim textibus aliàs ſatis dilucidis adhibuerunt, quaſi non diverſorum Imperatorum diverſæ de hoc ſubjecto fuerint conſtitutiones, prout paucis notavit Cujac. *lib. 9. obſ. 37.* Duar. *ad t. de adquir. rer. dom. c. 4.* Donell. *li 4. comment. c. 14.* Diverſis autem temporibus latæ leges, quia poſterior ſemper tollit priorem, Antinomiam nullam inferunt, cum Juſtinianus multas ſuorum anteceſſorum leges, licet Novellis conſtitutionibus abrogatas, tamen ex Codice non deleverit, ideoque ſatis habuit, quod in inſtitutis Divorum fratrum legem revocatâ conſtitutione Adriani, ſuſtulerit: *§. theſauros Inſtitut. de rer. div.* & viciſſim Imperator Fridericus Juſtiniani legem ſuſtulit, quam jam promulgatione pandectarum ſublatam putat Bocer. *cap. 3. num. 178. de regal. fiſci*: revocata Divorum fratrum conſtitutione, ut in religioſo loco; inventus theſaurus, dimidiam partem in fiſcum inferretur, ac ſi in publico inventus fuiſſet. *c. un. quæ ſint regal.* Covar. *part. 3. relect. cap. peccatum §. 2. num. 3. de R. I.* Borcholt. *de Regal. num. 93.*

Gothofr. *ad Nov. 51. Leon.* Iterum, cum hodiè religioſa loca ſint in dominio Eccleſiæ, *l. fin. in pr. C. de Epiſc. & Cler. c. ſolita de maj. & obœdi: Authent quomod. oport. Epiſc. in pr.* quâ ratione media pars inventi debetur dominis loci, eadem tantundem ſibi vendicare poteſt Eccleſia, quia hujus non eſt deterior conditio, quam privati, *per tot. tit. de libert. Eccleſ. in uſib. feud.* ideoque totum illud de in religioſis locis inventis theſauris jus Imperatorium everſum videtur, quanquam gl. *in c. ſi quid inveniſti in Ver. ſi inveniſti in fin. 14. quæſt. 5. de Eccleſiis* legem Juſtiniani *in de §. theſauros*, amplectitur, quam in eo refutat Sylveſter *in verb. Inventum* §. 4. Covar. *de §. 2. num. 4.* Chaſſan. *conſ. Burg. rubr. 1. §. 1. Ver. Eſpaves. num. 21. 22.* qui allegat Johan. Fabr. *in de §. theſauros.* Pract. Papienſ. *in for. libelli in action. reali in gl. jure domini num. 12. in fin. verſ. ſed ſi fuerit inventus in loco ſacro.* Farinac. *in prax. crim. quæſt. 104. inſp. I. num. 12.*

In loco publico & privato alieno jus idem obſervatur, propter eandem rationem, ita ut dimidium inventi domino fundi, dimidium inventori aſſignetur, *de §. theſauros in fin. d. l. nunquam §. theſaurus de acquir. rer. dom. d. l. 3. §. 10. de jur. fiſc. Novell. Leon. 51. in fin.* In loco verò ſuo ſi quis invenit theſaurum, ſive fortuito, ſive dedita opera quæſitum, totus inventori cedit, qui ratione inventionis alteram partem, alteram verò ratione dominii lucratur: tum nec à quoquam rei ſuæ utilitates inveſtigare prohiberi poteſt. Atque hæc eſt ſententia juris Romani civilis à JCtis ita propoſita & explicata. Lucas de Pen. *in l. un. C. de theſaur. lib. 10. Dd.* Angel. Johan. Fabr. Schneidvv. Weſenbec. Vultej. *ad d. §. theſauros, Inſtitut. de rer. diviſ. ibid.* Aretin. & Nicaſ. *in ſumma*: Mynſinger. *num. 1. & 2.* Sylveſt. *in verb. Inventum.* Covar. *part. 3. rel. c. peccatum §. 2. de Reg. Iur. in 6.* Chaſſan. *de conſ. Burg. rubr. 1. §. 1. verſ. Eſpaves à num. 7. uſque ad fin.* Conſult. conſtit. Saxoniæ *part. 5. caſ. 10.* Danile Moller. *ad tit. 53. part. 2. conſtitut. Saxon.* Anton. Peregr. *de jur. & privileg. fiſc. tit. 2. libr. 4. num. 4.* Borcholt. *de Regal. num. 13. & ſeqq.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 92.* Weſenbec. *in Iſag. Inſtitut. lib. 2. num. 28.* Gomez. *in l. Tauri 45. num. 31.* Farinac. *pract. crimin. quæſt. 104. inſp: 1.* Pract. Papienſ. *in act. reali in gl. jure dominii.* Bocer. *cap. 3. num. 177. de regalib. fiſc.*

Cenſura de his juribus

Eam ſi quis ad rationem ab initio propoſitam examinare velit, facilè videbit, quantoperè à naturali æquitate receſſum ſit, in eo, quod dimidia pars inventori erepta & domino fundi attributa ſit, cum totus theſaurus, utpote, pro derelicto habitus, ſtatim occupantis fieri debuiſſet. *l. nunquam §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. pro delicto. l. ſi id quod §. 1. ff pro derelict. §. hoc amplius 36. Inſt. de rer. diviſion.*

Quid

Quid enim Dominus fundi, aut quo argumento inde aliquid petere poteſt, ſi fundo nihil detrimenti illatum fuit? an quia theſaurus ibi reconditus in poſſeſſione ejus extitit? Atqui audiatur Paulus, qui id negat: *Si enim neſcit ibi eſſe theſaurum, non poßidet, quamvis fundum poßideat: ſed & ſi ſciat, non capiet longa poſſeßione, quia ſcit alienum eſſe. l poßideri. 3. §. Neratius 3. ad fin. de acquirend. & amitt. poſſeſſ. l. theſaurus, ibi quia neque poßideres eum ff. ad exhibend.* An quia pertinet ad fructum fundi? atqui hoc etiam negat Vlpianus *l. fructus 7. §. ſi fundum 12. ſolut. matrim.* ubi ex eo infert, *theſaurum in fundo uxoris inventum à marito, dimidam partem reſtituendum, ac ſi in alieno inventus fuiſſet.* Farinac. *prax. crimin. quaſt. 104. inſp. 1. num. 16.* Molin. *in conſ. Pariſ. 1. part. §. 1. gl. 1. num. 43. & §. 37. gl. 10. num. 48.* Sicut igitur res derelicta in alieno agro, non pertinet ad agri dominum, ſed fit primò eam occupantis, ita & de theſauro dicendum putat Covarruv. *d. §. 2. ad fin.* quem, quando conſuetudo à Domino fundi transfert ad fiſcum, nullam quidem ipſi facit injuriam, quia quod in eum juris habebat, ex ſolâ liberalitate & arbitrio principum habebat, in quorum voluntate res hæc ſemper fuit. Cujac. *libr. 9. obſ. 37.* Verum tota, ſi quæ eſt, injuria, conſiſtit in eo, quod inventori naturali æquitate debita res eripiatur: quod tamen, qui attentius paulò conſiderare voluerit, licet τὸ ἐπιεικὲς aliquo modo violatum ſit, nullam tamen tàm magnam injuriam in eo inveniet. Nam theſauri, utpotè pro derelicto habiti, nullius ſunt. De rebus autem quæ nullius ſunt, ad ſalutem & utilitatem Reipubl. princeps diſponere poteſt, nec in eo cuiquam facit injuriam, jus bonave ſua auferendo, quia quæ communia erant *negativè*, hoc eſt, quæ nullius in bonis conſiſtebant, antequam alicujus eſſe incipiant, certo Domino attribuit, ſicut ſupra, cum de Venatione ageremus, latiùs explicavimus. Sic igitur excuſatur conſuetudo, quæ theſauros inventos inter Regalia jurave fiſci repoſuit.

CAP. VII.

DE VECTIGALIBUS ET TRIBUTIS.

SUMMARIA.

1. *Omnes cives debent Republic. tributum.*
2. *Quinam ab hoc onere ſint exemti, licentia maieſtatis.*
3. *Solius maieſtatis eſt eximere, à qua qui ſe exemptos demonſtrare nequeunt, tenentur etiam in foro conſcientia ſolvere.*

4. Explicantur nomina Vectigalium.
5. Quid per Vectigalia intelligamus, ſeu quid ſint, & quibus rebus indicantur.
6. Soli Maieſtati licet Vectigalia imponere & impoſita augere.
7. An jus Vectigalium ſit communicabile ſubditis.
8. Quid ſint tributa.
9. Vtrum imperanda tributa pro numero capitum, vel habitu bonorum & poſſeſſionum.
10. Tributorum impoſitio pertinet ad regalia.

1\. TErtia claſſis jurium fiſci conſtat ex iis rebus, quæ Reipubl. ex bonis in ſingulorum dominia deſcriptis debentur, ut ſunt tributa, vectigalia, angariæ, & parangariæ, ex quibus, quomodo fiſcus ſit augendus, & qua ratione princeps ea exigere poſſit, latius quam cætera explicat Mecœnas in Oratione de conſtituendâ Republ. ad Auguſtum. Dion. *lib. 52. Multi*, inquit, *ægrè laturi ſunt, tributa & vectigalia inſtitui, quia non facilè patimur nos defraudari re noſtra, natura unumquemque ad ſui conſervationem compellente*, ex quo fieri dicit Ariſtot: *lib. 4. Ethic. cap. 1.* quod ad avaritiam magis quam prodigalitatem natura propendeamus. Ideoque plurimos à vectigalium & tributorum exactione ſe immunes feciſſe videmus, ſicut nobiles Franci, Gallorum conſuetudinem ſecuti, apud quos, ſcribente Cæſare *6. bell. Gall. plebe nihil contemtius*, omne tributum à ſe in opifices & aratores amoverunt, Tiraq. *de Nobil. c. 30.* Bodin. *6. de Rep. cap. 2.* Maſuer. *pract for. tit. de taill. n. 2. & 21.* Papon. *li. 5. Arreſt. tit. des tailles & impoſts. n. 21. & ſeqq.* de quo meritò conqueritur Salvian. *de provid. Dei li 5. p. 157. Decernunt*, inquit, *potentes, quod ſervant pauperes, decernit gratia divitum, quod perdat turba miſerorum: Ipſi enim in nullo ſentiunt, quod decernunt. Quid iniquius eſſe aut indignius poteſt, quam ut ſoli ſitu immunes à debito, qui cunctos faciunt debitores?* Et hac de cauſa eos Gothorum direptionibus & pœnæ divinæ expoſitos ſubjungit. Eodem jure vivere etiam Polonos autor eſt Guagnin. *li. 2. rer. Pol.* & multos Hiſpanorum Covar. *c. 19. pract. qq. n. 7.* ut *hidalgi*, (ſic vocant nobiles) à cenſibus & exactionibus, quas plebei & villani ſolvunt, immunes ſint. Clericos ab iisdem oneribus exemerunt Pontifices, *c. quia nonnulli de immun. Eccl. in 6. c. quanquam de cenſib. in 6.* eamque immunitatem illi non tantum jure humano, ſed & divino competere ſcribunt Interpretes, ita ut contra libertatem Eccleſiaſticam peccaſſe judicetur, qui à Clericis quid exigere auſus fuerit.

Quantum quidem ad Clericos attinet, de eorum exemtione ibi agemus ex profeſſo: Quantum ad cæteros, audiamus conſilium Mecænatis: *Vectigalia imperanda omnibus noſtris ſubditis: Iuſtum enim æquumq; eſt, neminem horum, neque privatum hominem, neque populum immunem eſſe, cum ex æquo ad omnes utilitas eorum, quæ inſumuntur, redeat.* Dion. *li. 52.* & Cicero *Boni*

conſulis

conſulis ait, *eſſe æquali benevolentia omnes cives complecti : de bono rege verò, quod prohibẽdo injuria tenuiores, æquitate conſtituẽdâ ſummos, cũ infimis pari jure retineat.* Cic. 2. *Offic.* Quod ſi ad ſolam unam partem onera omnia devolvantur, timendum, ne id eveniat, quod Equo Æſopico, qui cum oneris partem ferre recuſans, totum dorſo aſini imponeret, tandem ſuccumbente aſino, totum ipſe ſolus portare coactus fuit, aut quod in corpore humano, quando viſcera principalia, noxios ſibiq; graves humores in artus reliquaq; membra imbecilliora transfundunt, quibus vel nodoſa quadam podagra implicitis, vel lethali bubone obſeſſis, nec autores mali expertes ſunt periculi, certè à functione ſua ceſſare coguntur. Ideoque Imperatores generaliter omnes ſubjiciunt vectigalium ſolutioni, *l. omnium l. ex præſtatione C. de vectig.* & nullus qualibet prerogativa fultus à debitis muneribus habetur immunis, *l. Nullus, C. de decur. li. 10.* exceptis iis, quos ipſa majeſtas liberos & immunes pronunciat, *l. ſunt munera ff. de vac. & exc. mun.* ſive in totum, ſive ex parte, ut ſunt coloni ruſtici, *l. Vniverſi C. de vectig. ibi exercendi ruris, l. Hi quos* 2.
penes, li. colonos, C. de agric. cenſ. & col. l. 11. Chopin. *de privileg. ruſtic. li. 1. cap. 10.* *Qui ſint*
num. 1. navicularii, *l. omnium C. de vectigal. li. 1. C. de navic. ſeu naucl. l. 11. l. ſemper* *exemti ab*
§. negociatorum de jur. immun. milites, *l. omnibus C. de vectig* legati, *l. legatis. C.* *hoc onere,*
de vectig. Conſiliarii & officiales Reip. Bartol. *in l. Athleta §. gentium de excuſ. tut.* Papon. *li. 5. Art. t. 11. n. 13.* Ordnung deß Regiments *de An. 500. Auguſt. & Ann. 1521. VVormat. l. ſi publicanus §. 1. ff. de public. vectigal. tot. tit. C. de dignit. li. 12. l. 1. C. de Concil. conſ. Eod. l. 3. & l. fin. C. de ſilent. Eod.* Eccleſiaſtici, *l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. Auth. caſſa: C. Eod. Auth. item nulla C. de Epiſcop. & Cler.* necnon ſtudioſi, *ut tenent Dd. ad Auth. habita ſi filius pro patre.* Rebuff. *de privil. ſtudioſ. privil. 146.* Horatius Lucius *de privil. ſcholar. privil. 54.* Bertachin. *in tr. de gabell. part. 7. q. 27. per d. auth. & l. Vniverſi C. de Vectig. quæ tamen jura illud non admodum probant.* Et ſi qui ſunt alii, quibus immunitatem aliquam majeſtas ex cauſa conceſſit. Sixtin. *de Regal. c. 8.* Petr Fred. Myndan. *de mandat. lib. 2. c. 42. num. 20.*

Sola enim majeſtas immunitatem tribuit. *l. 1. C. de immun: nem. conc.* 3. *Sola maie-*
li. 10. l. un ibi gl. C. de his qui à princ. immun. li. 10. l. ſunt munera in fin. ff. de vac. & *ſtas eximit*
excuſ. mun. ſicut omnes illi, quicunque vel ab oneribus vel muneribus immunes pronunciãtur, id beneficio & volũtate principali obtinere dicuntur, *d. l. ſunt munera. l. fin. C. de profeſſ. & med. li. 10. l. 2. l. Eos l. Maximarum, l. fin. C. de excuſat. mun* Tapia *de Conſt. prin. c. 4. n. 30.* Roland. de Valle *conſ. 5. n. 18. & ſeqq. vol. 1.* Freder. Myndan. *dict. c. 42. n. 20.* Roſenth. *de Regal. concl. 85. n. 1.* quia juri ſuo, quod princeps habet in tributis & vectigalibus, ipſe quidem renunciare, ſed inferior illud ſine ſumma injuria perrumpere, aut diminuere non poteſt. Quicquid enim inferior facit contra jus aut leges ſuperioris, quia evertit ordinem Reip. peccatum eſt, graviterque puniendum.

Quibus-

Digitized by Google

Quibuscunq; igitur ſuprema majeſtas jus ſuum non remiſit, illi tenentur non tantum in foro publico ob pœnam commiſſi, l. commiſſa, l. fin. §. ſi quis de public. C. de vectig. & com. ſi quæſtio ſit de vectigal. ſed etiam in judicio conſcientiæ tributa & vectigalia debita exolvere, idq; quia principum legibus juſtis obœdiendum eſt etiam propter conſcientiam: Roman. 13. nec principes debitis ſuis juribus defraudandi, inprimis cum Chriſtus ipſe pro ſe tributum dederit, Matth. 17. & ut id darent, cæteros inſtruxerit. Matth. 22. Soto de juſt. & jur. li. 3. q. 6. art. 7. Bertachin. in tr. de gabell. par. 9. in pr. Roſenth. c. 5. de feud. concl. 43. n. 2. Mynſing. Cent. 5. obſ. 29. Borch. de Regal. n. 47. in fi. Covar. part. 2. c. peccatum §. 6. num. 5. de Reg. Iur. Juris enim regii eſſe, hæc omnia, quæ à bonis ſubditorum licitè exiguntur, breviter hîc nobis demonſtrandum eſt, cum de cauſis & ratione vectigalium tributorumque, item, quibus rebus potiſſimum indici & ſine invidia exigi debeant, jam ſupra tetigerimus, & alio loco fuſiùs explicandum veniat, ubi de corruptione Rerumpubl. agetur, quæ à nimiâ tributorum exactione ſæpè initium ducere ſolet.

Qui ſe exẽtos demonſtrare nequeunt, tenentur ſolvere etiã in foro cõſcientia.

Vectigalia igitur, quæ in c. un. quæ ſint regal. primo loco nominantur, apud Romanos, ut diſtinguerentur à privatis, vocabantur publica, ſicut Plaut. in Trucul. act. 1. ſc. 2. Illa, haud ego, habuit publicum: ibi Taubman. in notat. Item Tacit. 13. Annal. Ergo edixit princeps, ut leges cujusq; publici occulta ad id tempus proſcriberentur. ibi Lipſ. in not. Item Sen. Ep. 120. Circumſpiciebam, in quod me mare negociaturus immitterem, quod publicum agitarem. Item, Sueton. in Cal. c. 40. Additum legi, ut tenerentur publico, qua meretricium, quave lenocinium feciſſent. Turneb. ad Varr. de ling. lat. & li. 1. adverſ. c. 5. & 6. nec non Ulpianus. l. 1. §. 1. de publ. vectig. & com. publicani ſunt, qui publico fruuntur, Sichard. ad t. de vectigal. & comm. n. 2. C. & Imperatores in l. omnium C. de vectigal. publicis functiones dicunt functiones vectigalium, ſicut & plærunque vectigalibus fiſci nomen publici additur, l. 1. §. familiæ, l. locatio §. fin. l. quanta §. fin. de publ. vectig. ut diſtinguantur à privatis. l. inter publica de Verb. Sign. Hinc etiam dicuntur, publicani, qui vectigal fiſco pendunt ſeu tributum conſequuntur, & in genere omnes, qui quid à fiſco conduxerunt, l. 1. §. hic titulus §. familiæ. l. quanta §. fin. de publ. vectigal. l. Eum qui de Verb. Sign. qui ob id etiam fiſci vectigalium redemtores vocantur à Papiniano, l. in honoribus §. non alius de vacat. & excuſ. mun. l. Cotem §. Eam rem ff. de publ. Corraſ. lib. 1. Miſcellan. c. 4. n. 4. Item, Vectigaliarii & telonæ, ſiquidem vectigalia, quæ in itinere præſtantur, l. ſi quis pro uxore 21. de donat. int. vir. & ux. Græcis vocantur τέλη, unde telonia, quæ pro vectigalibus poſuerunt Gunther. li. 8. Radevvic. li. 1. c. 5. Caſſiodor. lib. 1. variar. Ep. 39. c. un. quæ ſint regal. & Saxonicorum Toll / ex quo ſuperiores Germani fecerunt Zoll. Freder. de mandat. li. 2. c. 42. n. 15.

4. Nomina Vectigaliũ

Vectiga-

Vectigalis verò nomen latiſſimè patet, ita ut interdum tributum & ſtipendium complectatur, ut in deſcriptione Feſti: *Vectigal æs dicitur, quod ob tributum & ſtipendium & extraordinarium populo debetur.* Et in oratione Arioviſti: *Æduos ſibi factos ſtipendiarios: magnam Cæſarem injuriam facere, qui ſuo adventu vectigalia ſibi deteriora faceret*, & ſtatim eadem vectigalia vocat *ſtipendia*. Cæſar *lib. 1. bell. Gall.* Et ſic ſuprà diximus, regna, principatus, agros vectigales, qui tributum, aut penſionem præbent. Prout verò à tributo ſeparatur, duo dicit, nimirum reditus ex agris aliiſq; rebus publicis locatis, ut ſunt ſalinarum, piſcationum, metallorum, cotoriorum, cretifodinarum reditus, de quibus ſupra diximus. Sic Plaut. *in Trucul. act. 1. ſc. 2. publicanos* vocat, qui *ſcripturam & vectigal ex arationibus*, *Decimas* vocat Cicero *pro Manil. & act. 3. in Verr.* recipiunt: Turneb. *li. 1. Adverſ. c. 5.* Cajus, qui ſalinas & cretifodinas & metalla habent, *l. ſed & ibi de publ. vectigal.* & in genere, *qui quid à fiſco conduxerunt. l. 1. § 1. ff. Eod. l. Eum qui 16.* & ibi Alciat. *ff. de verb. ſign.* Sic quod ex pretiis locatorum agrorum cogitur, vocatur vectigal. *l. 1. junct. ſeqq. ſi ag. vectig. l. cum ſervus 39 § Heres de leg. 1. l. Eum qui l. inter publ. de Verb. Signif.* Boſſ. *de vectigal. n. 4.* Covar. *par. 2. relect. c. peccatum § 1. n. 1. de R. I.* Bertach. *in tr. de Gab. in pr.* Cujac. *li. 7. obſ. 4.* Greg. Tholoſ. *li. 3. Syntagm. Iur. c. 4. n. 6.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 33. num. 3.* Alia verò ſignificatione dicit precia, quæ Strabo *lib. 17.* vocat ἐξαγώγιμα & εἰσαγώγιμα, quando de vectigalibus Alexandriæ loquitur, id eſt, quæ pro evehendis, vel invehendis, vel diſtrahendis mercibus ſolvuntur, quanquam etiam aliis rebus indici ſolent, ſicut Romani, ut homines à litigandi libidine deterrerent, litibus certum vectigal poſuerũt, quod damnatus cauſa perdita ſolvere cogebatur. Feſt. Pompon. & Varr. *de ling. lat.* Caligula ideo usq; extendit, *ut pro litibus atq; judiciis ubicunq; conceptis, quadrageſimam ſummæ, de qua litigaretur, exigeret, nec ſine pœna abire ſineret, ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe negotium convinceretur. Idem ex gerulorum diurnis quæſtibus partem octavam petiit, ex capturis proſtitutarum, quantum quaq; uno concubitu mereret, addiditq; ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium, quæve lenocinium feciſſent, nec non & matrimonia obnoxia eſſent.* Sueton. *in Calig. c. 40.* Tale erat Chryſargirum, quod Zoſim. *in Conſtit.* à Conſtantino meretricibus, aliaq; occulta ſcelera perpetrare non verentibus impoſitum: Evagrius verò *li. 3. c. 41.* Niceph. *li. 16. c. 41.* longa perverſa conſuetudine increviſſe, & ab Anaſtaſio Dicoro ablatum memorant. Atq; ita hodiè videmus in Italiâ non tantum matrimoniales, ſed & alios contractus vectigalibus obnoxios eſſe: Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 34. num. 3.* & Sueci olim Daniq; Margaretæ Reginæ pro quolibet matrimonio ſolvebant marcam unam Stockholmienſem, Johan. Magn. *li. 21. c. 19.* ſicut in Anglia peregrini quicunque pro capite quinque nummos Anglicos, ubi primum appellunt, ſolvere coguntur: imò eò res devenit etiam in nonnullis Germaniæ provin-

5. *Vectigal in genere.* *In ſpecie pro precio ex agris locatis.* *Pro mercibus invehendi.* *Vectigal in lites.* *Quibus rebus vectigal imponatur.*

Digitized by Google

provinciis,ut pro frumento,quod ad molendinum defertur, pro eo, quod edimus, quod bibimus,quo ſuſtentamus corpus & vitam, vectigal præſtare cogamur,& ea,quæ noſtra ſunt,quaſi iterum emere,cum tamen Sueton. inter inſolita vectigalia Caji referat, *quod pro edulüs, quæ tota urbe venirent, certum ſtatumq́; exegerit*, & Imperatores vetuerunt quicquam extorqueri pro iis, *quæ ad victum vel uſum proprium inferuntur, l. ſi publicanus §.1. de publ. vectigal.l.in lege Cenſoria 203.de verb.ſignif.l.Vniverſi,C.de vectig*. ita ut diſpendium ſequatur tantum ea,ex quibus quæritur compendium , quales ſunt ſpecies & merces mercatorum, quæ commerciorum faciendorum & lucri gratia de loco in locum tranſportantur, *d.l.in lege Cenſor de leg.Vniverſi* Roland. à Vall.*conſil.34.n.15 .volum.3.*qui allegat Hoſtienſ. *in ſumm.de cenſ. §.ex quibus verſu,quod ſi quis fecit.*Albericus *indiction.in verb.pædagia & alios.*Hottoman. *conſ. 11.* Et hæc vectigalia Græcis vocantur τέλη Germanis inde deducto nomine Zoll & Zell.Italis,*Gabella*,Hiſpanis *Alcavala*,quanquam pro diverſitate locorum,rerum,cauſarum,ob quas imponuntur,diverſa & particularia ſortiuntur nomina.Damhud *pract.crim.c.99.n.2.* Warem. ab Ehrenb *c.4.à n.22.ad n.38.in li.de reg.ſubſid.& oner.ſubdit.*Petr.Gregor.Tholoſ. *li.2.de Rep.c.2.*

6. *Sola maieſtas inſtituit nova Vectigalia*

Autoritas autem eorum & poteſtas inſtituendi vel augmentandi publica eſt, *nec ſolent nova vectigalia inconſultis principibus inſtitui,l.non ſolent. C. vectig.nov.inſtit.non poſſ.*nec id vel *præſidi vel curatori vel curiæ ſine imperiali præcepto licet,l.vectigalia in pr ff de publ.& vectigal.*ſed ſoli Imperatores ea vel ipſi inſtituunt,vel ut inſtituantur permittunt,*l.1.l.vectigalia,l.non ſolent. C. de vectigal.nov.c. Innovamus & ibi gl.in not. & verb. regum de Cenſ. c. ſuper quibusdam §.1.de Verb ſign.* quoniam Vectigalia ſunt de Regalibus *c. un. quæ ſint regal.* vnd gehören zu Keyſerlicher ſonder hoheit vnd reſervaten / *ut dicitur in conſtit Ratiſbon.* An.1576 §. dadurch den *junct.§.ſeq.* ideoque qui nova inſtituit ſine conſenſu principis, tenetur l. Julia de ambitu. *l.un. §. Item is ad l. Iul.amb.* qui exigit ſeu exercet (ſic enim diſtinguit Accurſ.*ad §.mox allegandum*) l.Julia de vi public.*l.fin.ff.ad l.Iul.de vi publ.* imò etiam l. Julia majeſtatis, quia pro magiſtratu poteſtateque aliquid ſciens dolo malo gerit.*l.3. in fin.ad l.Iul. majeſt.*atque hoc indicat etiam Imperator *in d.* §. dardurch dann nicht allein/ quando inſolitorum vectigalium inſtitutionem vergere dicit in contemtum & diminutionem, ſo wol der Keyſerlichen hoheit vnd reſervaten/ als auch der Churfürſtlichen Reputation. Electores enim nominat,quoniam ſine illorum conſenſu,nec ipſi Imperatori fas eſt nova imponere vectigalia, *d.conſtit,Ratisbon.An.76.* Mynſing. *Cent.5.obſ.31.* Heig. *q.18. num.7 part.1.* Petr Denaiſius *in jur.Cameral. tit.321.* ſicut, Philippo Valeſio conventus Gallicos habente, populi rogatione decretum eſt, ne ullum tributi,aut vectigalis genus, niſi conſentientibus ordinibus imperaretur,

Bodin.

Digitized by Google

Bodin. *libr. 6. de Rep. cap. 2.* & cum Ludovicus XI. in exigendis impoſitionibus accerrimum ſe præberet, adeò ut dicere ſoleret, ſua potiſſimum opera regnum Gallicanum, quaſi de tutela ad plenam pubertatem redactum eſſe: Smit *de Rep. Angl. c. 7. lib. 1.* tamen, Carolo IIX regnum ineunte, quæ jam perpetuari de anno in annum cœperant, collationes communi decreto extinctæ ſunt, dicentibus regni proceribus, pro neceſſitate permiſſa, eatenus intelligi permiſſa, quatenus neceſſitas inſtat & urget, ut ait Bartol. *in l. 1. §. nunciatio. ff. de nov. oper nunt. text. in l. 1. in fin. ff de feriu l. ſenatus de off. præſ. c. qui pro neceſſit. 1. q. 1. c qui pro remedio 1. q. 7.* In iis enim, quæ in ſingulorum detrimentum tendunt, & odioſa ſunt, in quorum numero cenſet Bartolus vectigalia, *in l. ſi pupillus §. fin. ff. ad l. Falcid.* princeps nihil facilè ſtatuere debet, niſi de communi conſenſu eorum, quorum intereſt, *arg c. intellecto, ibi, irrequiſito conſenſu, & ibi Dd. de jureiur.* Luc. de Pen. *ad l. un C. de ſuperind. lib. 10.* Maſue. *in pract. for. tit. de tallis n. 2. 4. & ſeqq.* quanquam, ſi illi ſine juſta cauſa rogationibus principis obſtiterint, plenitudine poteſtatis uti queat, niſi ex conventione aliud exceptum fuerit. Fruſtra enim ipſi datum eſſet munus videndi, ne quid detrimenti caperet Reſp. ſi inſtrumentis iis, in quibus conſiſtit nervus Reipub. *l. 1. §. in cauſ. de quæſt.* pro tempore & neceſſitate uti prohiberetur.

Sed ne evagemur aliò, diximus vectigalium novorum inſtitutionem ad principem pertinere. Bartol. *in l vectigalia ff. de publican. & vectigal.* Bald. *in l. 3* Salicet. *in l. fin. C. de jur fiſci* Matth. Stephan *2. juriſd. cap. 1. m. 2. num. 93.* Sichard. *ad tit. vectig. nov. inſtit non poſſ.* C. *n. 3. & ſeqq.* Per nova autem vectigalia cum Cujac. *in parat. C. vectig. nov. inſtit.* intelligimus, non tantum, quæ de novo eriguntur, ſed quæcunque abhorrent à priſcâ conſuetudine *c. prohibemus de Cenſib. l. locatio §. quod illicitè junct. §. ſeq ff. de public.* Nam & puniendos cenſet Conſtantinus, *qui ultra antiquam conſuetudinem & Imperatoriæ terminos juſſionis aliquid profligarint, l. ſi provincialium, C. vect. nov. inſt.* & Hermogenianus non tantum dicit, nemini licere ſine Imperatorum præcepto vectigalia cōſtituere, ſed *nec præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere, l. vectigalia in pr. ff. de publ. vectigal. gl. in d. c. prohibemus. in Verb. nec veteres.* Azo *in ſum. C. vect. nov. inſt. num. 1.* Salic. *l. 2. num. 1. C. Eod.* Roſenthal. *de feud. c. 5. concl. 44. num. 3.* Freder. Myndan. *de mandat. jud. lib. 2. cap. 42. n. 5. & 24.* Watem. ab Ehrenb. *de ſubſ. reg. & oner. ſubd. cap. 5. num. 29.* Sixtin. *de regalib. cap. 8. num. 21. & ſeqq.* ſicut *in d. conſtit. Ratubon.* non tantum injungitur, provinciarum ſeu Circulorum præfectis, ut novorum vectigalium erectionem impediant, ſed etiam ut videant, Damit die angeſtelten nicht erſteigert werden. Cum igitur tota ferè principis poteſtas conſiſtat in erigendis, vel augendis vectigalibus, quippe quam inferioribus non communicat, cum nemo ſuperiorem cognoſcens nova erigendi vectigalia poteſtatem habeat, *Sed & augere ſola.*

 ut eſt

Digitized by Google

ut eſt communis Dd. opinio ſecundum Soarez. *in lit. V. in Verb. vectigalia.* Boſſ. *qui vectig. impon. poſſ. num. 4.* Mynſing. *Cent. 5. obſ. 29.* Petr. Greg. *lib. 3. Syntag. jur. cap. 3. num. 2.* Cepoll. *de ſervit ruſt. præd. cap. 26. num. 10. & ſtatutum eſt in d. conſt. Ratisbon.* §. Vnnd weiters ſein / *junct.* § *ſeq.* hinc opinantur nonnulli per vectigalia *in c. un. quæ ſint regal.* non intelligi vectigalia inſtituta, quippe quæ à quovis inferiori & civitatibus poſſidentur, *l. 1. & 2.* C. *vectigal. nov. inſtit. l. vectigalia,* C. *de vectigal & com:* ſed poteſtatem nova inſtituendi, quæ eſt de reſervatis principis. Roland. à Vall. *conſ. 42. num. 33. lib. 2.* Quæ opinio gloſſam affingit textui, quam generalis ejus locutio nullo modo admittit, ſiquidem ità numerat vectigalia inter Regalia, ut non magis inſtituenda quam inſtituta complectatur, illique explicationi ſuffragatur conſuetudo, optima interpretandarum legum magiſtra, *l. ſi de interpr. 27. de legib.* quamque in omnibus vectigalibus reſpiciendam principales conſtitutiones volunt *l. ſi public.* § *fin. de publ. vectig.* Nam ita demum inferioribus competit jus exigendorum vectigalium, ſi vel præſcriptione illud acquiſierint, vel princeps inter Regalia conceſſerit. Aliàs princeps non tantum inſtituit vectigalia, ſed & inſtituta poſſidet, ut experientia plusquam notum eſt. Sixtin. *de Regal. c. 8. n. 35.*

7. *An vectigalia communicentur ſubditis.*

Alii verò, quando vident vectigalium inſtitutionem non communicari vaſallis, ipſi autem putant minora regalia debere omnia communicari, diſtinguunt vectigalia inſtituta ab inſtituendis, & hæc inter majora, illa inter minora Regalia reponunt. Sixtin. *d. cap 8. num. 38. cap. 2. num. 29.* Obrecht *de Regal. num. 260.* Nam cæteri, qui pro hâc opinione adducuntur, tantum illud dicunt, vectigalia inſtituta concedi quidem vaſallis, ſed novorum inſtituendorum poteſtatem ſoli principi reſervari, ut Seiſel. *in ſpec. feud. tit. qui feud dar poſſ. verſ. quædam verò.* Zaſ. *in Epitom. feud. par 5. n. 13.* qui tamen vectigalia abſolutè ponit inter regalia, quæ facilè conceduntur, & mineras inter ea, quæ difficulter conceduntur, credo, ut cauſæ ſuæ, quippe de mineris agit, ſubſerviret, *conſ. 16. num. 64 lib. 2.* Schneidvv. *de feud. part. 2. num. 77.* quibus addere poſſem longam ſeriem Ddrum, uno ore tradentium, quod vectigalia poſſidere quidem vaſallis detur, ſed non inſtituere, quæ tamen ratio tam valida non eſt, ut cogat jus vectigalium dirimere & geminum facere ex ſimplici, quandoquidem etiam portus, ſi pro portoriis intelligas, & ripatica duplicia facienda eſſent, cum nova portoria vel ripatica vaſallo inſtituere non magis liceat, quam alia vectigalia. Item monetarum jus partim ad majora, partim ad minora regalia pertinebit, ut & jus armorum, quia arma quidem poſſidere licet ſubditis, movere non licet. Signare monetam ſecundum valorem & pondus à principe præſcriptum fas eſt, quantitatem aut ejus valorem & figuram mutare fas non eſt. Et ſimile quid in aliis majeſtatis juribus notare poſſumus, quod ut faciamus & textui

Digitized by Google

textui noſtro *in cap. un. quæ ſint regal.* diſtinctionem, quæ in eo non occurrit, afferamus, ratio ſuperius allegata nullo modo cogit. Nam majora Regalia non illa ſunt, quæ non communicantur, ſed quæ non ſunt communicabilia, hoc eſt, quorum natura talis eſt, ut ſine deſtructione majeſtatis ſubditis & vaſallis communicari nequeant, qualia ſunt, quæ ex poteſtate, in quâ conſiſtit eſſentia majeſtatis, profluunt, vectigalia verò ad horum claſſem non pertinent, cum ſubditus majeſtati non exæquetur, licet eorum erigendorum facultatem nanciſcatur, ſiquidem ad fiſcum augendum, non ad facultatem referantur. Poſſet etiam ex aliis minoribus majeſtatis juribus aliquod unum ſibi ſoli reſervare princeps, ſicut de mineris dicit Zaſ. *d. conſ. 16. n. 64. li. 2.* aut theſauros quocunque loco inventos, aut bona oberrantia & perdita, idque ob inopiam ærarii, aut aliam ſatis juſtam cauſam: ergone ſtatim ea referemus ad majora Regalia? Ita in hoc caſu Imperator reſervavit ſibi inſtitutionem novorum vectigalium, ut avaritiæ multorum magiſtratuum repagulum objiceret, & pauperum ſaluti conſuleret: nec tamen idcircò cogimur majoribus Regalibus eam immiſcere, quia non habet ex ſua natura, ut à majeſtate ſeparari nequeat, ſed ex aliâ quadam cauſa. Ex ſua verò natura ſeparabilis eſt, & ad minora regalia pertinet.

Tributa, quæ φόρους vocat Mecænas *apud Dion. lib 52.* differunt à vectigalibus, quia penduntur vectigalia ob viam, pontes, forum, prove rebus cum lucro diſtrahendis, aut ſunt mercedes publicorum agrorum, fodinarum, ſimiliumve rerum, tributa verò ſunt onera fructuum, *l. Vſufructu 7. §. 2. verb. hactenus in fi. ff. de Vſufr. l. neque 13. de impenſ. vt res dotal*: & offeruntur ratione poſſeſſionis priuati ſoli, *l. 2. l. fin C. ſine cenſ. vel reliqu. fund.* Weſenbec. *in parat. ff. de publ. vectig. & comm. num. 4.* ſicut Caſſiodor. ait 4. *Variar. in Ep. ad Geſilam Sajon. 14. Is ſolvat tributum debitaq; functiones, qui poſſeſſionis noſcitur habere compendium.* Nec enim Goddæus *ad l. ager 27. num. 11. de Verb. ſign.* ſuam conjecturam ullo argumento probat, quando *ab agris, locatione cenſoriâ collocatis, collectam mercedem*, ut loquitur Frontin. *in li. de limit. agr.* tributum appellatum fuiſſe dicit, & in eo tributum diſtinguit à ſtipendio, quod illud ex agris vectigalibus collectum, hoc verò per modica æra à ſingulis poſſeſſoribus collatum fuerit, Nam Cic. *act. 5. in Verr. & act. 3.* ubi de Decimis prolixè diſputat, id quod ex agrorum locatione cogitur, diſtinguit quidem à ſtipendiario vectigali, ſed non etiam vocat tributum, quin potius *li. 2. off. in fin. & li. 3. Epiſt. famil. Ep. 7. & 8.* tributum nuncupat exactionem capitum & oſtiorum, quam ut acerbiſſimam deteſtatur. *d. Ep. 8.* JCti verò ex agris collectam pecuniam, vectigal ubiq; vocant, *ſicut ſub capite vectigalium annotavimus*, tributum verò non item: Stipendium enim & tributum promiſcuè uſurpata fuiſſe, non tantum ob ſimilitudinem originis, ut dicit idē Godd. *d. l. ager num. 16. contra Cujacium*, ſed etiam ob communem uſum lo-

8. *Quid ſint tributa.*

quendi, docet Ulpianus. *in d.l.ager 27.de Verb.ſign.* Nam Pomponii ſententiam, qui tributum pro ſtipendio accipi dixerat, probans, non aliter Etymologiam nominis inducit, quam ut cum ea vulgarem uſum vocabuli conſentire demonſtret. Sic enim quod Eutropius ſcripſit, notante Cujac. 7. *obſ.3.in fin. Cæſarem Gallos feciſſe tributarios*, id ita effert Suet *in Cæſ.c.25 quod iis ſtipendii nomen impoſuerit*, quo ſenſu etiam Plin *lib.2.c.1.* in Hiſpania præter colonias, municipia, & Jure Italico donatas civitates, 188. ſtipendiarias numerat, id eſt, tributarias. Nec Mecœnas in Oratione ad Auguſtũ, quamvis diligenter hoc argumentum tractet, ſtipendia ullibi diſtinguit à tributis, Dion. *lib.52.* ſiquidem diviſio provinciarum inter Auguſtum & ſenatores poſt demum facta eſt Dion. *lib.53.* ex quo nata eſt diſtinctio ſtipendii à tributo, quam Theophilus *in §.per tradition. Inſt. de rer.diviſ.* ſatis dilucidè explicat, cujusque intuitu idem Ulpian. *in d.l.7.§.2.de Vſufruct.* ſtipendium & tributum tanquam duo diverſa ponit, & Papinianus tributum ad fiſcum ſpectare dicit. *l.Inter debitorem 42 de pact.* Cum verò, annotante ſtatim Dione. *lib.53.* poſt Cæſaris Octaviani tempora Imperatori iſtæ provinciæ reſignatæ fuerint, meritò dicit Cujac. 7. *obſ.3.* ut fiſci & ærarii, ita & ſtipendii & tributi differentias ſublatas fuiſſe, ideoque, quod proprium fuit imperio Romano brevi tempore diſcrimen, negligentes per tributum hoc loco intelligimus pecuniam à ſubditis in fiſcum inferri ſolitam, ſive ordinaria ſive extraordinariâ indictione, in hos, quos Cicero præſcribit, fines *pro lege Manil.ut ſi ſit ornamentum pacis, ſubſidium belli & nervus Rei.* *Tributum*, ait Varro, *eſt pecunia populo imperata, quæ tributim à ſingulis proportione cenſus exigebatur.* Pro proportione cenſus dicit reſpiciens ad morem Romanorum. Cum enim viritim ante Servii Tulii tempora pacis munia ſubirent, is inſtituit, ut *pro habitu pecuniarum.* ut ait Liv. *lib.1.* ſeu, ut Halycarn. *lib.4. pro cenſu facultatum ſuarum*, quisque tributum conferret, quod licet æquitati naturali ſummè conſentaneum eſſet, ita ut tributa capitum & oſtiorum, tanquam acerbiſſima, meritò damnaret Cicero *lib.3.Ep.8.* eiq; tanquam nimis gravia, benè meritis provinciis Imperatores remittere ſoliti fuerint: *l.1. 6.7. & fin. C.de Cenſ.l.un.C.de capit.civ.cenſ.exim.lib.11.l.1.C.de col.Thrac.lib.10.l.id ab unaquaq; 12. C.de Ann. & tribut. Eod.* tamen avaritia Imperatorum *capitationum ſeu tributum capitis* (utrumq; n. nomen repesitur in jure) cenſui poſſeſſionũ ſuperinduxit, quæ duo diſtincturus Tertull: *in Apolog.* alterum vocat tributum, alterum ſtipendium. *Si agri*, inquit, *tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa ignobiliore.*

10\. *Tributorũ indictio pertinet ad regalia*

Utrum verò magis ſit ex uſu Reip. alibi diſputamus: hoc in loco videndum tantum eſt, quomodo & quatenus tributa ad jura majeſtatis pertinent. Nã quod Petr: Freder: Mynda: *de mand.jud.li.2. c.45.n.5.* collectas (ſic enim vulgus vocat, quas JCti dicunt intributiones, *l.filii 22.§ fin.ad munic l. reſcripto*

reſcripto 6. §.munera de muner.& hon.Paul.2.ſent.7.§.ut:) negat eſſe de regalibus,quia imponuntur vigore non regalium,ſed juriſdictionis & ſuperioritatis,tantum abeſt,ut intentionem ſuam probet, ut propter hanc ipſam rationem Regalibus eas accenſendas contendamus,non tantum,quod etiam Juriſdictio,licet *in c.un.quæ ſint regal.* non expreſſa, ad regalia pertineat, ut ipſe Boſſ.qui contrarium tenet,*tit.de princ.n.18.* Doctores mille locis præſupponere confitetur, Menoch. *praſ.97.n.27.& ſeqq.li.3.*Peregrin.*de jur.fiſc. tit.1.n.10.li.1.*Andr Knich, *Comm. privil.ſaxon. in verb.* Zoll/ ideoque quæ ad eam pertinent, conſequenter etiam pertineant ad regalia, ſed potiſſimum, quia regalia,ſeu jura majeſtatis nihil aliud ſunt,quam ipſa ſuperioritas, ſeu partes ejus aut ſigna,*ſicut in pr. c.de major.jur. majeſt. abunde demonſtravimus.* Quicquid igitur ratione ſuperioritatis competit, competit ratione Regalium, & ſic ſubjectio probatur ex jure collectandi, Maſcard. *de probat. concl.940.n.1.& tributi præſtatio eſt ſignum ſubjectionis,ut ait gl.in not.in c.omnis anima de* Cenſib. & per Conſequens, majeſtatis, quia ſubjectio indicat majeſtatem,tanquam ſuum correlatum. *c.magnum 11.q.1.* Matth.Steph.2. *de jurid.cap.1.membr.1.n.115.* Ideoq; Chriſtus ex nummo, qui cenſus nomine pendebatur,Phariſæis demonſtrat dominum,*Matth. 22.* quoniam Imperatoris *ad arbitrium diſponitur omne tributum*: Gunther. *li.4.* Et Apoſtolus ait: *ſubditi eſtote non ſolum propter iram,ſed etiam propter conſcientiam. Ideo enim & tributa præſtatis,Roman.13.* quod ſic explicat Auguſtinus. *Et vos ſubditi eſſe debetis. Ideo enim tributa præſtatis,quia hæc eſt probatio ſubjectionis. c.omnis anima in fin.de* Cenſib.Atq; dicit Jacobin.*in verb.Cum mero mixtoq; imperio,n.16.*impoſitionem collectarum eſſe deRegalibus,& ſoli principi competere,quod etiam Alber. *in rubr.de mun.& honor.n 56.*& Bartol.*in l.1.* C.*de Excuſat. mun. libr.10.* docent, quando civitates jus imponendi collectas habere negant, Nam quod Univerſitates arcam communem habere poſſunt, *l.1.* §. *Quod ſi nemo Quod cujusq; univ.* quod impendia ad muros reficiendos civitatibus ordinare licet.*l.omnes* C.*de oper.publ.* eo ipſo nullum imponendi collectas jus iis conceditur,cum aliundè arcam ditare, aut alia compendia quærere queant,nec tota iſta ſeries JCtorum,quam adducit Borcholt.*de Regal.n.53.*aliud concedit, quam quod id liceat civitatibus, aut in caſu neceſſitatis, aut ex mutuâ contribuentium conventione, quorum illa non habet legem, hæc verò nullum arguit imperium, quandoquidem quivis privati ſocii ad contributionem ex pacto ſeſe obligare poſſunt.

Multa hîc præterea de tributis diſputanda eſſent,nec non de angariis, parangariis, & quæ præterea in uſu ſunt, alia in aliis Rebuspubl. ſervitia, ſed cum otia noſtra jam non ſint ſui juris,ab aliis ſive Politicis,ſive JCtis illa colligenda diligenti lectori relinquimus, & ubi primum ſummæ gratias egimus majeſtati, quæ non modò facultatem hæc concipiendi, ſed & otium

otium relegendi clementer indulſit, lineam hic figimus, benignum lectorem rogantes, ut ſi quid minus cum cura explicatum invenerit, partim ætatis immaturitati, partim brevitati temporis, qua hæc ſunt in chartam conjecta, partim aliis negotiis, quæ me quotidiè ab hac profeſſione abducunt, aſſcribat, conatumque ſaltem in laude ponat, ſi per impedimenta ſcopum, quem præfixeram, tactum minimè putaverit.

DEO ſit laus & honor in æternum.

F I N I S.

AD AUTOREM.

ΤΟ᾽ παντέλειον ἄνδρα καὶ εὐτρεπέστατον
σοφὸς Χερωνεὺς βιβλιοθήκη ἔμπνοος
σοφῶς πιφαύσκει, τὴν πολιτικὴν ὃς καλῶς
ἀναμὶξ ἐκίρνα σοφίῃ· ἣ μὲν τὸν νόον..
γαληνοῖ, ἣδε τοῖς νόμοις κοινωφελὴς,
πρᾶξιν δ᾽ ἑαυθ᾽ ἁμαρτῇ ἀμφιδέξιος.
ποσαχῶς ἄμεινον τοῦτο δὲ κρίμα θατέρου
βλακός τε γαύρου καὶ φθοιεροῦ κανθηλίου
σύγκλωθ᾽ ὃς εἴργει, ὡς ἀσύγκλωθ᾽ εἰρέμεν,
ἀγνὼς ἁπάσας τὰς τέχνας ὁμαίμονας.
Χλεύαζε δ᾽ ὕθλους, καὶ σύριττ᾽ οἰνόφλυγας,
σόφ᾽ ΑΡΝΙΣΑΙΕ, κ᾽ οὐ σοφίας ἀρνουμένης,
ἑτεροῖα πράξας, καὶ διδάξας χρήσιμα·
οὕτως κιχήσεις σεμνοῦ ἐν μαθήμασιν,
φθόνου καὶ ἄκοντος, καὶ εἰ πέντος φθόνου
νεκὺν ποιήσεις ζῶντά σ᾽ ἐν μαθήμασιν
τὸ, παντέλειον τ᾽ ἄνδρα κ᾽ εὐτρεπέστατον.

M. Samuel Dreſcmius.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS
DE MAIESTATE IN GENERE.

CAP. I.

Quid nomen Majeſtatis ſignificet.

SUMMARIA.

1. Externam ſpeciem & titulum diſtinguendum à poteſtate & reipſa, demonſtratur exemplis primorum Imperatorum.

2. Aliis exemplis conficitur, multos eſſe reges nomine, non re.

3. Non eſſe rerum eſſentias metiendas ex nomine.

4. Latitudinem imperii non conſtituere Regem

5. Contra eos, qui maieſtatem per externum ſplendorem definiunt.

6. In quo deniq; conſiſtat eſſentia Maieſtatis.

7. Vtrum maieſtas competat etiam magiſtratibus.

CAP. II.

Cui majeſtas competat, & an ſoli Imperatori.

Summaria.

1. Omni & ſoli ſuperiorem non recognoſcenti maieſtatem propriè competere.

2. Quinam ſoli Imperatori maieſtatem ſeu univerſale dominium tribuant.

3. Ex quibus argumentis univerſale Imperatorum dominium colligatur, & eorum reprobatio, unà cum aſſertione contraria.

4. Vtrum Veneti de jure ſint ſubiecti imperio.

5. Vtrum Franci.

6. Vtrum Hiſpani, Angli, Poloni.

7. Probatur veritas ex Hiſtoricorum & ipſorum Imperatorum teſtimoniis, ſeu legibus.

8. Reſpondetur iis loquendi formulis, quibus univerſale dominium Imperatori videtur tribui.

9. Inter omnes Reges & principes primum, ratione dignitatis, eſſe Imperatorem.

CAP. III.

In quo Conſiſtat Eſſentia majeſtatis.

Summaria.

1. Probatur, maieſtatis eſſentiam conſiſtere in ſumma & abſoluta poteſtate.

2. Reſpondetur argumentis eorum, qui maieſtatem populi pedibus conculcandam ſubjiciunt.

3. Probatur autoritate Patrum & ICtorum, quod maieſtas habere debeat poteſtatem abſolutam.

4. Reprobantur, qui abſolutam poteſtatem principis, iniquitatis accuſant.

5. Maieſtas nec judicari, nec puniri à quoquam mortalium poteſt.

6. Maieſtas nullis omninò poſitivis legibus ſubjicitur.

7. Vtrum æquum ſit, maieſtatem pati leges, quas alius tulit.

8. Maieſtas licet ſoluta ſit legibus, ſponte tamen iis ſe accommodare debet.

Kkk

9. Rex

9. *Rex non eſt, niſi qui ex præſcripto rationis & virtutis imperat.*

10. *Rex debet ſe legibus ultrò accommodare propter exemplum*

11. *Conſideratur lex regia, utrum per eam Imperator ſolutus ſit ab omnibus legibus.*

12. *Princeps, quo magis ſolutus eſt legibus humanis, eò graviorem cœlitus expectare habet pœnam.*

13. *Reprobantur voces eorum, qui abſoluta poteſtate ad licentiam abuſi fuerunt.*

14. *Maieſtas ſubiecta eſt Dei & naturæ legibus, licet ſoluta ſit humanis.*

CAP. IV.

Utrum majeſtatem amittant, qui in alterius Patrocinium & clientelam ſe recipiunt.

Summaria.

1. *Maieſtati ſuæ non detrahit, qui alium in gradu honoris ſibi præferri patitur.*

2. *Qua ratione patroni & clientes Romanorum olim ſeſe habuerint.*

3. *Quinam dicantur eſſe in fide & clientela ſuperioris.*

4. *Conſideratur conditio Regum ſociorum, amicorum, aut ſubiectorum apud Rom.*

5. *Maieſtati repugnat dependere à ſuperiore.*

6. *Romani reges, quos in patrocinium receperant, tutos & defenſos præſtabant.*

7. *Quidnam Romani ab iiſdem regibus pro patrocinio exegerint.*

8. *Demonſtratur, reges clientes Romanorum in ſuos ſubiectos maieſtatem illibatam retinuiſſe.*

9. *Concluditur in univerſum de omnibus principibus & Rebusp. quæ in alterius fidem & clientelam ſe committunt, quod maieſtatem inde non perdant.*

CAP. V.

Agitur de iis, qui feuda à manu Domini recipiunt, utrum majeſtatem ex eo amittant.

Summaria.

1. *Quæ ſit origo feudorum.*

2 *Alii reges ipſa regna feudi nomine poſſident, alii præter regna abſoluta, feuda habent annexa.*

3. *Anglorum reges diu fuerunt regum Galliæ vaſalli.*

4. *Scotiæ regnum an ſit feudum Angliæ?*

5. *Ducatus Mediolanenſis feudum Imperii.*

6. *Quo jure regnum Neapolitanum & Siciliæ factum fuerit feudum Eccleſiæ.*

7. *Papa ipſe obnoxius eſt iis, a quibus feuda accipit.*

8. *Diſtinguitur inter perſonam Vaſalli & feudum poſſeſſum.*

9. *Unde æſtimari debeat feudum ligium.*

10. *Subditus unius principis nequit alterius vaſallum ligium ſe conſtituere.*

11. *Nemo poteſt vaſallum habere ligium, qui non ſit præditus abſoluta maieſtate.*

12. *Utrum vaſallus obligetur contra patriam, patrem & cognatos.*

13. *Nemo poteſt obligari contra patriam.*

14. *Rex, qui ſit abſoluta poteſtatis, nequit devenire homo ligius alterius regis.*

15. *Ex æquitate Domini poteſt quis ſimul eſſe homo ligius unius principis & ſubditus alterius.*

16. *Antiquiori Domino per novam fidelitatem non præjudicatur.*

17. *Reiicitur diverſitas reſpectuum in principe feudatario.*

18. *Summa reverentia, quam tenetur vaſallus exhibere Domino.*

19. *Ritus inveſtiendi, juramentum, ſervitia, officiaq; alia, quæ declarant ſubjectionem vaſalli.*

20. *Quæ*

20. *Qui feudum recognoſcit ab alio, ratione feudi maieſtatem poſſidere non poteſt.*

21. *Diſtinguitur inter principes feudatarios & ſtipendiarios.*

Cap. VI.

Conſideratur, utrum juramenta, quibus reges & principes ſubditis obligantur, abſolutæ poteſtati, ſeu Majeſtati eorum detrahant.

Summaria.

1. *Opinio eorum, qui juramenta principum, ſubditis præſtita, interpretantur pro juramentis fidelitatis.*
2. *Princeps abſolutæ poteſtatis, non eſt obnoxius ſubditorum imperiis.*
3. *Iuramentum ad defendendam Eccleſiam maieſtatem non imminuit, nec eam Eccleſiæ ſubjicit.*
4. *Iuramentum ad faciendum officium & adminiſtrandam juſtitiam non extinguit poteſtatem ſummam.*
5. *Pacta in præjudicium liberæ poteſtatis, maieſtati præjudicium creant.*
6. *Quæ princeps ex officio præſtare tenetur ad ea fruſtra adigitur Iuramento.*
7. *A Maieſtate jusjurandum vi legitima exigi non poteſt.*
8. *Maieſtas non dominatur ſubditis per mutuum inter utrosq; initum contractum, ſed per obligationem quandam inæqualem.*
9. *Principis nuda verba vim habent juramenti.*
10. *Malè ſentit de principe, qui illi, niſi jurato, negat credere.*
11. *Quænam juramenta Maieſtatem diminuant.*
12. *Qui regnum iniit ex pacto, pacto non completo, à regno jure abigi poteſt.*

Cap. VII.

Utrum majeſtatis Poteſtas tam ſit abſoluta, ut nec ſucceſſor anteceſſoris decretis & promiſſis obligari queat.

Summaria.

1. *Videri, ſucceſſorem teneri legibus anteceſſoris.*
2. *Diſtinguitur inter obligationem ex pacto, & ex jure regni.*
3. *Leges anteceſſoris non obligant ſucceſſorem [illegible] in hæreditaria poteſtate abſoluta ſuccedit ur.*
4. *Exempla legum à ſucceſſoribus revocatarum.*
5. *Quis ſit ſenſus clauſula, de æternùm valitura lege.*
6. *Etiamſi ſucceſſor non teneatur ex lege ſervare leges anteceſſoris, aliæ tamen ſunt cauſæ, cur eas ſervare debeat.*
7. *Utrum ſucceſſor, acta geſtaq; anteceſſoris rata habere, & promiſſa complere teneatur.*
8. *Fides & conſtantia, quam ſint neceſſaria principi.*
9. *Contractum quia deſcendit de jure naturæ, princeps nequit reſcindere.*
10. *Alia bona Imperatorum referebantur ad fiſcum, alia ad ærarium publicum.*
11. *Contractu de rebus fiſci non obligatur ſucceſſor in regno, ſed hæres fiſci.*
12. *In regnis hæreditariis filius obligatur ad ſolvenda patris debita.*
13. *Quæ nomine dignitatis & pro commodis Reipubl. contracta ſunt, obligant etiam ſucceſſorem.*

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS DE JURIBUS MAJESTATIS MINORIBUS.

CAP. I.

Quid & quot ſint jura majeſtatis.

SUMMARIA.

1. *Vtrum & quomodo jura maieſtatis ſint indiviſibilia.*
2. *Quibus nominibus apud autores exprimantur jura maieſtatis.*
3. *Definiuntur jura Maieſtatis primum ex aliorum, tum etiam ex propria ſententia.*
4. *Deducuntur jura maieſtatis ex c. 8. lib. 1. Samuelis.*
5. *Quanam maieſtatis jura expreſſerit Ariſtoteles?*
6. *Enumerantur jura maieſtatis ex Hiſtoricis.*
7. *Item ex legibus, ICtis & Politicis.*
8. *Diviſio jurium maieſtatis in maiora & minora.*
9. *Tria Eſſentialia maieſtatis jura deducuntur, quibus duo alia adjicimus.*

CAP. II.

Utrum majora majeſtatis jura à majeſtate ſint ſeparabilia.

Summaria.

1. *Maiora maieſtatis jura à maieſtate ſunt inſeparabilia.*
2. *Nequeunt indulgeri ſubditis.*
3. *Multa ex iis videntur ſubditis communicari.*
4. *Princeps nequit ea, qua ſumma maieſtatis ſunt, aliis concedere.*
5. *Vtrum jura Maieſtatis eſſentialia praſcribi poſſint.*
6. *Quanto intervallo praſcribatur contra obedientiam.*
7. *Particula maieſtatis, qua univerſam poteſtatem non continent, ſubditis, ſalvo jure Maieſtatis, indulgeri queunt.*
8. *Quacunque geruntur in Republ. à maieſtate dependent.*
9. *An ſubditi poſſint condere leges.*

CAP. III.

De Poteſtate Ferendi leges, aliisque, quæ hinc pullulant, juribus.

Summaria.

1. *Quod poteſtas ferendi leges ad maieſtatem propriè pertineat.*
2. *Vtrum Reges Rom. aut populus hoc jure uſus fuerit, durante regno ante Tarquinium.*
3. *Eiectis regibus, quis in Rep. Rom. leges tulerit.*
4. *Hoc jus translatum fuit in Imperatores, una cum ſumma poteſtate.*
5. *Vtrum hoc jus extendatur etiam ad leges divinas.*
6. *Contra jus divinum faciunt, qui jure damnatos facilè eximunt à ſuppliciis.*
7. *Sola maieſtas poteſt pœnam à legibus inflictam remittere.*
8. *Reprehenditur clementia regum, qui lege divina volunt eſſe moderatores.*
9. *Exempla aliquot, in quibus iniquè à maieſtate humana diſpenſatum eſt contra jus divinum.*
10. *Maieſtas nequit jus naturale tollere, vel ex toto vel ex parte.*
11. *Iniquitatis convincuntur, qua ſunt lata contra praſcriptum iuris naturalis.*
12. *Maieſtas nequit reſcindere contractus, qui prodeunt ex iure natura.*

13. Decla-

13. *Declarat tamen maieſtas tam ius divinum, quam humanum.*

14. *In leges poſitivas dirigitur totum hoc ius, quas ponere & abolere poteſt maieſtas.*

15. *Maieſtas reſtituit in integrum & ad famam, remittit pœnam legis civilis, dat veniam ætatis, &c.*

16. *Privilegia indulget ſola maieſtas.*

17. *Ad hoc jus pertinet poteſtas nobilitatem conferendi.*

18. *Maieſtas concedit facultatem nundinarum, &c.*

CAP. IV.

De poteſtate conſtituendi magiſtratus & extrema provocatione.

Summaria.

1. *Deducitur ſecundum Maieſtatis ius ex legibus Publicolæ, & oſtenditur, quomodo extrema provocatio & ius magiſtratuum cohæreant.*

2. *Poteſtas magiſtratibus conceſſa radicem habet in maieſtate, in qua ſumma eſt & propria.*

3. *Extrema provocatio nequit a maieſtate abdicari.*

4. *Appellatio tollitur à principe aliquando, ſalva eiuſdem maieſtate.*

5. *In ſuam maieſtatem & ius naturæ peccat, qui vetat ad ſe provocari.*

6. *An valeat conſuetudo, ut in criminalibus non appelletur.*

7. *Remota appellatione, nihilominus reſtant alia remedia contra iniquam iudicis ſententiam aut rei circumventionem.*

8. *Stultum eſt putare, à maieſtate appellari poſſe.*

9. *Diſtinguitur inter conſtitutionem magiſtratuum & electiones.*

10. *Maieſtas continet in ſe omnium magiſtratuum iuriſdictiones.*

11. *Magiſtratuum creatio pertinet ad maiora maieſtatis iura.*

12. *Imperatores primi Roman. revera conſtituerunt maiores magiſtratus, licet ſecus facere aliquando viderentur.*

13. *In Comitiis, curia vel Senatu dicti magiſtratus, nihilominus ſuam poteſtatē ab alio, penes quem eſt maieſtas, habere poſſunt.*

14. *Maieſtatis criminis ſe alligat, qui magiſtratum propria autoritate init.*

15. *Utrum principes Germaniæ, qui Iuriſdictionem habent hæreditariam, magiſtratibus annumerandi, & à maieſtate Imperatoria dependeant, & qua via ad tantam pervenerint potentiam.*

16. *Ad hoc caput pertinet etiam jus comitiorum.*

17. *Quantum in comitiis, ad mutandam Rempubl. ſitum ſit.*

CAP. V.

De poteſtate armorum: & quæ huc pertinent

Summaria.

1. *Potentiores oportet eſſe in Republ. qui armorum poteſtatem habent.*

2. *Quid ſignificet vocabulum Armandia, in c un qua ſint Rega.*

3. *Imperatores reſervarunt ſibi publicas armorum fabricas & cuſtodias.*

4. *Ob quas cauſas maieſtas ſubditis uſum armorum inhibere, ſibiq; tantum reſervare poſsit & debeat.*

5. *Etiam pugiones & cultelli alicubi non ſine periculo geſtantur.*

6. *Arma non ferenda in curiam, aut palatium.*

7. *Arma olim publicis locis ſolita fuerunt cuſtodiri.*

8. *Utrum Ius muniendarum urbium ad Maieſtatem pertineat.*

9. *An Itali, Hiſpani, & ex parte Galli ex hoc jure meritò poſsint peregrinos prohibere arma in urbes inferre.*

10. *Quid per poteſtatem armorum præcipuè intelligatur.*

11. *Poteſtas belli & pacis ad ſolam maieſtatem ſpectat.*

12. *Magiſtratus injuſſu maieſtatis bellum juſtum nec indicere, nec gerere poteſt.*

Digitized by Google

13. *Pluribus exemplis demonſtratur bellum à ſola maieſtate denunciari debere.*
14 *Fœdus ſtipulari ſola maieſtas poteſt, aut pacem ſtabilem perpetuamq́; condere.*
15. *Quid interſit inter ſponſionem, à magiſtratu factam & fœdus a maieſtate concluſum.*
16. *Ad hoc idem caput redigitur facultas mittendi legatos qui jure gentium tuti ſint ab omni periculo.*

Cap. VI.

De Jure, quod majeſtati competit, in Religionem & Eccleſias.

Summaria.

1. *Religio continet omnes ſocietates.*
2. *In religione conſiſtit fides & iusiurandum.*
3. *Superſtitio quoq́; habet vim continendi ſubditos in officio.*
4. *Religionis, quatenus quatere aut conſervare poteſt Remp. cura pertinet ad maieſtatem, id quod per partes explicatur.*
5. *Quæ mala ſit perpeſſa Germania, propter poteſtatem nimiam pontificum.*
6. *Excommunicatio neminem privat ſuarum rerum dominio.*
7. *Papa non poteſt diſpenſare contra jus naturale & divinum, nec filios contra patrem, ſubditos contra regem armare.*
8. *Vtrum Papa magis poſſit abſolvere à juramento, quam maieſtas temporalis.*
9. *Reges & principes non ſunt prorſus excludendi a rebus ſacris, ſeu Eccleſiaſticis.*
10. *Quid juris competat maieſtati in ordinandis & conſtituendis officiis Eccleſiæ.*
11. *Quatenus ad maieſtatem pertineat jus convocandi & conſervandi concilii.*
12. *Princeps in negotiis fidei alligatur ſententiis Orthodoxorum Theologorum.*
13 *Maieſtas convocat Epiſcopos ad concilia, actaq́; eorundem ſua autoritate valere facit.*
14. *Maieſtatis eſt, erigere Vniverſitates & Academias publicas.*
15. *Ad ſecuritatem Reipub facit, ut hæc jura ſint penes ſummam poteſtatem Politicam.*

Cap. VII.

De poteſtate in rem nummariam.

Summaria.

1. *De origine & utilitate nummi.*
2. *Quare nummorum cura pertin[illegible] ad maieſtatem.*
3. *Vtrum in contractibus, ſoluta pecunia, reſpiciendum ſit ad valorem in puncto contractus, vel ſolutionis: Et quid juris in multis a legibus præfinitis.*
4. *Exemplis plurimarum Rerump. probatur, quod Ius monetæ fuerit penes caput earum.*
5. *Si cura monetæ pertinet ad principem, Vtrum is tam abſolutum in eam habeat imperium, ut inſciis ſubditis eam mutare queat.*
6. *Vtrum jus monetæ communicari poſſit.*
7. *Sola maieſtas dat æſtimationem, ſeu pretium ſeu valorem materiæ monetalis.*
8. *Vtrum princeps valori monetæ, ultra pondus, addere poſſit.*
9. *Sola maieſtas præſcribit monetæ materiam.*
10. *Signũ autẽ imprimendi copia fieri poteſt ſubditis ſine maieſtatis præiudicio.*

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIUS.

DE JURIBUS MAJESTATIS MINORIBUS.

CAP. I.

DE POTESTATE MAJESTATIS IN POSSESSIONES ET BONA privatorum.

SUMMARIA.

1. *Privilegia dignitatum & honorum cum juribus maieſtatis non eſſe miſcenda.*
2. *Quod ſint omnia in ditione Maieſtatis, quæcunq; in Republ. etiam à privatis poßideantur.*
3. *Nec tamen per ditionem Maieſtatis tollitur dominium privatum.*
4. *Quomodo dominium privatorum ſimul ſtare poßit cum dominio univerſali Maieſtatis.*
5. *Maieſtas non eſt nuda tutrix aut adminiſtratrix Reipublicæ.*
6. *Itaq; ex multis cauſis poteſt jus nondum acquiſitum impedire.*
7. *Ius tamen ſemel acquiſitum tollere nequit, cuius cauſa redditur.*
8. *Improbatur conſuetudo Anglorum, qua Vaſalli hæredibus, quam diu ſunt minorennes, Dominus aufert uſum fructum feudorum nobilium.*
9. *Maieſtas pro ſalute publica demum juſtè exercet imperium, quod habet in bona ſubditorum.*
10. *Vtrum Maieſtas bona Reipubl. invitis vel non conſentientib. ſubditis abalienare poßit, quia eſt eorum domina.*
11. *Princeps nequit invitos ſubditos a Republ. avellere & diſtrahere.*
12. *Niſi in caſu neceßitatis, aut utilitatis publicæ urgentis.*
13. *Pluribus probatur, quod princeps nequeat Remp. notabiliter deteriorem facere.*
14. *In parvis verò alienatio non eſt prohibita, ubi item, quæ dicatur parva Reipubl. læſio, quæ magna.*
15. *Graves Reſpubl. læſiones iterum rationibus damnantur.*

CAP. II.

De numero & ordine jurium majeſtatis fiſcalium, & quantum principi ex bonis privatorum delibare liceat.

Summaria.

1. *Maieſtas nequit plus per dominium ſuũ a privatis poſſeſſoribus exigere, quam publica utilitas requirat.*
2. *Publica utilitas requirit exactiones tributorum & vectigalium.*
3. *Iniuſtum eſt, quicquid præter publicam utilitatem exigitur.*
4. *Ad tributa nõ eſt confugiendum principi, niſi, quando aliunde argentum non ſuppetit.*
5. *Optimus maieſtatis theſaurus, divitiæ benevolorum ſubditorum.*
6. *Tres claſſes bonorum, in quibus iura maieſtatis minora fundantur.*

CAP. III.

De bonis publicis in genere.

Summaria.

1 *Qua de cauſa maie[illegible]ti tribuenda ſint*

bona

Digitized by Google

bona publica, à privatis civium poſſeſſionibus ſecreta.
2. *Bona publica, diſtincta à communibus, an propria ſint maieſtatis, ſeu Reipubl. ſeu principis.*
3 *Quo reſpectu aut jure inter jura Maieſtatis reponantur via publica, flumina navigabilia, portus, &c.*
4 *Rerum publicarum uſus civibus omnibus debet eſſe communis.*
5 *Publica privato occupare ſine venia maieſtatis non licet.*
6 *Molendinum excitans privatum in flumine publico, fundum occupat alienum.*

Cap. IV.

De jure venationis, piſcationis & aucupii, utrum id jure maieſtas ſibi vindicare poſſit.

Summaria.

1 *Venatio, piſcatio & aucupium jure divino, naturali, & multarum gentium, habentur inter res communes.*
2 *A maieſtate ſubditis auferri non poſſunt ex vulgari ſententia.*
3 *Utrum in puniendis vetitis venationibus progrediendum ad vitam & ſanguinem.*
4 *Multa, quæ jure primævo ſunt communia, jure gentium fiunt propria.*
5 *Maieſtatis jus eſt, poſſe diſpenſare de venatione, piſcatione.*
6 *Incommoda venationis & ob quas cauſas nimius eius amor damnandus.*
7 *Deducuntur rationes, ex quibus principes jus venandi ſibi ſolis tribuere licitè potuerint.*
8 *Mala, quibus ſe & Remp. exponūt principes, qui ſe totos venationi dedunt.*
9 *Utrum & quanam præſcriptio in jure venationis allegari poſſit.*
10 *Venatio cohæret ſummo principum imperio.*
11 *Ius venandi reponendum inter regalia.*
12 *Ius venandi, eſt ſervitus alieni agri.*
13 *Utrum territorio cohæreat vel juriſdictioni.*

Cap. V.

De bonis publicis in ſpecie.

Summaria.

1. *De viis publicis.*
α *Quid ſint viæ publicæ.*
β. *Quatenus pertineant ad regalia.*
γ. *Quæ jura inde habeat princeps.*
δ. *Quod princeps teneatur ſecuritatē præſtare viis publicis & damna illic data reſarcire.*
ε. *Quod ſolius maieſtatis ſit inſtituere curſus publicos.*
2. *De Fluminibus.*
α. *Quid ſint flumina publica, quid privata.*
β. *Ad regalia pertinere navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia.*
γ. *Quatenus huc pertineant.*
3. *De Portubus.*
α. *Quid per portus intelligendum.*
β. *Quatenus ad regalia referantur.*
4. *De Fodinis metallorum & ſalis.*
α. *Quid ſint argentariæ in c. un. quæ ſint regal.*
β *Utrum metalli fodinæ juris privati ſint, vel publici.*
γ. *Utrum conſtitutio accipienda ſit de omni genere fodinarum.*
δ *Quantum poſſit conſuetudo in re Metallica.*
ε. *Quo jure principes fodinas ſibi tribuerint.*
5. *De Palatiis.*

Cap. VI.

De bonis, quæ indignis auferuntur, aut nullius eſſe reperiuntur, ubi multa de crimine Majeſtatis.

Summaria.

1. *Diſtinguitur inter bona indignis ablata & caduca.*
2. *Perduellio prima cauſa eſt, quampropter vel civibus, vel integris nationibus & civitatibus bona auferuntur, ubi de ſpoliis bellicis, cui cedant.*

3. Quod

Digitized by Google

3. *Quid ſit crimen maieſtatis, & erga quos committatur.*
4. *In quam minimis rebus Imperatorum plurimi maieſtatem ſuam lædi putaverint.*
5. *Vtrum convitia in principem pro crimine maieſtatis habenda.*
6. *Quomodo in crimine maieſtatis puniatur conatus.*
7. *Diſtinguuntur crimina maieſtatis, quia non omnia æque rigorosè aut enormiter puniuntur.*
8. *Vtrum pœna poßit extendi ad poſteros & amicos.*
9. *Quare in crimine maieſtatis damnetur memoria rei.*
10. *Peculiares rigores contra perduelles.*
11. *Inter perduellionis crimina, quodnam tam rigorosè plectendum.*
12. *Crimen maieſtatis non committitur niſi à ſubdito.*
13. *Ex perduellionis condemnatis fiſcus lucratur bona, an à puncto commißi ſceleris vel lata ſententia.*
14. *Vtrum maieſtatis divinæ crimen confiſcationem bonorum ſecum trahat.*
15. *An & cur deportatorum bona confiſcanda.*
16. *Damnatur lex Anglorum & Gallorum, quæ quocunque de crimine ad mortem damnatorum bona confiſcantur.*
17. *Ex quibus criminibus bona damnatorum inferantur fiſco.*
18. *Vtrum bona vacantia ſint ex ordine Regalium.*
19. *Vtrum per naufragium perdita cadant in fiſcum.*
20. *Vtrum bona peregrinorum morientium, hæredibus abiudicari & in fiſcum deferri iure poßint.*
21. *Quid ſit theſaurus.*
22. *Theſaurum pertinere ad inventorem.*
23. *Contraria conſuetudo redigit theſauros in fiſcum.*
24. *Quid in hac re æquius ſit & bono principi ſequendum.*

CAP. VII.

De vectigalibus & tributis.

Summaria.

1. *Omnes cives debent Republic. tributum.*
2. *Quinam ab hoc onere ſint exemti, licentia maieſtatis.*
3. *Solius maieſtatis eſt eximere, à qua qui ſe exemptos demonſtrare nequeunt, tenentur etiam in foro conſcientiæ ſolvere.*
4. *Explicantur nomina vectigalium.*
5. *Quid per vectigalia intelligamus, ſeu quid ſint, & quibus rebus indicantur.*
6. *Soli Maieſtati licet vectigalia imponere & impoſita augere.*
7. *An ius Vectigalium ſit communicabile ſubditis.*
8. *Quid ſint tributa.*
9. *Vtrum imperanda tributa pro numero capitum, vel habitu bonorum & poſſeßionum.*
10. *Tributorum impoſitio pertinet ad regalia.*

Digitized by Google

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

ABrogare & ferre leges eiuſdem eſt 195. p.
Abrogans anteceſſoris acta & illi nocet & ſibi 146.m.147.149.
Abſurda quæ ſequuntur ex dominio univerſali Imperatoris 24 f.
Academias erigendi poteſtas pertinet ad Maieſtatem 305.f.307.p.
Academia quantum poſſint in Republ. 306 p.
Accuſatio non delet maieſtatem 71.f. 74.p.
Actio confeſſoria vel negatoria datur in ſervitutes 383.p.
Adminiſtrator nequit bona ſibi commiſſa diſtrahere 328.330 339.
Adulteri Spartæ non puniti 368 m.
Ægyptiorum regum quidam in numerũ Deorum relati 164. p.
Ex æquitate facta non ſunt allegandæ pro lege 48 f.
Æſtimatio monetæ quid ſit 319.m.
Ageſilai circumſcripta poteſtas 5.f.
Agri vectigales, quibus hoſtes multabantur 398 m.
Albinagii jus apud Gallos 423. f.
Albinagii jus reprobatur 424 p.
Alienantur bona Reſp. ſubditi & Vaſalli ex neceſſitate & pro ſalute publica 344.
Alienata non videntur quæ manent ſub dominio 187.p 350.m.
Alienationes Reſp. detrimentoſæ licet juramento firmata non valent 350 f.
Alieno in agro capta fera cedit capienti 365. & ſeq.
Alterum alter nequit obligare 271. m.
Angli an ſubiecti imperio 22.m.
Anglorum feuda in Galliis 81. m.
Angli quibus pactis liberati ab obedientia Gallorum 82. m.
Angli an habuerint ſibi Scotiam ſubiectam 83.84.
Anglus an Vaſallus ligius Gallorum 83.p.
Anglorum & Scotorum unio an Reſpub. ipſorum utilis 107. m.
Angliæ vectigalis Eccleſia 118.p.
Anglorum regum iuramentum 125.m.
Anglorum conſuetudo 208.m.
Anglorum ius in Eccleſias 294.m.
Anglici regis titulus & poteſtas in reb. religionis 307.m.
Angliæ rex ſolus in toto regno cudit monetam 315 m.
Anglorum ius in orphanos Vaſallorum 334. f.
Anglorum ius de confiſcatione bonorum poſt damnationem 418.p.
Antiquius quò quodq, eò dignius 57 f.
Antiquior Dominus ſemper præfertur poſteriori 106.p.
Antiquiori Domino nequit novus præiudicium creare 104.m.
Appellatio communicatur ſubditis 473.p.
Sed quomodo 188.p.
Appellationis vis 222.f.
Appellatio poteſt tolli à magiſtratu, ſalvo iure Maieſtatis 222.m.
Appellatione remota nihilominus remanet iuriſdictio ſuprema 223.p.
Appellationes ob quas cauſas non facile admittendæ 224.p.
Appellatio in criminalibus an iure prohiberi queat 224 f.
Appellatio ex quibus cauſis prohibita ſit 225 p.
Appellatione remota, non removetur via nullitatis aut ſupplicatio 225. & ſeq.
Appellari a maieſtate nequit 226.f.
Apulia & Calabria diu pertinuerunt ad Imperium Orientis 89. m.
Archiepiſcopus Viennenſis 6 f.
Archiepiſcopus Lugdunenſis 6 f.

Argen-

Digitized by Google

Argentaria quid ſit 390 p.
Ariſtoteles quo in loco explicet iura maieſtatis 165. m.
Armeniæ reges ſubiecti Romanorum Imperatoribus 6 74. f.
Armorū ius quid in ſe complectatur 170 p
Arma dominantur Reipublicæ 245. p. 247. & ſeq.
Armorum poteſtas pertinet ad Maieſtatem 246. p. & ſeq.
Armandia quid ſint 246. m.
Armorum fabricas ſibi reſervarunt Imperatores 246 m.
Armorum uſum ſibi reſervare debent Principes 247 p.
Armorū geſtatio prohibita 249. p. 253. m.
Arma non ſunt ferenda in curiam 249 m.
Armorum geſtatio an magis licita nobilib. quam plebeis 250 m.
Arma olim publicis locis concludi ſolita 250. m.
Armamenta celebriora 251. m.
Arma movere quid ſit 254. p.
Aſiæ reges non omnes fuerunt tyranni 164 p.
Athenienſes correxerunt multa in legibus Solonis 142. m.
Athenienſes cui parti Reip. tribuerint ius gerendi bellum 258. f.
Auguſtus ſub ſpecie modeſtiæ & popularitatis regnum in ſe tranſtulit 2 m.
Auguſtus veniā legis Vocon iæ petiit 45. p.
Auguſtus magiſtratus, maiores ipſe conſtituit 232. m.
Aurum & argentum valent ex opinione hominum 319 & ſeq.
Auri valor dependet ex præſcripto Maieſtatis 321 m.
Auſtria Archiducum privilegia 111. p. 174 p.
Auſtria Archiduces Reges creati 119. f.

B.

Bannitus an à quovis impune poßit occidi 205. m.
Belli ducendi poteſtas pertinet ad Maieſtatem 254. p. & ſeqq.
Belli pericula 255. p.
Bellum quod ſine edicto Maieſtatis geritur iniuſtum 256 p.
Bellum commune omnium ſuffragiis gerendum 259 p.
Benevolentia ſubditorum quantum iuvet Principem 357 p.
Bonitas Monetæ extrinſeca & intrinſeca quid ſit 322. m.
Bona Eccleſiæ & Reip. à præſidibus nequeunt alienari 339. p. & ſeq.
Bona propria Principi aßignanda 359 f.
Bona caduca quid ſint 396. m.
Bona ereptitia quid ſint 396. m.
Bona committentium crimen Maieſt. conſiſcantur 408. m.
Bona quam plurimis extiterunt cauſa damnationis 406 p.
Bona vacantia quid ſint 421. p.
Bona vacantia an pertineant ad regalia 421. f.
Burckgravii qui ſint 237. f.

C.

Caduca bona quid ſint 396. m.
Camera Imperialis facit gratiam iuramenti 284. p.
Canon metallicus 391. f.
Capitaneus an habeat ius Regis in ſuo territorio 236. f.
Carnutenſe pactum inter Gallos & Anglos 82. m.
Caroli M. cum Imperatoribus Orientis tranſactio 18. m.
Caroli M. Pipini & Ludovici Pii donatio in Eccleſiam 88. f. & ſeq.
Carolus V. ſe liberavit ab Imperio Gallorum 93 f.
Caritas incipit à ſe ipſa 102. f. & ſeq.
Carinthiæ Ducis antiqua inauguratio 114. m.
Ex cauſa iuſta à regulis iuris receditur 337. p.
Cenſores elegerunt Senatores 228. f.
Cenſuale & feudatarium quid differant 118. p.
Cenſuram ſupremam exercuit populus & poſtea etiam Imperator 220. p.
Centgravii qui ſint 237 f.

Certamina Principum de prærogativa dignitatum 59.m.
Cives honorarii expertes commodorum 6.p.
Civiliter acquiſita an tolli poſſint à Principe 333.f.
Clauſula, ſalva Maieſtate imperii, quam vim habeat 117.f.
Clauſula: Vt nec nobis nec ſucceſſoribus fas ſit legem reſcindere, quis ſit ſenſus, qua vis 159.p. & ſeqq.
Clementia facile degenerat in vitium 198.m.
Clerici an ſubiecti poteſtati politicæ 295.f
Clericus ratione feudi ſortitur forum Laici 95.m.
Clientum Roman. deſcriptio 60.m. & ſeq.
Clientes privati & publici 62.m.
Clientes proximo poſt liberos loco 60.m.
Clientum reverentia erga patronum 61.f
Clientum officia ad quæ patronis obligabantur 61.f.
Clientum nomen tribuitur etiam Advocatis & Vaſallis 62.m. 80.p. 109 p.
Clientum loco habita integra civitates, nationes & regna 62 m.
Clientulorum Regum conditio apud Rom. 66.p.
Clientes non ſunt, quicunque exhibent alteri reverentiam 65.f.
Clientes reguli non niſi propter magna officia à Romanis recepti 67.p.
Clientes reguli ad quæ ſervitia Romanis fuerint obligati 71.p.
Clientes reg: quantam coacti fuerint reverentiam exhibere patronis 71.f 72.p & ſeq
Clientes non perdunt Maieſtatem 76.p
Clientes ſive civitates ſive Principes manent liberi 76.p.
Clientela utrum dederint initium feudis 79.p.
Clientes ſecuti patronos in bellum 80.p.
Cogitationis solius pœnam nemo patitur 4[illegible].p.
Collectandi ius an ſit de regalib. 438.f.
Collegiis ſæpe datur poteſtas cooptandi collegas 227.f.
Colonis ex quibus cauſis non indulgenda venationes 374.f.
Comiter conſervare quid ſit 77.p. & ſeqq.
Comites qui fuerant ab initio 273.p.
Comitiorum ius an tranſeat ad ſubditos & magiſtratus 239.f.
Comitiorum ius pertinet ad ius Maieſtatis de Magiſtratibus ibid.
Comitia cogere & ad ea invitare, diverſa ſunt 240.p.
Comitiorum quanta ſit vis ad ſervandam vel evertendam Rempub. 241.m.
Comitia in Rep. Rom. & Hebræorum fuerunt penes Maieſtatem 242.p. & ſeq.
Communia quid differant à publicis 360.m.
Communia cedunt occupanti 360.f. 365.f.
Conacia feudum Angliæ 119.m.
Conceſſio interdum accipitur pro confeſſione aut declaratione 288.p.
Conceſſio ſeu donatio incapaci facta, aut contra ſalutem publicam non valet 176 m.
Conciliorum congregatio pertinet ad iura Maieſt. 297.m.
Conciliorum acta non obligant, niſi confirmata à Maieſtate 301.p.
Concilia præter Maieſtatem nemo convocare poteſt 302.m.
Cōcilia Vniverſalia congregata ab Impp. provincialia à Principibus aliis 302.f. 303 m.
Confiſcatio bonorum an incipiat à puncto criminis commiſſi, vel lata ſententia 415.p.
Confiſcatio bonorum in quibus caſibus adhuc locum habeat 419.m.
In conſcientiæ foro cogimur omnes tributa præſtare 432.p. & ſeq.
Conſtantini M. donatio 88 f.
Conſtantia in Principe neceſſaria 148.p.
Conſtituens non ſemper ſuperior eſt conſtituto 32 f.
Conſuetudinis vis in iure Metallico 328. m.
Conſul unius diei 333 m.
Contractus inter Principem & ſubditos 120 f.
Contractum non ſervanti non ſervatur ibid.

Contra-

Contractus non ſemper diſſolvitur eo modo, quo fuit conſtatus 129.m.
Contractus Deus ipſe ſervat 209.f.
Contractus ſuo nequit Princeps contra venire 149.f.209.m. & 334 m.
Contractus fiunt incerti ob incertitudinem monetæ 313.f.
Contrahentis conditio ignoratur cum damno eius, qui contrahit 161.f.
Contemtus intolerabilis regibus 59 m.
Convitia calida non ſunt punienda, ut crimina Maieſtatis 401.m
Convocatio fœderatorum fit ab aliquo eorum 240 m
Crimen Maieſtatis vide: Maieſtatis crimen
Crimina leviſſima à crudelib. Principib. habita pro criminib. Maieſtatis 402.m
Crimina non facile ſceleratis condonanda 197 f. & ſeqq.
Criminum condonatio præbet delinquentibus 201.m. & ſeqq.
In criminalibus an appellatio admittatur 224.p.
Cultelli veniunt appellatione armorum 248.m. & ſeq.
Cumulativè concedi quid ſit 185.m
Curiam armato ingredi non licet 249. m
Curſuū publicorū uſus & commoda 386.m
Cypri Regis juramentum 114.m

D.

Damnatus morte an bona ſua relinquat fiſco 418.p 419.m
Daniæ Rex reſpectivè Vaſallus Imperii 84 f.119 m
Daniæ Regis juramentum & obligatio 136.m & ſeq.
Declaratio juramenti quid ſit 282.f
Deditiorum conditio 63 m & ſeq.
Dediti hoſtib. qui ſint à Rom. 263.p.346.f
Defenſio quæ eſt juris naturalis à Principe tolli nequit 207.f.225 f
Definitiones diſtributiva 158 m
Dei timor cōtinet homines in officio 266.p
Delphinatus feudum Imperii 343.p.
Delphinatus donat⁹ regi Galliarum 96.m
Deportatio habuit annexam bonorum confiſcationem 417.p
DEVS non diſtinguit inter juramentum & ſermonem nudum 127.m
DEVS competens judex Maieſtatis 42 f.
DEVS graviter advertit in peccantes Principes 51.f. & ſeqq.
DEVS concurrit ubiq; cum actionibus cauſarum ſecundarum 185 f
Dictatoris abſoluta poteſtas 160.p 201. f
Dignitas nō dat poteſtatē 5.f 326.p & ſeq.
Dignitas diminuta non diminuit Maieſtatem 57.p
Dignitates omnes fluunt ab Imp. aut Maieſtate 58.m.214.m
Dignitas maior nō extinguit minorē 59 p.
Dignitas { iniurato credatur 131.f
facit ut { juramentū remittatur 133.p
Dignitatis intuitu contracta obligant ſucceſſorem 153.f
Dignitas non conſtituit regalia 158 p.169. m.326 f.
Diſpenſari contra jus divinum & naturale an poſſit 196.m 207.m
Divina legi fit iniuria, ſi reus mortis abſolvatur ſine cauſa 199 m.
Dolus vitandus in abrogatione legū 210.f
Dominiorum diſtinctio 329.m
Dominium univerſale non tollit dominium particulare ib.f.
Dominium Univerſale Maieſtatis in quo conſiſtat 330.p
Dominus differt à Rege 333.f
Dominium Gallorum 150 m
Dominiū Gallorū non eſt alienabile 340.f
Dominus nequit ejurari à Vaſallo, nec Vaſallum invitum abdicare 341.m
Dominium quid ſit 37.m
Donatio Conſtantini M. Pipini Caroli M. & Ludovici Pii in Eccleſ. 88 f.
Donationes Principum ex mera liberalitate facta ſine intuitu meritorum, an ſola donantium voluntate revocari poſſint 147.p.149.m.
Donationes immodica revocantur 147.p.
Donatio prior prævertit poſteriorē 149.m
Donatio in præjudicium Reſpub. non ſubſiſtit 177.p.
Dualitatem non patitur ſummū Imperium 30 m
Duces qui ſint 238 f.
Duos Deos ponere eſt contradictoria aſſerere 30.m. 172 f.

E.

Eccleſia quale juramentũ præſtent Principes & Imperator 123 m.
Eccleſia an ſola habeat vim abſolvendi à juramento 281 p. & ſeqq.
Eccleſia quatenus terrenæ poteſtati ſubjecta 289 m.
Eccleſia Anglicana caput Rex eſt 307. f.
Eccleſiæ bona Adminiſtrator diſtrahere nequit 338 f.
Eccleſia non debet cum alieno damno diteſcere 342. p.
Eccleſiæ bona alienantur ob neceſſitatem 344. m.
Electorum an maieſtas lædi dicatur 10. m
Electio & non coronatio dat Imperatoriam poteſtatem 57 m 59 m. 124 129. p.
A quibus Electorib non appelletur 173. f.
Electio quid differat à conſtitutione magiſtratuum 219 f 228. f.
Epiſcopus non eligendus ſine conſenſu Principis 288 f.
Epiſcopi ab Impp inſtitui 290. m. & ſeq.
Epiſcoporum inveſtitura ſolius ex Imperat maieſtatis eſt. 292. p.
Epiſcoporum inveſtitura differt ab electione 291. p.
Epiſcoporum ignorantia 300. f.
Epiſcopi ad concilia convocandi à Maieſtate 302 m.
Excommunicatio iniuſta Imperatorum & Principum 272. m.
Excommunicatio neminem privat rerũ ſuarum dominio 274 f. 276. m.
Excommunicationibus ſuis quam leves cauſas prætexuerint Pontifices 272. & ſeqq.
Excommunicatio Principum abalienat animos ſubditorum 273. p.
Exemplorum Principum quanta ſit efficacia 48 p.
Exemti qui ſint à vectigalibus 431. m.
Externus titulus diſtinguendus à poteſtate & reipſa 3 m. 4 5. 6. & 8 f.

F.

Fabricenſes 246. f.
Feræ communes ex jure primævo & multarum gentium 365 m.
Feræ ſunt communes non poſitivè ſed privativè 370. m.
Feras capiendi ſpes non eſt in numero bonorum noſtrorum 371. f.
Feudum diſtrahitur ex neceſſitate 345. p.
Feudorum collatio ſpectat ad Imperatorem 239. m 296.
Feudum an poſſit præſcribi contra dominum 183 m.
Feuda traxerunt originem ab antiqua conſuetudine Germanorum 80. f.
Feudorum jus admodum antiquum 60. m.
Feudum an habeat eſſentia ſua innexa ſervitia 115. p. & 116.
Feudum differt ab agro vectigali ſeu cenſuali 118. p. & 119.
Feudum nondum apertum ab anteceſſore conferri nequit 140. m.
Feudum nequit filius adire, ſi hæreditatem paternam repudiarit 152. f. & ſeq.
Et quid de agnatis ibid.
Fides quantopere commendet Principem 147 f. & ſeq.
Fides nobilium & Principum loco juramenti habetur 131. f.
Fidelitas eſt de natura feudi 115. m.
Fides vim ſocietatibus 266 p.
Fides ex religione 16.
In fide populi Rom. qui dicerentur eſſe 63. p.
Fiduciarii reges dupliciter intelliguntur 81. m.
Filius an poſſit obligari contra patrem 100 m. 101. 102 & ſeqq.
Filius nequit adire feudum repudiata hæreditate paterna 152 f.
Filius contra patrem molieus, peccat in jus divinum, nec ulla humana poteſtate defendi aut excuſari poteſt 206. p. 279 m.
Filii an luant crimina parentum 406. m. 417. p.
Fiſcales res propriæ Principis 150. p 339 m.
Fiſci & ærarii diſtinctio 150 p.
Pro fiſco obligatur hæres ib. m.
Fiſcalia jura 325 f.
Fiſcus non curandus cum detrimento ſubditorum 356 m.
Fiſcus

Fiſcus ditatur ex tribus bonorum ordinibus 358.m.
Fiſcus plurimum augetur ex ſpoliis hoſtium 397.f.
Florentini & Lucenſes fruſtra admirati ſunt libertatem 177.f.350.f.
Flumina, fodina, portus &c. quatenus ad Maieſtatem pertineant 361.p. & ſeq. 382.m. & ſeq.
Flumina publica & privata quæ ſint 388.p.
Flumina quæ & quatenus ponantur inter regalia ib.m.
Fodina privata fuerunt 390.m.
Fodina locorum publicorum 391.m.
Fodina quatenus pertineant ad Maieſt. ibid.
Fodina rerum quarumcunq; an comprehendantur in c. un. quæ ſint reg. 392.f.
Fodina quo iure ad Maieſtatem & Principes tranſierint. 393.f.
Fœderum tria genera 63.p.
Fœdus æquale 64.m.
Fœderatorum conſenſus requiritur ad commune bellum gerendum 259.p.
Fœmina mitius punienda viris 407.m.
Francorum reges ex Merovæi ſtirpe maioribus domus ſubiecti 4.f. & 5.
Franci an de iure ſubiiciantur imperio 19.f. 21.m.
Franci qua via & iure occuparint Gallias 20.p.
Francorum regum quidam non recte uſurparunt nomen Imperatorum 28.m.
Francorum reges non obediunt parlamentis 46.m.
Franciſcus I. Flandriam & Arteſiam liberavit obedientia Gallorum 93.f. 348.p.
Francorum Rex ante conſecrationem iurat Archiepiſcopo Remenſi. 124.p.
Francorum Rex de iuriſdictione ſuprema 235.p.
Francorum reges quare & quomodo comitia ſeu ſtatuum conventus ſuſtulerint. 243.m.
Francorum reges non patiuntur ſibi ſacra à Romanenſibus eripi 274.p.
Francorum ius in electione Epiſcoporum 293.m.
Francorum Rex ſolus utitur flava cera in ſigillis 326.m.
Francorum reges olim ſoli geſtabant Cæſariem ibid.
Franci an recte ruperint pacta cum Anglis & Carolo V. Imp. inita 340.p. & ſeqq.
Franci confiſcato corpore confiſcant bona 418.f.
Fraudulenta quorundam promiſſorum interpretatio 210.f. & ſeq.

G.

Galli vide Franci
Genevenſium Epiſcopus 7.p.
Genevenſes ſub patrocinio regis Galliarum 78.f.
Genuenſes ſubfuerunt Romanis 178.m.
Genuenſes agnoverunt Imperium Germanorum ibid.
Genuenſes coacti deſtiterunt à munienda urbe 251.f.
Germanorum conſtitutio de pace religionis 310.f. & ſeqq.
Gloria appetitus 408.f.
Græci nolebant adorare Perſarum reges 112.m.

H.

Hæredes non puniendi pro reo 417.f.
Hæres obligatur ad debita hæreditatis 150.m.
Hæreditas tota adeunda 152.m.
Hæreſis ficta ob quam multi Imperatorum à Pontificibus excommunicati fuerunt 277.p.
Hæreſes tenetur Maieſtas prævenire 297.f.
Helvetiorum pacta de evocandis cantonibus 240.m.
Herodes ultro ſubiit arbitrium Imperatoris 74.m.
Hieroſolymitanum regnum feudum Eccleſiæ 93.m.
Hiſpani an ſubiecti imperio 21.m.
Hiſpanorum in attrahendis feudis cupiditas & ambitio 85.p.
Hiſpanorum regis iuramentum 124.m.
Hiſpanorum maioria non tranſit 172.p.
Hiſpano-

Digitized by Google

Hiſpanorum lex de ſumma juriſdictionis immobilitate 221.f
Hiſp lex de appellatione in criminalibus 234 m
Hiſp. lex de magiſtratuum creatione 234 f
Hiſp. regum jus in Eccleſias 288 m 294 m
Hiſtorici quorum Maieſtatis jurium mentionem faciant 167 p. & ſeqq.
Holſatia feudum Imperii 84.f.
Homologus 97 p.
Hoſtis perduellis 397 p.
Hoſtis bona confiſcantur 398 & ſeqq.
Hungaria an feudum Eccleſiæ 67.m
Hungar: regis obligatio & juramentum 135.m.136 & ſeqq.
Hungariæ Palatinus 234 p
Hungariæ regum jus in Epiſcopos 288.m.
Hungarorum Rex ſolus cudit nummos 315.f.
Hungarorum jus circa Metalla 392.m.

I.

Ianuam apud Roman. non licuit in publicum aperire 362.m.
Imagines nummis imprimere licet etiam ſubditis 323.m
Imperatores primi Rom. nomine populares & externo honore, at re ipſa reges 2 f. & ſeq.
Imperatoris & Regis differentia 28.m
Imperator an Dominus totius mundi 13.p
Imperatoris Vniverſale dominium probatur ex ſacris literis 15.f.
Imperator Vicarius DEI in temporalibus 15.f
Imperatores an poſſint eſſe duo ſimul 16 f
Imperatoris poteſtas dependet partim ex jure gentium, partim ex L. Regia 17.m
Imperatores nunquam tribuerunt ſibi Vniverſale dominium 20 p
Imperatoris Vniverſale dominium ex ll. explicatur 25.f. & ſeq.
Imperatorum ante omnes reges & Principes prærogativa 28.m
Imperator licet electus, ſuperior tamen eſt Electoribus 33.p
Imperator quantum & quibus de cauſis omnes Reges antecellat 57 m
Imperator ſuperat omnes gradus dignitatem 58.f
Imperator excipitur in juramento fidelitatis 100.p
Imperator non præſtat Eccleſiæ juramentum fidelitatis 123.p
Imperatoris ergà ſtatus imperii obligatio & juramentum 137.m
Imperatori ſoli non competunt regalia 157.p.
Imperator ſemper habet intentionem ſuam, quoad juriſdictionem, fundatam 180.p
Imperatoris Rom. erat ferre & tollere leges 194.p
Imperatoris Rom. erat gratiam ſcelerum facere 203.p
Ab Imperatore ad Papam nequit appellari 227.p
Imperatoriæ poteſtatis apud Rom. inſignia 229.p
Imperatores Rom. creabant magiſtratus 232.p
Impp. Rom. ſancti 400 p.
Sine Imperatoris ſcitu olim Rom. Pontifex non ordinabatur 287.f
Imperatores quando perdiderunt jus inveſtiendi Epiſcopos 292.m & ſeq.
Imperatores Rom. quo ſenſu fuerint Pontifices Maximi 308.m
Impp. Rom. ſummam religionis curam habebant 308.f
Impp. ſoli geſtabant purpuram 326.p
Impp. multifariam diſpoſuerunt circa venationem 371.f
Impp. Roman. crudelitas in Maieſtatis reos 402 p
Imperator creat Duces, Marchiones, Comites, &c. & confert feuda 239.m
Imperatores reſervarunt ſibi fabricas armorum 246.f
Imperium non eſt extra Eccleſiam 16 p
Imperium antiquius eſt omnibus regnis hodiernis 58.p
Imperii lex de juriſdictione 235.m.
Impia vita non aufert Principibus legitima Imperia 277.m. & 279.m
Inauditus aut indicta cauſa nemo condemnandus 207.f
Incertitudo monetæ quam noxia ſit Reſp. 313.m.

Inceſtua-

Inceſtuoſorum bona confiſcantur 420.p. & ſeq.
Indignis ablata bona quid ſint 325.m.
Indiuidua multa diuiduntur 155.m
Indiuiſa & indiuiſibilia quid differant ibid.
Inferior nequit violare jura ſuperioris 195.f.204 p.
Inferiores dignitate Maieſtatem non perdunt 17 p
Infideles an de jure ſubiecti ſint Imperatori 14 m
Interceſſio in crimine Maieſtatis non admittitur 410.f. & ſeq.
Interpretatio, quæ ducit ad abſurda rejicienda eſt 24.f
Inueſtiendi ritus apud Gallos & Neapolitanos 109.m. & ſeq.
Inueſtitura Epiſcoporum pertinet ad Principem 287.p
Inueſtitura petitur ad domũ domini 110 f
Inuitus per alterum non obligatur 264 m
Ipſo jure & ipſo facto quid ſint 130.f
Iudæorum reges nunquam jurarunt populo 134.p
Iudicium debet incipere à domo judicis 43.p
Iulius Cæſar liberalis in dandis magiſtratibus 331 f
Iuetotius Rex 8 m
In omni Iuramento fidelitatis non ligio excipitur Maieſtas 100.p
Iuramentum ad inhoneſta nullum 101 f
Iuramentum antiquius præiudicat nouo 104.
Iuramenta Principum triplicia 123 p
Iuram. defenſionis præſtitum Eccleſiæ non tollit Maieſtatem 123 f
Iuram. præſtari ſolitum à Principibus abſoluta poteſtatis, quale ſit & ad quid obliget 124.m
Iuramentum dignitatem regiam lædens pro nullo habetur 127 p 352 p.
Iuramentum quid addat ſermoni nudo 127.m
Iuramentum non ampliat contractũ ibid
Iuramentum non parit actionem ibid.
Iuramenta Principum ſpontanea 128.p
Iuramenti vis & obligatio 131 p
Iuramento ineſt religio 267.p.268.f
Iuramentum religione ligat & deterret mentes hominum 131.m|168 p.& ſeq.
Iuramentũ remittitur ob dignitatẽ 133.p
Iuramento Principes tuti ſunt 266 p
Iuramentum addit promiſſis & contractibus metum Deorum 267.f
Iuramentum quid ſit ibid.
Iuramentum per Iouem lapidem 268 m
Iuramentum ſancte ſeruandum propter obteſtationem diuinam 280.m
A juramento abſoluere quid ſit 281.p
De juramento tam diſpenſat Princeps atq; Pontifex 282 f & ſeqq.
Iuramentum an res ſpiritualis 284 m
Iuramentum contra dignitatem regiam non obligat 352.p
Iuramenta per genium Imperatoris non ſancta 280.f 400.m
Iura Maieſtatis ſunt diuiſibilia 154 f
Iura Maieſtat. quibus nominibus exprimantur 156 p
Iura Maieſtat. non continentur omnia in c. un. quæ ſint regalia 156 m. & ſeq.
Iura Maieſt. ſunt propria & perpetua 157.p.
Iura Maieſt. non dantur in præmium laborum 157 f
Iura Maieſt à Samuele Iudæis propoſita c.8.li.1.Sam. 159.p
Iura Maieſt. deducuntur ex Ariſtotele 165.m. & ſeq.
Iura Maieſt. deducuntur ex Halyc. Polyb. Tacit. Sueton. Dion. 167 & ſeq.
Item ex politicis & ICtis ſeu legibus 168. & ſeq.
Iura Maieſt. recte diſtribuuntur in Maiora & Minora 169 m
Iura Maj. Eſſentialia tantum ſunt 170.f
Sed ad Maiora rediguntur quinq. 171.p
Iura ſuperioritatis nequeunt communicari ſubditis, ut ſubaltis 172 m
Iura Maj. an poſſint praſcribi 181 p.
Iure communi quod obtineri poteſt, fruſtra petitur ex priuilegio 72.m 105 p
ICti qua jura Maj proponant 168 f. & ſeq.
Iuriſdictio conceditur ſubditis, cumulatiue, non priuatiue 135 m
Iuriſdictio ſumma nequit à Maieſt. abdicare 221 m
Iuri Metallico dominatur cõſuetudo 393 m

Iurium Maj. minorum or. do ſeu claſſis triplex 358. m
Iurium Maj. definitio 358 m
Ius diſtinctum, naturale, & poſitiuum quid ſint 195 m
Ius Monetarum quid in ſe complectatur 319. p.
Ius naturale totũ immutabile 203m207m
Ius primæuum negatiuum à Maieſtate mutari poteſt 370. p
Ius quarendũ poteſt majeſt. impedire331. f
Ius quaſitum nemini vel per abſolutam poteſtatem auferri poteſt 331. m
niſi ob ſalutem publicam ibid.
Ius in alium elaboratum, in ſe quiſq; quomodo admittere cogatur 40. f
Ius Regis c. 8. lib. 1. Samuel. & Lex Regis c. 10 idem ſunt 159 p
Ius Regis non eſt contrarium legi Regis Deuteron. 17. 161. m

L.

Lacedæmoniorum populus habebat poteſtatem indicendi bellum 258. m
Lacedam. Regum limitata poteſtas 258 m
Lacedæmonii reuocarunt leges Lycurgi 142 p.
Laicis permiſſum, imo iniunctum eſt Biblia diligenter legere 286 p
Laici non prorſus alieni a rebus ſacris 286. f.
Laici tenentur intereſſe conciliis 298. p
nec ab iis abiguntur 299. f
Landgrauii quid ſint 237. f
Legati non meant niſi inter diverſas Reſp. 263. m
Legati tantum mittuntur à ſuperiorem non agnoſcentibus 264. p
Legatorum varii ordines 264 m. & ſeq.
Leges anteceſſorum in perfecta Rep. non ligant ſucceſſorem 140. m
Leges oportet eſſe in manu Maieſtatis 14. f 191. f.
Leges Valerii de prouocatione 219 m
Legis eſt cogere 32 p
Legis & virtutis differentia 39. p. 43. m 190 p.
Legis definitio Ciceroniana rejicitur 190 p
Legislator quid differat a maieſtate 41 f
Legis officium & finis 190 m
Legis perpetua à temporaria diſtinctio 143 p.
Legis regia amplitudo 50 p
Legitimare maieſtatis eſt 216. m
Legitimatus à Papa non ſuccedit in feudo 216. p
Legũ vis directiua & coactiua 40. m. 43 f
Legum crebra mutatio quam ſit pernitioſa 144. m. & ſeqq.
Legum condendarum jus qua jura in ſe contineat 170. m
Legum ferendarum jus an communicetur ſubditis 174. m. 188. p
Legum promulgatio arguit ſuperioritatem 185 f
Lex regni quid ſit 151. p
Lex ſacrata Roman. abrogata 142. m
Lex Samuelis non eſt contraria legi Deuteron. 161. m
Lex vim ſuam habet à Majeſtate 40. p. 140. m. 190. f.
Liberi extiterunt populi, etiamſi Romani lateſſime dominarentur 24. m
Liber populus quis ſit 76 f
Libertas populorum aſtimatur ex libertate comitiorum 241. m
Libertas clientibus relicta 78. m
Libertas ſemper intelligitur conceſſa ſaluo Iure Imperii 176. f
Licentia regia diſtinguenda ab eo, quod honeſtum eſt 160. m
Licita nõ ſemper ſunt honeſta 44 m 160 m
Ligii nominis varii abuſus 97. m
Ligius ex poſt facto an ſubſiſtat 104. f
Ligius Vaſallus quis ſit 97. p 100. p
Ligi⁹ praſtat juramentum contra omnes homines 99. f
Ligius non ſuſtinet alium Dominum, quam Maieſtatem 100 p
Ligius ſubjicit omnia ſua bona Domino 100. m. 108. p
Ligius nemo poteſt eſſe duorum dominorum 104. f
Limites Romani Imperii 23. p

M.

Madriciana conuentio 93. f 348. p
Magica remedia non probanda 282. m
Magiſtratus tenetur lege ſua 42. p. & ſeq.
In magiſtratu quomodo ladatur maieſtas 10. m. 12. p
Magiſtratuum mandandorum jus quid in ſe complectatur 170. m. an poſſit communi-

Digitized by Google

municari 175 m 187 p
magiſtratus nequit lege mitior eſſe 201 m
magiſtratus ſententiam nequit revocare 212 m.
magiſtratus nominatio & Electio differunt 219 f.227 f.
magiſtratus ceſſat præſente maieſt. 229 p
magiſtratuum creatio pertinet ad jura maieſt 230.p
An magiſtratus quoſcunque conſtituat maieſtas 230 m. & ſeq.
magiſtratus Rom. creabantur a populo 231.f. tum ab Imperatoribus 232.p
magiſtratus ab eo conſtituitur, a quo poteſtatem accipit 233.f.& ſeq.
magiſtratus nequit aliunde poteſtatem habere, quam a maieſtate 235 m
magiſtratum ſumens propria autoritate tenetur l.Iulia maieſt. 235 m
magiſtratus injuſtum bellum gerit, ſine edicto maieſtatis 256 p
magiſtratus nequit pro Rep. pacis leges dare 261.p
magiſtratus nequit obligare Rempublicam 261.m
magna imperia periculoſa 25 p
maieſtas non conſiſtit in ſplendore aut dignitate 9 p
maieſtas nomen juris eſt 9.f
maieſtas etiam apud antiquos deſignat poteſtatem 10.m
maieſtas divina 10 p.416 m
An in divinam committatur crimen maieſtatis ultimo ſupplicio & confiſcatione bonorum multandum 416 m
An maieſtas & quo ſenſu tribuatur Prætori, Electoribus & magiſtratibus 10 m 12 m.
An maieſtas lædatur in conſiliariis, Cardinalibus. &c. 10.m
maieſtas tribuenda omni Reſp. perfecta 11.m.
maieſtati ſoli adæquate competit, legibus ſolutam eſſe 30.f
maieſtas nihil agnoſcit ſupra ſe 36.m
maieſtas judicari aut damnari à nemine mortalium poteſt 39.p
maieſtas non tenetur legibus 39 p.43 m
maieſtas armat leges 40.p.41.f.190.f
maieſtati jus non dicitur 41 f
maieſtas aliter, aliter legiſlator fert leges & iis tenetur 41.f.& ſeq.
maieſtatem ſolus Deus judicat 42 f.130.m
maieſtas non facit quantum licet ſed quantum decet 43 m.& ſeq.
maieſtas legibus ſe accommodans facit id ſponte ſua, non coacta 44 f 128.p
maieſtas ex quibus cauſis legibus ſuis morigeram ſe præbere debeat 46 m 48 p & ſeq.
maieſt per abſolutam poteſtatem non abſolvitur a lege divina & natura 50. m & ſeqq.
maieſtas ut reliqui mortales, naturæ legibus obnoxia 55.f
maieſt. fons dignitatum 58.m 214.m
maieſt non minuitur, ſi provinciis aliquot multetur 64.m
maieſt. an poſſit alibi accuſari 71. m 74 p 96.m.117 p 119 p
maieſtatem non delet clientela in quam Princeps ſe recipit 76.p.& ſeq.
maieſtati ſervitia ſunt contraria 96 m
maieſtas ſola poteſt habere Vaſallum ligium 100.p
maieſtas nequit præſtare homagium ligium 105.f 107.m
maieſtati repugnat feudum recognoſcere ab alio 117.p
maieſtas non obligatur ſubditis ex contractu 121 m 129 m 131. m.158 p
maieſtatis abſoluta juramentum 124.m
maieſtati detrahunt, qui per pacta cum ſubditis regna ineunt 124.f
maieſtas juramento ſpontaneo præjudicium ſibi non creat 128.2 134.p
maieſtati detrahit, qui cogitur jurare in leges præſcriptas 137 m.134.p
maieſtas num obligetur anteceſſoru promiſſis, actis & legibus 138.f.& ſeqq.
maieſtas eſt diviſibilis in partes potentiales 154 f 156.p
maieſtatis jura vide IVRA
maieſtas tota communicari ſubditis nequit, ſed eius particula 185 m
A maieſtate dependent omnia, quæ ſunt in Rep. 186 p
maieſtatis eſt ferre leges 190 f.& ſeq. nec non abrogare 195.p
maieſtas nequit ferre leges contrarias divinis 196 m

Maieſtas ſola condonat crimina 201.f.
Et ſa ss gratiam ſceleratis 21.m.
quos etiam ad famam reſtituit 211 f
Maieſtas nequit abrogare jus naturale 206.f.
Maieſtas declarat jus divinum & naturale 210.m
Maieſtas domina eſt legum civilium, quas fert & abrogat pro libitu & exigentia ſalutis pub. 210 f
Maieſtas multis modis diſponit contra leges 212 & ſeq.
Maieſtas ſola irrogat privilegia 213.f
Maieſtas nobilitat 214.m
Maieſt. legitimat 216.m
Maieſt nundinas concedit 217.f.
Maieſt. curas ſuas non in p ervis: ſed maximis rebus occupare debet 221 m 23.f
Maieſtas nequit abdicare ultimam provocationem 221.f.
A Maieſtate non appellatur 226 f
Maieſtas continet in ſe omnes magiſtratus 229 p
Maieſtas reſervat ſibi uſum armorum 248. & ſeqq.
Maieſtas concedit jus muniendarum urbium 251.f
Maieſtas denunciat bellum & facit pacem 254.m.
Maieſtas tam abſolvit à juramento, atq; Eccleſia 282 f
Maieſtas non abigenda ab omnibus rebus ſacris 285. p
Maieſtas obligatur ad curam religionis 287.m
Maieſtatis conſenſus requiritur in Electione Epiſcoporum 289.m
Maieſtas congregat concilia 297.m
Et eorum acta confirmat 301 p
Maieſtas erigit Academias 305. f
Maieſtas domina eſt rei nummaria 313.m 315 p 317 p.
Maieſtati licet monetam pro arbitrio mutare 317.p
Maieſtas quomq; ſit domina bonorum ſubditorum 326 f. & ſeqq
Maieſtas impedit jus quarendum 331.f. *ſed non tollit quaſitum* 332.m
Maieſtas an poßit ſubditos & bona Reip. alienare. 342 f
Maieſtas in quantum exigere poßit tributa & vectigalia 354.m & ſeqq.
Maieſtas quid domi...is habeat in flumina, fodinas, portus, &c. 361 & ſeq.
Maieſtas an poßit venationes premiſcuas prohibere 367.m. & ſeqq.
Maieſtas obligatur ad reſtitutionem damnorum datorum in viis publicis 385.f
Maieſtatis crimen quid ſit 399.p
Maieſtas non laditur in rebus quibus vis minimis 400.p
In Maieſtatis crimine punitur conatus 403. m.
Maieſtatis crimina varia 405.m
Maieſtatis criminis pœna extenditur etiam ad filios 406.p.
an ad filias 407.m
aut cognatos & amicos 406.f
In crimine Maieſtatis puniendo qua ſint ſingularia 409 p. & ſeq.
Maieſtatis crimina omnia non aqualiter vindicanda 412. f. & ſeqq.
Maieſtatis divina crimen an habeat annexam conſiſcationem bonorum 416 m
Maieſtas ſola eximit a vectigalibus & tributis 43 f
Maieſtas ſola inſtituit vectigalia 434.m
Maieſtas ſola auget vectigalia 435.m
Maior pars ſape ſumitur pro toto 26.m. 27.m.
Maiora maieſt. jura quid ſint 169.m
maiora jura maieſtatis quot ſint 170.p
maiora maieſtatis jura nequeunt ſeparari a maieſtate 172.p
Nec per conceßionem 176. m
Nec per pra criptionẽ 181.p. & ſeqq.
mala interdum toleranda, quia cum maiori malo mutarentur 145.p
mala lex etiam lex eſt 190.m
malorum quoq; Principum leges & ſancita toleranda 145.m. & ſeq.
mala non ſunt facienda, ut eveniant bona 282.m
Manna Inſula re, ulus 3.f
marchiones qui ſint 237.f
Maßilienſium conſuetudo 205. m. 252 m
matrimonium diſſolvere an humana poteſtas poßit 196.p
matrimonia debent eſſe libera & adea ſubditi a Principe non cogendi 208 & & ſeq.

mediola-

mediolanenſis ducatus feudum Imperii 85 m & ſeq.
mediolanenſis ſenatus judicat ſine appellatione 173 m
mediolanenſium patritiorum ſtatutum de homicidio 203 f
mediolanenſis Eccleſia ſchiſma à Romana 206 m
memoria perduellis cur deleatur 411 f
mera ſunt quæ facultatis non præſcribuntur 381 p
metallorum fodinæ an pertineant ad maieſtatem 391 p. & ſeqq.
metallorũ vectigal ſive canon 391 m. & f
modica non curant leges 147 m. 350 p.
modica læſio quæ ſit 350 p
molendinum excitare in flumine publ. privato non licet 265 m
monarchomachi refutati 6 m. 32. m. & ſeqq 40. p 125. m. 277. m 328 p
moneta quid ſit? 315. m
monetam cudit maieſtas 315. m 316 m
monetæ variatio quantopere variet pacta conventa 323 f & ſeq.
monetæ jus an & quantum ſit communicabile 157 f & ſeq. 186 f. 318. p. & ſeq.
monetæ percuſſio ſignum ſuperioritatis 316 m.
monetam an liceat Principi facere deteriorem 317 f
Ad monetæ jus tria pertinent 319. p
monetæ æſtimatio quid ſit 319. m
– & unde dependeat 321 p
monetæ quantitas quid ſit 321 p
monetæ valorem an poſſit augere maieſtas 321. m
monetæ bonitas extrinſeca & intrinſeca 322. m.
monetæ materiã præſcribit maieſtas 322. f ut & formam 323. p.
morbus excuſat a fervitiis 335 m
moſes an fuerit ſummus ſacerdos 285. p
mulctæ ſunt de fructu iurisdict. 419. f.
mundarum Urbium jus pertinet ad maieſtatem 251. f
muſcovitarum Princeps 7. m

N.

Navarræ reges ſubditi Gallorum 96 f
Naufragorum bona an ad iuriſdictionem pertineant, vel proiicientis maneant 422. f.
Neapolitanum regnum quid dicatur 87 p
Neapolitana Reſp. cuius ditionis fuerit 91. p.
Neapolit. regnum quo iure venerit ad Imperium Eccleſiæ 87. p. & ſeqq.
Neapolitani Reges Eccleſiæ imperium agnoverunt 92. p
Neceſſitate expreſſa aliquando ſervanda ſunt 20. m. 345. m.
Neceſſitatis vis ſupra regulas communes 344 m.
Nobilitas duplex, abſoluta & in hac vel illa Republica 215. p
Nobilitatis collatio quo reſpectu pertineat ad jura Maieſt. 214 m.
Nobilium creatio differt à legitimatione 216 m.
Nobilibus an magis liceat geſtare arma, quam plebeijs 250 m
Nobilium apud Gallos in conferendis tributis prærogativa, ut & apud Polonos & Hiſpanos 430. m
Nomen non mutat rei naturam 7. m. 8. f 97. m 98. f. 158 m.
Nomina iurium maieſtatis 156. p
Normanni ultro ſe ſubiecerunt Eccleſiæ
Nummi neceſſitas 312. f
Nummus menſura rerum 313. p
Nummorum cura pertinet ad Maieſt 313. m 315. p.
Nummorum materia varia 319. f
Nummis imagines imprimere licet etiam ſubditis 323. m
Nummus omnis habet autoritatem a maieſtate 324. m
Nundinæ differunt à mercatibus 218. p
Nundinarum jus conceditur à Maieſtate 217. f.

O.

Olim poſſeſſor hodie quoq; poſſeſſor præſumitur 179 f
Ordo dependet ab uno primo 29. f
Ordo ſcriptura non ſpectatur in dignitatib⁹ diſtinguendis, ſed rei veritas 34. m

P.

Pacem facere Maieſtatis eſt 254. m 260. m

Digitized by Google

Pacis faciendæ cauſa ſubditi poſſunt alienari 348 p
Pacta contra bonos mores & utilitatem publicā itē de Rep. &c. non valent 352.p
Pacta diligenter ſervanda 148 m
Pactionata leges 126.p
Pactionati reges 137.m 134 m
Palæſtini reges ſubiecti Romanis 74 f
Palatinus Pannoniarum an conſtituatur a Rege 234 p
Palatia quatenus ſint de Regalib. 395.p
Papa Rom. nomine ſervus, re ipſa dominus 5.m
Papa non eſt Dominus mundi 12.f. & ſeq.
Papa non tranſtulit imperium a Græcis in Germanos 16 p
Papa poteſt de nihilo aliquid facere 43 f
Papa non poteſt ſucceſſori manus ligare 141 p.
Papa revocat gratias expectativas 141.p
Papa in diſpenſando contra ius divinum audacia 195.f
Papa non poteſt recipere appellationem ab Imperatore 227 p
Par in parem non habet imperium 40.m
Pares curiæ quare ad iudicium non iurent 133.m
Paritionis verbum non deſignat ſubiectionem 75.f
Parvi momenti quæ ſunt à Principe alienari poſſunt 350 p
Patroni qui fuerint apud Romanos 61 p
Patronorum officia erga Clientes ibid.
Patroni Romani reges clientes ubiq; auxiliis iuvabant 70.p
Patronum Eccleſiæ qui conſtituant 305 p & ſeqq.
Patriæ maior debetur reverentia quam patri 101 m
Patria tacite ſemper excipitur in iuramento fidelitatis 101.f
Contra patriam nemo obligatur 101.p & ſeq.
Pax publica violatur illicita armorum geſtatione 248.m
Pax differt à ſponſione 260.m
Pecunia eſt alter ſanguis 204 f
Perduellis qui antiquitus fuerit 397 p. quis nunc propriè ſit 411.f
Perduellis non gaudebat privilegio civium Rom. 412.p
Peregrinus non committit crimen Maieſt. 413.p
Peregrini Principes faciles ſunt ad indulgendum, quo regnum admercentur 126.p
Peregrini vetita arma geſtantes an puniendi 253 m
Peregrini in Gallia morientes bona ſua relinquunt fiſco 423. m & ſeq.
Periurii pœna 27.p 279.p.
periurus fit qui autoritate Papæ iuramentum frangit 275 m. & ſeqq.
perſarum Regū lautiſſimum imperiū 8.m
perſarum Reges adorabantur 112. m
Apud perſas nefas erat legem revocare 138 f.
ſed quomodo 142.f
perſarum rigor in puniendo crimine Maieſtatis 407.p
perſona regis diſtinguitur à rege 96.p 413 f.
perſona loquentis in generali locutione excepta ſemper putatur 36.m 103 m
Pfaltzgravii qui ſint 238.m
philippai nummi 316.p
plebiſcita quando cœperint totum populum tenere 193.f
pœna pecuniaria cum corporali non eſt contendenda 204.m
pœna venatorum illicitorum 372.m
pœna an extendi queat ad poſteros, cognatos & amicos 406 m. & ſeq.
pœna cur tantopere exacerbentur in crimine Maieſt. 408.m
pœna ſceleratis a Maieſt. an remitti poſſint 198 m. & ſeq.
politici qui agnoſcant iura Maieſt. 168 m
poloni an ſint ſubiecti imperio 23.p. 118.f
poloni exuti regno a pontifice 67.f
polon. regum iuramentum 134.f
polonorum Reges an abſoluti 4 m
polonorum Duces 7.f
polonorum leges de homicidio 297.f
pontificis iniuria in faciendis & deiiciendis regibus 68.p
pontifex Vaſallus imperii 94.m
pontifex ratione poſſeſſionis terrenæ ſortitur forum laici 95.p
pontifex quantas turbas dederit Germaniæ ob imperium religionis 272.p

Digitized by Google

pontifex a juramento fidelitatis abſolvens ſubditos perjurii autor fit 275 m 279.p.
pontifex non poteſt vim juramenti tollere aut religionem 282.p
pontificatus & regnum coniuncta 311.m
pontifices Rom. inſtituti ab Impp. 290.p & eqq.
pontifices nequeunt regno quempiam abdicare propter vitam improbius actam 277 m. 279.m & ſeq.
pontificum audacia in Impp & alios Reges 272.& ſeq.
pontificum in condonandis ſceleribus nimia facilitas 197 m.& ſeq.
populo periculoſum eſt dare jus in principem 121.f
populus propter electionem non habet jus in Regem electum 33 m
populus Rom. univerſus judicabat de capite civis Rom. 202.m
populus Rom creabat magiſtratus 231 m
populus Rom. indicebat bellum & faciebat pacem 257.m
populus Rom. judicabat de religionibus 309.m.
portus quid ſint, & quatenus pertineant ad Regalia 389 p
poſſeſſio omnis de jure gentium 334.m
poſtarum uſus & commoda 386.m
poſtas adornare maieſtatis eſt 383.m
poſterior conſtitutio derogat priori 49 f 143 p.
poteſtas abſoluta quid ſit 44.m
poteſtas abſoluta defenditur 36.f.& ſeq.
poteſtas divina duplex 38.p
poteſtatis abſoluta abuſus 53.m
poteſtas alia ex jure alia ex pacto 127.p
poteſtas conſtituit iura mai. 158 f.169.m
poteſtas omnis Reip. aut conſiſtit in pace aut in bello 169.f
poteſtas abſoluta limitatur à ſalute publica 337 p.354 p
poteſtatis Imperatoria inſignia apud Rom. 229 p
præfecti ſub Impp. Germanis qui olim fuerint 7.p
A præfecto prætorio non appellatur 173.f 225 m.
præſcriptio & conſuetudo differunt 379 p
præſcriptio non habet locum in iis, quæ ſunt meræ facultatis 381.m
præſcriptio an currat contra obedientiam 183.m.& ſeq.
præſcriptio an in acquiſitione regalium allegari queat 181 m
præſcriptio omnis habet aliquid iniqui 182. m.
præſcriptio immemorialis differt à Centenaria 184 m
præſcriptionis immemorialis vis 377 m
præſcriptum non plus intelligitur quam poſſeſſum 183.m
prætor jus alteri datum in ſe tenetur admittere 40.f.& ſeqq.
primo nihil eſt prius 30.p
primo loco nominatus propterea non eſt primus 33.f
primus ad locum deſtinatum veniens, an alterius dignitati cedat 59 m
prior ſcriptura interdum derogat poſteriori 46.p
princeps non debet invitos ſubditos cogere ad matrimonia 208.m.& ſeq.
princeps nequit ultimas voluntates ſubditorum revocare 209 p
princeps obligatur ad curam religionis 287 p.298.m & ſeq.
princeps in judiciis religionis alligatur ſententiis ſanorum Theologorum 299 f 300.m.
principis actus omnes debent eſſe bona fidei 210.p
principes Imperii Germanici olim erant magiſtratus 238 f
principes ſibi & Reip. conſulunt, qui armorum promiſcuum uſum ſubditis adimunt 247 m
principes non ſunt prorſus profani & à rebus ſacris alieni 284.m
principes poſſunt eſſe judices in religioſis 286 p.
principes patroni maiorum Eccleſiarum 294 p.
principis quomodo ſint omnia 326.f
princeps non eſt nudus adminiſtrator vel tutor Reip. 328.p 330.p
princeps in pluribus de Rep. diſponendi facultatem habet 330.m

princeps

Princeps nihil poteſt iniuſte facere 333.m
Princeps nequit ſubditis bona poſſeſſa eripere 358.p
Princeps nequit invitos abalienare ſubditos 342.f
Principes iurant ſe nolle Remp. facere deteriorem 348.f
Principes non debent prodigere tributa & ſudores ſubditorum 356.m
Princeps pluris facit bona ſubditorum, quam divitias fiſci 356.m
Principes quo iure potuerint venationes ſubditis prohibere 371.& ſeq.
Principum moleſtia 375.f.& ſeq.
Principes nimis venationi dediti quantum damnum inferant Reip. 377.p.& ſeqq.
Principes ſunt ſoluti vi legum 43.f
Principi non tam conſiderandum quid liceat, ſed quid ſit honeſtum 44.m
Princeps vivit ſecundum leges non quod cogatur ſed quod Reip. expediat & a virtute exigatur 45.p.& ſeq.
Princeps exemplo plus prodeſt, quam præcepto 48.p
Princeps à quibus legibus ſit ſolutus 49.p & ſeq.
Principum pœna graviſſima 51.p
Principes peculiari ſacramento Deo obligati 51.m
Principes moroſi in propugnandis dignitatibus 59.m 113.m
Princeps magis obligatus Reipub. quam Vaſallus Domino 104.m
Princeps abſolutus nequit fieri Vaſallus legius 106.m. & 107
Princeps an quivis Imperator in ſuo territorio 118.p 243.m
Princeps an poſſit in ordinem cogi a ſubditis 120.f 130.p.& ſeqq.
Princeps cum ſubditis de imperio paciſcens non eſt abſolute liber 126.p
Principes non iurant coacti ſed ſponte ſua 128.p
Princeps procedit ſola veritate inſpecta & teſte ſeipſo ibid.
Principum dignitas non patitur ab iis iuramentum exigi 131.m
Principum verba inſtar iuramenti habenda 131.f
Principum dignitati remitti debent iuramenta 133.p
Princeps abſolutus confirmans privilegia, non facit id ex debito, ſed ex gratia 139.m.
Principi quantopere debeat commendata eſſe fides 147.f.& ſeq.
Princeps in contractu ſubit locum privati 149.f.209.m.
Principes ſuccedunt ex lege regni 151.p 152.m.
Privativè concedi quid ſit 185.m
Privilegii conceſſio arguit ſuperioritatem 177.p 178.& ſeq.
Privilegium fruſtra expeditur, quando iure communi uti licet 68.p.105.p.
Privilegium in præiudicium tertii non ſubſiſtit 199.m
Privilegium quid ſit & unde dicatur 213.m.
Privilegium datur à Maieſtate 213.m
Propter quod alterum eſt, illud altero non ſemper nobilius eſt 33.p
Provocatio extrema Valerii legibus conceſſa populo 219.m
Provocatio extrema nequit à Maieſtate abdicari 221.f
Publica quid differant à communibus 360.m.
Publica bona non delenda ibid.
Publica utilitas finis boni Principis 351.f
Publica pertinent ad proprietatem civium Reip. 360.f
Publica privatus nequit occupare 361.m.
Publicarum rerum uſus communis ibid.
Publicæ utilitatis gratia ius ſuum privato aufertur 357.m & ſeq.
Publicæ utilitati quantum tribuendum 344.m.
Publica cuſtodia armorum 350.m
Pugionum uſus interdictus 348.m
Pupillus an teneatur ad ſervitia Domino 116.m
Pupillus ſine tutoris autoritate quamvis lucroſam hæreditatem adiens non tenetur 343.m

R.

Regalia an ſint idem, quod iura Maieſtatis 156.p

Regalia

Digitized by Google

Regalia competunt omnis Reip. perfectæ capiti 157 p 31.f
Regalium definitio 157. & ſeq.
Reges honorarii aut nomine ten. 3 f & 4
Reges omnes alii tenentur regi Roman. loco cedere 59 m
Reges accipere poſſunt feuda etiam ab inferioribus 81.m
Reges non ſunt Vaſalli ſubditorum 121.m 129.f.
Reges an Vaſalli Dei 121.m 130.m
Reges Iudæorum nunquam jurarunt populo 134.p
Reges Iudæorum non fuerunt tyranni 163.m.
Reges primi creati ob virtutem 164.p
Reges eum nominis collatione acquirunt omnia regalia 176.m
Reges Iudæorum, quam multa mutarint in ſacris 250.p
Reges in ſuo quiſq; regno habent poteſtatem convocandi Synodos 304.m
Regia licentia maior eſt, quam honeſtas permittat 160.m
Regia poteſtas ſumma eſt 28.m
Regis & tyranni differentia 47.m 163.m
Regis & Maieſt. jura an differant 159.p
Regis jus non poteſt explicari per morem Regis lib.1.Sam.8. 159.m
Regium jus tyrannorum 159 f
Regna quomodo dentur teſtamentis 151.p 331.& ſeq.
Regna tradita per gladium 110.m 229.p
Regni & fiſci ſucceſſoris diſtinctio 150.f
Regnum non æſtimatur ex latitudine ſed abſoluta poteſtate 7.f.& ſeqq.
Regum pericula ex licentia ſubditorum 122.m.
Regum, qui ſe in clientelam Romanorum dediſſent, conditio 66 p
Reip. intereſt, ne crimina maneant impunita 201.p
Reip. eſſentia conſiſtit in ordine 29.f
Reip. intereſt, ut Clerici cogantur revereri iuriſdictionem Maieſtat. 295.f
Religionis conſtituendæ jus pertinet ad jura Maieſt. 171.p 266 p. & ſeqq.
Religionis jus an poſſit indulgeri ſubditis 174 f.
Religionis vis in Republica 266.p & ſeqq.
Religio vinculum ſocietatum ibid.
Religioni Roman. quatenus aſcribenda felicitas 269.m
Religio fulcrum Reipublicæ 271.m
Religionis Dominus uno ictu totam poteſt evertere Remp. 272.p
Religionis cura pertinet ad iura Maieſt. 308 p. & ſeqq.
Religionis inſtitutio ad quos pertineat in Germania 310 f
In Religioſis ipſi Maieſtati ſtandum ſententiis Theologorum 298 f
Reſpectus diverſi Vaſallorum 95.f
rejiciuntur 108.p
Reſpublica mixta 33.m. 154 f
Reſpublica à Principe alienari nequit 339.p & ſeqq.
Reſpublica comparatur pupillo 339 p
Reverentia alteri exhibita non extinguit Maieſtatem 65.p.72.m
Reverentia imperata minuit Maieſtatem 73 f.113.m
Reverentia Vaſalli erga Dominum 109.p & ſeqq.
Reviſio 226.p
Reus mortis non eripiendus iniuſta clementia 197 f.& ſeqq.
Rex ſacrificulus Roman. 3.f
Rex non eſt, niſi bonus 46.f
Rex Stoicorum 47.p
Rex abſolutus non indiget Pontificis vel alterius Regis renuntiatione 69. m
Rex per pactum electus, pactum non ſervando perdit regnum 137.m
Rex non init regnum quia jurat, ſed iurat, quia init regnum 127.m
Rex in leges iurans an verus Rex 134.m & ſeq.
Rex interdum utitur ſophiſmatis Tyrannorum 162.m
Romani quid iuris habuerint in univerſum mundum 17 f
Romanis quanta habita fuerit reverentia ab aliis regib. & rebuspubl. 65 m
Romani cives pleni maieſtate 399 m
Romani venationem non magni fecerunt 377. m.
Romanis ſumma fœderum religio 268 f
Roman. ſenatus plurima expedit populi nomine 261 p 263.m

Digitized by Google

Romanorum in legibus condendis ordo poſt erectos Reges 193.p.202 m & ſeq.
Romanorum Reges primi ſcribant leges 192.p.202 m
Romanorum erga reges clientes obligatio 70.p & ſeqq.
Romanorum faſtus 66.p

S.

Sabaudus an Princeps imperii 197.m
Salina quatenus pertineant ad Regalia 392.m.
Samuel non fuit Rex 163.p
Samuel an fuerit ſacerdos 285.m
Scotia an ſit feudum Angliæ 83.p
Scotorum & Anglorum in unam Britanniam unio neceſſaria 107.m
Scotorum lex de iuriſdictione ſuprema 234.f.
Scotiæ regina an potuerit iudicari à regina Angliæ 413.m.& ſeqq.
Seipſum nemo poteſt cogere 40.p.128.p 141.m.
In ſeipſo admittere quiùq; tenetur, quod in alio ſtatuendum putaverit 40.f
Contra ſeipſum nemo obligatur 102.f
Seipſum interficiens divinæ Maieſtatis reus eſt 205.m
Senatus Mediolan.cognoſcit ſine appellatione 173.m
ut & Pedemontanus & Gallorum 173.f.& ſeq.
Senatus Rom. multa expedit nomine univerſi populi 261.p.263 m
Senatus Roman miſit legationes 263.p
Sententia regulariter in pœnis requiritur 130.f
Servitia num cohæreant feudo 116 m
Servitutes,quæ habent cauſam diſcontinuam non præſcribuntur niſi tempore immemoriali 379.m
Siciliæ regnum perperam duplex ſtatuitur 87.p
Sicula regna feudum Eccleſiæ 118.& quidem ligium 92.p
Quo iure ad Pontificem pertineant 87.m & ſeq.
Signatura varia nummorum 324.p
Sophiſmata primorum Imperatorum 1.m & ſeq.232 f.
Spes capiendi feras non eſt e bonis noſtris 370.m.
Spolia pertinent ad Imp. ſummum belli 397 m.
Sponſio quid ſit & quid differat à fœdere 260.p.
Stipendium quid ſit 433.p.437.m
Studia quacunq; vult in ſua Rep.permittit Maieſtas 306 m
Subditi non ſunt capaces iurium Maieſt. maiorum 172.m 176 m
Subditi nequeunt præſcribere iura Mai. contra Principem.ut ſubditi 181.p
Subditi nequeunt arma movere,aut bellum excitare 256.p
Subditis licet etiam imagines imprimere nummis 323 m
Subditi inviti alienari poſſunt pro ſalute publica,& in caſu neceſſitatis 344.p 347.f.
Subditorum divitiæ theſaurus Principis 356 f.
Subditus nequit obligari contra patriam 101.p.& ſeqq.
Subditus nequit fieri ligius Vaſallus alterius Principis 105.m
Subditi an habeant ullum ius in Reges & Principes 120 f.& ſeqq.
Subditi non obediunt propter contractum inter ſe & Principes 120.f.129.m & ſeq.
Subiiciens ſe alteri ſibi detrahit 68.m
Succedere in regno, & adire hæreditatem fiſcalem,diverſa 150.f
Succeſſor abſoluta poteſtatis non tenetur legibus Anteceſſoris 140.m
Succeſſor & ſibi & anteceſſori nocet,dum temere huius acta abrogat 146.m.& ſeq.149.m.
Succeſſor regni non obligatur ad quævis anteceſſoris debita 152.f
Sed ad ea quæ contracta ſunt intuitu dignitatis & pro utilitate publica 153 p & ſeq.
Suarum rerum quiùq; eſt dominus uſque ad cœlum & infernum 391.p
Succeſſor.regis iuramentum obligatio 136.p
Succeſſor.reges deponuntur à ſubditis 138 m
Suis rebus alicui ob ſalutem publ.ablatis, an precium rependendum 338 p
Summo nihil eſt ſuperius 30 p

D

Duo æque ſumma nequeunt dari in una Rep. 30 m. 40 f
Superſtitionis eadem vis cum religione 270 p.
Superiorem agnoſcentes maieſtatem amittunt 56 f
Superiorem non agnoſcens omnia agit, qua Imp. 28 m
Superbia Principum punita 54 m
Supplicare licet contra Præfectum Prætorio 225. m
Supplicatio ſervatur remota appellatione ibid.
Suum jus quatenus & qua ex cauſa alicui per abſolutam poteſt: auferri queat. 331. f. & ſeqq.
Sylla dictatura 2 f. 235. f. 415. f
Proſcriptio 415. f
Syndicatus. 226. m

T.

Taſſilonis Ducis Boiariæ inveſtitura 97. f
Temporariæ leges quæ ſint 143. p
Tempus non addit capacitatem 181. m
Tempus immemoriale requiritur ad præſcriptionem Regalium 184. m
Tempus non firmat, quod ab initio nullum fuit 179. p
Teſtari de feudo non poteſt Vaſallus 151. f
Teſtari de regno quatenus poſſit Rex 151 p. 230. m. & ſeq.
Theſaurus quid ſit 424. m
Theſaurus de jure cedit inventorib. 425. p. & ſeq.
Theſaurus de conſuetudine ut plurimum vendicatur fiſco. 426 p
Circa theſaurum variæ diſpoſitiones legum Roman. 426. f. & ſeq.
De theſauris, quid rationi & æquitati magis conſentaneum 428 f
Theſauros quo Iure Maieſt. ſibi vendicare queat 429 m
Tiberii Imp ſimulatio 1. f
Tribunorum in Rep. Rom. poteſtas 193. m
Tribuni eripuerunt Conſulibus jus armorum 246. p
Tribuni Rom ſancti 399. f
Tributorum uſus in Republica 353. m
Tributa & vectigalia non imponenda ultra publicam exigentiam 353. p
Tributa denegantes peccant in Deum & ſalutem publica m 354. p
Tributa non imperanda niſi ſumma exegerit neceſſitas 356 m
Tributa æqualiter omnibus civibus imperanda 430. p & ſeq.
Tributa & vectigalia debentur propter conſcientiam 432 p & ſeq.
Tributa quid ſint & quid differant a ſtipendiis & vectigalibus 437 m
Tributorum indictio pertinet ad Regalia 439 p.
Tributorum exactio præter uſum publ: damnata 354 m
Tutelæ adminiſtratio individua & tamen dividitur 155. m
Tutores quam arctis legibus circumſcripti apud Rom. 335. f
Tutor nequit diſtrahere bona pupilli 339. m.
Tyranni propria 162. f

V.

Vacantia bona quid ſint, & an de numero Regalium 421. m
Valerii leges de provocatione 219 m
Vaſallus invitus nequit à Domino abdicari 341. m
Vaſallus non committit crimen Maieſt. niſi ſit ſubditus 413. p
Vaſallus ſemper judicatur à Laico 95 p
Vaſallus non obligatur à Domino contra patrem, multo minus contra patriam 100 f. & ſeqq.
Vaſallus abdicatur ſi ante fuerit ligius alterius Principis 104 f
Vaſallus inferior Domino 108. f
Vaſallus quantam reverentiam debeat Domino ibid. & ſeqq.
Vaſallus an fidem præſtare queat per procuratorem de jure & conſuetudine 109 p & ſeqq.
Vaſalli abiectio erga Dominum 112. m
Vaſallus damnatur ob intermiſſam reverentiam 109 p
non præſtita ſervitia 116. p
detrectatum judicium 116. m
Vectigal ex viis publ. debetur Maj. 385. m
Vectigales agri 398. f 433. p
A vectigalibus qui ſint exempti 431. m
Vectigalium nomina 432. m
Vectigal pro variis rebus accipitur 433. p
Vectigal variis rebus imponetur & quibus potiſſi-

Digitized by Google

potiſſimum ibid & ſeq.
Vectigalium inſtitutio an ſolius ſit Imp. 434 m
Vectigalia aucta ſunt nova 435 m
Vectigalia an ſint de maioribus vel minoribus regalibus 436 m
Vectigalia in Repub. deleri non poſſunt 353 m. & ſeq.
Venantes illicite an puniri poſſint capite 368. p. & ſeq.
Venandi libido facit homines officiorum ſuorum negligentes 371 m
Venationes jure gentium libera 366. m
Venatio prohibita quas ſecum trahat iniurias 367. p
Venatio illicita non eſt furtum 367. m
Venatio nõ pertinet ad fruct⁹ fundi 371. p
Venatio quo jure a Principibus ſit prohibita 371. f. & ſeq.
Venationis voluptas 372 m
Venatorum indoles 373 p
Venatoris nomen in ſacris ut plurimum in deteriorem partem accipitur 373. f
Venationis commoda 374. p. & ſeq.
Venatio non indulgenda colonis 374. f
Venationis ſumtus 532 m
Venationis jus acquiſiverunt principes immemoriali praeſcriptione aut conſuetudine 379. p. & ſeqq.
Venationis jus pertinet ad Regalia ſeu minora jura Maieſtatis 382. m
Venatio eſt ſervitus 383. p. ſed non perſonalis 383. m
Venatio cohaeret juriſdictioni 383 f
Venetorum Du. um limitata poteſtas 4. p
Ven. Dux creatus protoſpatharius 6. p
Veneti an ſubiecti ſint imperio 18. m
Veneti an exemti, propterea quod in mari habitent 19 m
Veneti excommunicati à Paulo V. 274. m
Venetorum ſuppli. iũ in perduelles 409. f
Verba nobilium & ſpectata fides virorũ juramenti effectum habent 131. f
Verba iniurioſa non faciunt crimen Maj. 401. m.
Viarum publicarum nomina 384. f
Via publica quid ſint ibid.
Via publica quo ſenſu pertineant ad regalia 385. m
In viis publicis ſecuritas praeſtanda Principi 385. f
Victorum bona de jure gentium cadunt in poteſtatem victoris 17. m. 397. m
Victus & Provinciis quibusdam mulctatus, non perdit Maieſtatem 64. m
Vltima provocatio ad Maieſt. pertinet 221. f.
Vltima voluntates ſubditorum nequeunt revocari à Principe 209. p
Vnctio regum nihil addit ad dignitatem 57 m.
Vniverſalia ſtudia erigit Maieſt. 305. f
Voluntas Principis pro lege 43. f
Vrbium muniendarum jus pertinet ad Maieſt. 251 p
Vſus communis eſt rerum publicarũ 362 m

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google